

Universitätsbibliothek Wuppertal

Q. Horatii Flacci Epistolae Omnes, Qvae Extant

Horatius Flaccus, Quintus

Basilae, 1615

Epistolarum liber primus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1477)



Q. HORATII FLACCI EPISTOLARVM

LIBER PRIMVS.

EPISTOLA I. AD MAECENATEM.

Theticum.

Suam quisque ætatem decentia debet colere studia: quod dum Horatius se ostendit hinc præstare velle; planum fit ipsius exemplo, reliquos eodem vocari, atque virtutem ludicris opibusque præferendam.



Rimã a dicte mihi, summã dicende b Ca-
manã

c Spectatum satis & donatum iam rude
queris (l. do.

Mecenas, iterum me antiquo includere

Non eadem est ætas, d non mens. 2. Veianus armis
Herculis ad e postem fixis latet abditus agro,
Ne populum extremã toties exoret f arenã.

3. Est mihi g purgatam crebrò qui personet aurem:
Solue senescentem maturè sanus equum; & e
Peccet ad extremum ridendus, & illa ducat:

4. Nunc itaq; & versus & cetera h ludicra pono.
Quid verum, atque decens; curo & rogo & omnis in
hoc sum:

i Condo & compono, quã mox depromere possim
5. k Ac ne fortè roges quo me duce, quo Lare tuter
Nullius m addictus n iurare in verba o magistri.

Quo me cunq; rapit p tempestas, deseror hospes:
Nunc agilis fio & p mersor ciuilibus p vndis,
Virtutis vera custos, rigidusq; satelles:

6. Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,
Et mihi res, non me rebus, submittere conor.

7. Vt nox longa quibus mentitur amica, diesq;
Longa videtur opus debentibus, ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia q matrum:

8. Sic mihi tarda r fluunt, ingrataq; tempora, qua
spem

Consiliumq; morantur agendi graniter id, quod
f Aequè pauperibus prodest, locupletibus aequè,
Aequè neglectum pueris senibusq; nocebit.

9. Restat vt his ego me ipse regam, solerq; r elementis.
u Non possis x oculo, quantũ contendere Lynceus,
Non tamen idcirco contempnas lippus inungi:

Nec, quia desperes inuicti membra Glyconis,
Nodosã corpus nolis prohibere y chiragrã
Est quodam z prodire tenus, si non datur ultra.

10. aa Feruet auaritiã miseroq; bb cupidine cc peccatq;
Sunt dd verba & voces, quib; hanc ce lenire dolorẽ
Possis, & magnam morbi deponere partem.

Laudis amore ff tumes? sunt certa gg piacula, qua te
hh Ter purè lectio potuerunt recreare ii libello.

11. Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator?
Nemo adeò kk ferus est, vt non mitescere possit,
Si modò ll cultura patienter commodet aurem.

10 12. Virtus est vitium fugere & sapientia prima
Stultitiã caruisse. 13. mm Vides, quã maxima cre-
dis

Esse mala, exiguum censura, turpemq; repulsam,
Quanto deuites animi nn capitisq; dolore,
Impiger extremos curris oo mercator ad Indos,

pp Per mare pauperiẽ fugiẽs per saxa, per qq ignes:
Ne cures ea, quã stultè miraris & optas,
Discere & audire & meliori credere non vis?

20 14. Quis circum pagos & circum computa pugna
Magna coronari contemnat rr Olympia, cui spes,
ff Cui sit conditio dulcis sine rr pulvere palma?

Vilius argentum est auro, virtutibus uu aurum.
15. xx O ciues ciues, querenda pecunia primum est,
yy Virtus post nũmos. zz Hac Ianus summus ab imo

Perdocet: hac recinunt iuuenes dictata senesq;
Lano si spensi loculos, tabulamq; lacerto.

30 Si quadringentis sex septem millia desunt,
*a Est animus tibi, sunt mores: est lingua fidesq;
*b Plebs eris 16. At pueri ludentes, rex eris, aiunt,

Si rectè facies: hinc *c murus abeneus esto,
Nil conscire sibi, nullã pallefcere culpa.

17. *d Roscia dio (sodes) melior lex, an puerorum
*e Nenia? qua regnum rectè facientibus offert,
Et *f maribus *g Curijs, & decantata Camillis?

40 Iste tibi melius suadet, *h rem facias: rem
Si possis, rectè: si non, quocunq; modo tem:
Vi propius spectes *i lacrymosa *k poemata Puppi:

An qui fortunæ te respondere *A superba
 Liberum & erectum præsens horrat & optat.
 18. *m Quod si me populus Romanus forte roget, cur
 Non, ut portibus, sic iudicij fruatur isdem,
 Nec sequar aut fugiam, quæ diligit ipse vel odit:
 19. Olim quod vulpes agro cauta leoni
 Respondit, referam: quia me vestigia terrent,
 Omnia te adversum spectantia, nulla reor sum
 Bellua multorum es caput: 20. nam quid sequar,¹⁰
 aut quem?
 Pars hominū *n gestit conducere publica. 21. sunt qui
 *o Crustis & pomis viduas *p venentur avaras,
 Excipiantq; senes quos in *q viuarum mittant:
 22. Multis occulto crescit res fenore: 23. Verum
 *r Eslo alijs alios rebus studijsq; teneri:
 Idem eadem possent horam durare probantes?
 23. * Nullus in orbe sinus Baijs *t præluet amantis,
 Si dixit dives lacus & mare sentit amorem
 Festinantis heri: cui vitiosa libido
 Fecerit *u auspiciū, cras ferramenta Theanum
 *x Tolleris fabri: lectus *y genialis in aula est?

Nil aut esse prius melius *z nil calibe vitâ:
 Si non est, iurat bene solis esse maritis.
 25. a* Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?
 26. Quid pauper? b* vide: mutat canacula, lectos,
 Balnea, tonsores: conducto nauigio æquæ
 Nauscat, ac locuples, quem ducit priua triremis.
 27. Si curtatus c* inæquali tonsore capillos
 Occurri d* rides: si forte subucula pexæ
 Trita subest tunica, vel si toga disidet impar,
 Rides. quid, mea quum pugnat sententia secum?
 Quod petijt spernit, repetit, quod nuper omisit:
 c* Astuat & vitæ disconuenit ordine toto,
 Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis:
 Insanire putas sollennia me: neq; rides:
 f* Nec medici credis, nec curatoris egere
 A Prætorè dati: rerum tutela mearum
 Quū sis, & g* præuē sectum stomacheris ob vnguem
 20 De te h* pendentis, te respicientis amici.
 28. Ad summam, i* sapiens vno minor est Ioue, dives,
 Liber, honoratus, pulcer rex deniq; regum;
 Præcipue sanus; k* nisi cum pituita molesta est.

Analysis Dialectica.

Est profectò, vt ad sententiam doctissimorum
 interpretum hoc dictum sit accommodatè, in
 hac prima Horatij Epistola ad Mæcenatem, τὴν
 νεὸς μὴ ἐλέγχω ἀπὸ τῶν περὶ τὴν ἐπιτολὴν περὶ τὰ ἐπιτολῶν, 30
 perfecta transitio quadam a ludicris scriptis, vt ab Odis, Epi-
 odis, Satyrjs, ad aliquod magis serium grauiusq; studium. Hoc
 autem transitionis vinculo & ἀναμειγνύμενοι varietas
 & dissimilitudo studiorum Horatianorum pruden-
 ter colligantur, quod facillimè & optimè quisque
 perspicere potest, non tam ex hoc antecedentium li-
 brorum ordine, vbi Odas Epodi & horum vtrumq; que
 Satyræ, & has postremò Epistolæ sequuntur: quàm ex
 argumento & rei dignitate, quæ hic, ac deinceps, pro-
 ponitur. Nam quum Horatius primo versu scribit no-
 men Mæcenatis suis primis poematijs illustratum &
 celebratum, ac idem postremis celebrandum, ad bene-
 uolentiam ipsius conciliandam pollicetur, distribu-
 tionem interea quadam suorum scriptorum velut
 sub aspectum ponit: quorum priori parte quid egerit,
 & quid posteriori actur⁹, breuiter lectorem cō memo-
 nefacit: hoc quidem certè est prudenter, & ad Diale-
 cticæ Methodi normam accommodatè factum. Neq;
 verò est hoc artis solum, sed imitationis etiam. Or-
 pheus, enim multis antè seculis sic initio Argonauti-
 cōn opera ἡρώδης ἑρμῆος ἐπιτολῆς: quod Virg. vt hic no-
 ster Poeta, initio Æneid. imitatus est:

Ille ego, qui quondam gracili modulatus auenâ.
 ita plagiarijs aliena sibi adscribentibus præclusa fuit
 ianua: ne quid huiusmodi admitterent. Videamus
 iam nunc, an pari lumine iudicij summa huius Epi-
 stolæ colluceat & illustretur, vt eam præfiximus ana-
 lyfi Dialecticæ, quæ profectò videtur hoc continere:
 quod quum Poeta feliciter, honestè, congruenterq; præcedenti
 atati defunctus sit munere scribendi de rebus ludicris, amato-
 rijs, facetijs, dictis in vitam & mores hominum, iam animum
 debeat inde traducere, cā præcipue atate, quam tum age-
 bat, ad grauitatem & seueritatem salutarium sententia-
 rum: ad quarum rationem mores sui seculi tam insolentis
 exprimerentur ac effingerentur. Hæc quidem verba in-
 dicant laudabilem Poetæ μὴ ἐλεγχῶν recipientis se, ve-
 lut ab infania mentis ad eiusdem sanitatem: vt qui
 non ignoraret optimum esse portum pænitenti cōli-

filij mutationem: recordatus fortassè illud Mitronis
 Adel. Act. 5. Sc. 3. ò noster Demca ad omnia alia atate sapim⁹
 rectius, quo addit Don. præterquam ad auaritiã. Hoc autè
 videtur ductū ex eo, quod Arist. 6. Eth. c. u. scripsit, ἂν
 ἢ φυσικῶς δὲ καὶ ἔνθα τὰ πάντα, ἢ φυσικῶς τοῦ σώματος ἢ τῆς ψυχῆς. γινώσκω δὲ
 ἔχει, ἢ οὐκ ἔχει, ἢ ἁπλοῦς ἢ σύνθετος ἢ ἄλλοι, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ τοῖς ἄλλοις ἀ-
 νομοῦν ἢ νόμοις ἢ ἡμετέροις ἢ ἄλλοις ἢ ἑστέροις ἢ ἑστέροις ἀνομοῦν
 ἔσθαι. quapropter naturalia quidem hæc esse videntur, & natu-
 ra sapiens nemo. Sententiam quidem habet & sagacitatem &
 mentem. Signum autem huius est, quod arbitramur acribus
 comitari, atq; hac atas mentem habet & sententiam, tanquā
 natura caussa sit. Ea fuit opinio Peripateticorum non-
 nullas virtutes quibusdam à natura tributas, non inte-
 gras tamen illas, neq; absolutas, qui locus videtur mi-
 hi intelligendus, de propensione quadam naturali ad
 virtutem, quam Cic. in Procem. 3. Tusc. vocat femina
 virtutū nostris ingenijs innata. Ita Hocrates se prius
 dixerat mutatum, quum scripsit Panathenaicum, ἢ γὰρ
 μοι γὰρ ἔχοντες τὴν ἑστέραν τὴν ἐπιτολὴν, ὅπου ἐγὼ
 τυγχάνω γεγονώς, δὲ ὄλωσ τοῖς ἑστέροις ἐχέσθαι, ἑστέροις τὴν
 πρόσωπον ἐπὶ λέγειν. i. neq; enim annis nonaginta quatuor, quos
 ego natus sum, neq; omnino ijs, qui iam canescunt, conuen-
 40 arbitror, vt illum dicendi morem pristinum prosequantur. At-
 que hæc sanè quæstio cōmodè incidit senescenti iam
 Horatio in deliberationè, cuius sermo debet esse de-
 corus, remissus, grauis, quietus, salutaris, & ab illo iu-
 uenili æstu valdè remotus. Idem cōsiliij Virgilium ce-
 pisse P. Rarus scribit in ipsius vita: iandè verò quinqua-
 gesimo atatis anno, cui duos addunt, vt vltimam manum Æ-
 neidi imponeret, statuit in Graciam & Asiam secedere, trien-
 50 nijsq; continuo omnem operam emendationi dare, vt in reliquis
 vita tantum Philosophia vacaret: sed quum aggressus iter, A-
 thenis occurrisset Augusto, ab oriente Romam reuertenti, vñ
 cum Casare redire destinauit. Nec certè dubium est, quin
 singuli scriptores hi in exemplum suas personas hic
 posuerint pro quibusuis, quas hortentur ad similis re-
 sipiscentiæ consilium. Fuit non dissimilis Poetæ de-
 precatio ad Venerem: primum Od. 2. lib. 3.
 Vixi puellis nuper idoneus,
 Et militavi non sine gloria:
 Nunc arma, defunctumq; bello
 Barbison hic paries habebis.

deinde Od. 1. lib. 4. ubi deprecatur ab eadem munus scribendi res amatorias & leues, ætate ipsius iam precipitante ac debilitatâ. Theticum autem Epistolæ ita videretur iudicandum & concludendum ex adiuncta exercitationis præteritæ commendatione:

Qui rectè & cum laudabili populi testificatione consumpsit superiores ætates in arte aliqua leni, non est iam senex illic semper retinendus: sed eum vel quierius studium colere, vel ad res grauiores magisque serias & ingrauescenti ætati conuenientiores transire tandem aliquando decet, nec inde reuocari:

Horatius ita prius in leuibus poematis excelluit, ut populus habeat ipsius virutem iam maximè spectatam & cognitam:

Ad res tranquillores, meliores, senex, digniores scribendas eum, ut optimè affectum oportet maturè ingredi, nullòque modo impediri.

Assumptio præcedit ibi, ego iam satù sp. status & rude a populo donatus illustrata primùm dissimilitudine ætatis & consilij.

2. Propositionis vis latet in simili exemplo gladiatoris: quod adiunctis, subiectis & sine confirmatur, satis è litera Poëtæ notis.

3. Assumptio item augetur instinctu quodam diuino, id est, argumento aliunde assumpto, & sine duplici, ne ridiculus fiat, ne tandem etiam dyspnoicus euadat vi laboris, more equi cursu fracti, & peritior ouis, manu igitur est mittendus.

4. Post negatam Mæcenatis postulationem complexionis dissimilibus illustrat quoddam studium aliud, atq; superius, persequi statuerit, imò etiam aggrediatur. Adhuc fuit postulatum Horatii sic duodecim versibus explicatum, ut merito ac iure concedenda illi sita Mæcenate immunitas ludendi deinceps versus leues & Lyricos: sed eidem potestas quàm primùm danda tractandi locos graues & e variis Philosophis depromtos: quorum præceptis institutisque informatus possit aut dicere aut facere semper consentanea virtuti, ætatiq; suæ omnia. Hæc autem ratio est ducta ex fine studij Philosophici & ad complexionem superioris argumentationis, tanquam illius prosyllogismus & approbatio referenda: quod in veri & honesti inquisitione se totum velit ponere, ut inde vitam & mores suos rectè sciat instituire, & componere.

5. Hæc procataleptica admonitio, sicut reliquis ferè Epistolæ cursus, licet pluribus circumstantijs obiectis implicatus, etiam pertinet ad complexionem superiorem, id est, ad theticum, ad ipsius prosyllogismos, constarq; e loco diuersorum, quæ tu sic clariùs enuncies: *Quod in hac veri & honesti inquisitione nullum præcipue e Philosophis statuerit Poeta se obseruaturum, nullis cuiusque disciplina legibus adstrictum, nullius dogmata mordicus tuturum: sed quod in quaque disciplina videbitur sibi probandum maximè, id se diligenter esse spectaturum, omnique ratione requisiturum: quam posteriorem diuersitatis partem illustrat dissimilitudine, quod in ed, tanquam hospes aliquis vel scænitæ, Liby. usque Nomas vel peregrinus & vagus mercator, qui identidem tentoria & emporia mutant, nec diu vno in loco morantur, ver, acutus sit, non autem, tanquam filiusfamilias, qui perpetuò velit institutum & disciplinam suæ familiæ tenere. Socrates in Critone præbuit imaginem nostro Poëtæ sic de re qualibet liberè sentiendi: Is ego sum, inquit, non hodie solum, sed omni etiam tempore, qui nullis cuiusquam dictis seruiam, præterquam quod mihi præpediat ratio, quæ mihi videretur optima in disputando. Ex eodem quoque similem philosophandi libertatem*

Cicero 4. Tuscul. scribit se retenturum: sed defendat, quod quisque sentit, sunt enim iudicia libera: nos institutum tenebimus, nullisque vnus disciplina legibus adstricti, quibus in Philosophia necessariò pareamus, quid sit in quaque re maximè probabile, semper requiremus. Similem quoque philosophandi libertatem Seneca sibi in libro de vita beata proposuit: Non alligo me ad vnum aliquem ex Stoicis proceribus. Est mihi ius censendi. Itaque aliquem sequar: aliquem iubebo sententiam diuidere, &c. Hic enim mos Academicorum fuit, existimandi Philosophorum placita, non tanquam oracula, sed vt hominum opiniones, quæ cedere debent melioribus: fuit autem hæc Philosophandi libertas recentioribus Academicis. Itaque soleo, ait Poeta, seruire tempori ac personis more polypi & a Stoicorum disciplina (de qua tibi legendæ sunt Epistol. Senec. 8. & 68. ad Lucilium, vnde intelliges, quatenus progrediendum sit sapienti in administratione Reipub. neq; omnis neq; semper, neque sine v-

lo sine. Stoicorū principes præceperunt Rempub. sapienti capessendam, eam tamen minimè attigerunt. Itaq; eorum mores & vita longè videbatur alia, atque doctrina & oratio: cuius rei nomine sunt à Plutar reprehensi) ita liberè Poeta dicit se solum ab eorū disciplina, qui Rempublicam probant a sapiente posse administrari, & vitia æqualiter castigari, me abstrahere & trahere ad Cyrenæicos & Epicureos, qui diuinam prouidentiam & ciuilem administrationem censent indignam sapiente, summum bonum collocantes in voluptate: Cui vt priuata vtilitati seruiunt vnice, ideoque alienum procurare impendiu suo dispendio valde reculant: quod certe quidem dum alij consecrari student, nullum religionis, nullum cultus & vestitus certum genus neglecto rerum omnium discrimine, sequuntur. Heu nos miseros! cur nostra ætas ingratis tot cogitur homines huius impiæ sententiæ spectare? Quod tamen dum dicit Poeta, videtur illi Academicorum profiteri, & ab hac sapientiæ inuariantis opinione postea descendi commotus gra-

uiter metu fulminum, tonitruum, concussionis terrestris, ac denique regnorum & impiorum crebra commutatione, multoque huius sectæ vehementer exagitauit, vt Od. 34. l. 1. & Sary. 4. l. 2. & tertiâ eiusdem contra Stoicos apparuit.

6. Altera est dissimilitudo ad eandem diuersitatis partem, quod non se, vt nonnulli, addicat, auari more, rebus, quæ adsunt: sed ipsis imperet: qualis dictus est Græcus Aristippus Sat. 3. lib. 2. qui seruos proicere aurum in media iussit Libya. Item quod in honoribus Reipub. versetur, non vt ambitiosus, sed vt obseruans se in virtute.

7. Hæc quoque similitum comparatio, spectat ad complexionem, vt incredibile in ipso cupiditas appareat veri, honestique percipiendi, cuius protasis, vt re, sic veru est triplex: vna est amantium: altera opus debentium: tertia pupillarum: quibus veritas huius pentametri Græci respondet:

Tois de lexios uia vñ & dicitos est gōvos.

In feliciter agitantibus vna nox est tempus immensum.

8. Hæc sententia pugnat cum disputatione Aristotelis lib. 4. cap. 10. *puvnis aypodocous*, vbi refutatur opinio eorum, qui tempus assertionem approbant esse motum quendam, sed falsò, ait ibi Aristoteles: quia tempus est vbique, non motus: estque motus velox aut tardus, non tempus: quod tamen Poëtæ fingunt alium. In hoc autem versu Aristotelis est, *su avtaxōm Aois aypodocous*, redditiō est similis, non negata, vt

dictum est in Dialecticis Od. i. lib. i. quia non contrarium, sed simile profus redditur: nisi quis in hac iunctura *αὐτὰρ ὁδοῖς* voluerit τὸ αὐτὸ vices notare: quæ non nisi per similes possunt hic intelligi: hæc inquam, apodosis amplificatur ex efficiente: quod tardus temporum lapsus spem suam & consilium moritur, rationemq; honestè viuendi, ac salutaria alijs præcepta conscribendi retardet: deinde geminâ parium collatione: prior quidem e priuantibus videtur constare: quod ex instituto suo & consilio, maturè id conficeretur, pauperes iuxta ac diuites magnam perciperent fructum: illi, ne in rerum tenuitate animos desponderent: hi, ne ex abundantia & copia rerum omnium maiores spiritus sumerent: posterior verò e quodam genere relatorum: quod tam summi, quam imi, tam patres, quam filij, si negligenter, multum damni fecerent. Non dissimilis est sententia Perlij de disciplina Stoea Satyr. 5.

— Petite hinc iuuenesq; senesq;

Finem animo certum, miserisq; viatica canis.

9. Obiecta perdiscendæ Philoſophiæ impedimenta diluit loco diuerſorum, quæ ad eandem quoq; complexionem referenda sunt: Licet, inquit, *ſαφεια* in profundo abdita latet, ac nihilq; comprehendere potest *ἡ ἀνοησία*, Pyrrhoni & Acad. mici veteres, quorum princeps Arceſilas aſſeruit *ἀνοησία* licet etiam e *ſφαιρα* temporum impediat, & negotijs principum diſtinet, potest tamen facile rudimenta illius addiſcere, quæ ſatis videntur ad vitam rectè inſtituendam: vel hoc modo: *Quamuis*, inquit, tu laborans lippitudine vel arthritide nunquam ſperes aciem oculorum vel firmitatem membrorum, quæ ſua fuerunt in Glycone & Lynceo: neuius tamen morbi ſanatio rem, quantulacunq; illa futura ſit, aſpernaberis, ſi nequeas recuperare perfectam & abſolutam. Ita loquitur Seneca de mediocri valitudine libro primo capitis decimi ſeptimi, de vita beata: Non perueni ad ſanitatem, nec perueniam quidem: delinamenta magis quam remedia Podagre mea compono contentus, ſi rariùs accedit, & ſi minus vernitur. Videtur ad id reſpexiſſe, quod Arceſius in ſua Prædica ſcribit, veram Arthritidos cauſam ſibi Deos reſeruaſſe, probabilem tantum hominibus reliquiſſe. Itaq; hi ſolum illam lenire poſſunt ſanare nequeunt. Quod h hæc diſſentanea cum inſtituto Poetæ conferas hoc modo: ut lippus vel arthriticus mediocri valitudine contentus viuat, quum non poſſit omnino planè conualeſcere: ſic ego mediocri cognitione Philoſophiæ pradiſtus, viuam contentus, deſperatâ præſertim eiſdem perfectione & plenâ perceptione, tum habebis *ὁ ἄνθρωπος ὁμοίως* parabolam ſimilium. Nunquam igitur, ait, me, ſicut oculorum & articulorum morbis laborantes aliquantè ſanationis, ita tantula moralis ſapientia penitebit: dum ea ſatis ſit ad prauos animi affectus domandos. Hic Poeta videtur dicere, quod Seneca lib. de vita beata ſcribit de ſe altero loco poſt illum ſuprà citatum, exigo a me, non ut optimus par ſim, ſed ut malus melior, niſi fortè reſpicit ad illud Enniani Neoptolemi libro quinto capitis decimi quinti Agellij & decimi ſexti, philoſophandum paucis & ex Philoſophia deguſtandum, non in eam ingurgitandum. Hoc autem moderatum Philoſophiæ ſtudium equidem exiſtimo depromptum e Gorgia Platonis ſub medium Dialogi, vbi Callicles veræ Philoſophiæ ignarus inhoneſtâ indignaq; multa grauitè dicit in Philoſophos his verbis: *Φιλοſοφία* τὸ τί ἐστιν, ὡς εἰσπαρεῖς, χάρη, αὐτὸς τίς αὐτὸς μετῴως ἀφῆσαι οὐ τῆ ἡλνίας, ἐὰν δὲ πόρρω τῶν ἰσθμῶν οὐδὲν ἐπιβῆ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων, ἐὰν δὲ πάλιν εὐφροσύνη ἢ πόρρω τῆ ἡλνίας φιλοſοφῆ ἀνάνη πάντων ἀπειροῦ γεγονότα ἐπιβῆ, ὡς γὰρ ἀπειροῦ εἶναι τὴν μέλλουσαν καλῶς, καὶ γὰρ οὐκ ἐπιβῆ, ὡς ἐπιβῆ, &c. Philoſophia certe, ὁ Socrates, elegans eſt res & venuſta, ſi quis, dum eſt adoleſcens, in eam mediocriter incubuerit: ſed ſi vl-

tra modum & æquum in eadem verſatus fuerit hominibus eſt exitio. Quamuis enim bonâ quæ ſit indole, & longius, quam ipſius ætas poſtulat, philoſophia ſtudium perſequatur, neceſſe eſt eum omnium rerum eſſe imperitum: quibus oportet eundem eſſe inſtructum, qui ſua honeſtate & probitate vult commendari apud omnes. Reliqua inde repetes, & ab Agellio libro 10. capite 22. diſces talem contumeliam arceri hæc diſtinctione. Hæc Plato, ſub perſona quidem non proba, ſed cum ſenſu tamen intelligentiæ quæ communis fide, & cum quadam diſſimulabili veritate diſſeruit: non de illa ſcilicet Philoſophia, quæ virtutum omnium diſciplina eſt, quæque in publicis ſimul & priuatis officijs, ciuitatesq; & Remp. ſi nihil prohibeat, conſtanter, fortiter & peritè adminiſtrat: ſed de iſta ſuili & puerili meditatione argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam, neque ordinandam promouente: quæ id genus homines conſeſcunt, malè feriati, quos Philoſophos eſſe, & vulgus putat, & iſ putabat: ex cuius perſona hæc dicta ſunt. Ex hac igitur mediocri Philoſophiæ moralis perceptione Poeta efficit, prima ſequentem honeſtum eſſe in ſecondis terijsve conſiſtere, vt dicit Cicer. de Orat. mediocri.

10. Poeta iam ſublatis talibus impedimentis, & percipiendæ Philoſophiæ diſſicultatibus remotis, ſibi perſuadet, ex aliquanta ipſius perceptione ſatis magnam vim mediocri ſuppeditari cuiq; ad imparitatem ab animo, tanquam caliginem ab oculo, diſpellendam, ad inanes ſollicitudines omittendas, ad cupiditates reprimendas, ad pellendos timores, ad reliquos deniq; motus animorum ſedandos. Ea eſt perceptæ ſapientiæ lumina & vtiliſſima efficiencia quædam vitiorum diſtributione dilatata. Non diſſimile ad modum fuit conſilium Senecæ epiſtola decima ſexta ad Lucil.

11. Illuſtratur eadem vis maiorum collatione: Quod illa impuriſſimum quemq; & contaminatiſſimum animum labe & ſordibus eluere, immaniſſimam quamq; naturam cicurare poſſit, ne dum leuiter adperſam intemperantiâ, & aliquâ inhumanitate efferatam, dummodo ad Philoſophia culturam attendatur. Hoc autem id eod dicit, quia vt ſolum, quamuis fertile & opimum, eſt infructuoſum ſine cultura, id eſt, niſi proſcindatur, occetur, ſubigatur, pinguiſſimo ſaturetur, omni denique genere cultus patienter exerceatur: ſic ingenium hominis feraciſſimum verprium, ſpinarum, carduorum, ſterilium herbarum, id eſt, affectuum ferinorum: quod ſi vis reuocare ad frugem præceptis inſtitutisq; Philoſophiæ, ſummo ſtudio maximaque diligentia tibi excolendum, & quaſi ſubigendum putato: quod mecum dixit Plutarch. in Coriolano: *ὁ δὲ αὐτὸς ἀνὴρ ἐμαρτύρησε λέγει τοῖς τέλει φθῶν ἡγυμῶν, ἐὰν δὲ γοναῖα λέει ἀγαθὴν νευθῆας οὐδὲν γοναῖα, πολλαὶ τοῖς γυμῶν οὐδὲν γοναῖα οὐδὲν γοναῖα, ὡς οὐδὲν ἀγῶνι χῶρον οὐ γοναῖα διαπῆας ἢ τοῦ δῶν* qui verd cenſuerunt naturam (hominis præſertim) ſi ea vegeta & fortis fuerit, nullaque inſtitutione & diſciplinâ culta, multa tum bona, tum mala ſimul edere, vt ſecundum agrum & incultum, id moribus & vitâ Coriolani, tanquam eſſimonio comprobârunt. Ita certè tali cultura caſtigabis hos ſeptem affectus prauos, (qui ſunt morbi mentis & animi vitia, vt ſub initium & fin. Satyr. 3. l. 2. vocauit & ita Græcus verſus diſtinguit a vitijs corporis.

Βέλτιόν ἐστι σώμα καὶ ἢ ψυχὴν νοσῆσαι.
Satis eſt corpus, quam animam agrotare.)

quæ hic memorat Poeta, auaritiâ, ambitionem, inuidiam, iracundiâ, inertiâ, ebrietatem, libidinem. Habes illuſtre huius etiam metanœæ & emendationis exemplum Satyr. 3. l. 2. de acolaſto Polemone, qui im-

pranſi

præsi correptus voce magistri, respicit, sanatusque est ipsius animus. Hæc profectò via respiscendi facilima & mollissima videtur ad illam Solei, de qua Plutarch. lib. de fera numinis vindicta, in quam ille tandem rediit accepto more stulti malo, id est, grauissimo, durissimoque ceruicis flexu, de quo lege libellum verius finem. Itaque tradamus nos Philosophiæ morali curandos: sanabimur, si volumus. Hic Poeta videtur asseueratione affirmare hominem fieri doctrinâ meliorem: Epistol. tamen 18. Arcefilæ more suspensam tenet hanc sententiam & in quaestione positam.

Virtutem doctrina parat, naturæ donec.

Hæc quidem certè quaestio versatur, in summa controuersia non modò inter Philosophos, verum etiam inter Poetas, in quibus a Platone notatur in Menone præcipue noster Theognis, apud quem reperiuntur sententiæ iuxta pro natura, atque pro doctrina. Illic admodum piè Socrates ad hanc utramque, & naturæ & doctrinæ, facultatem aggregat vim cælestem, tanquam principem & solam virtutis efficientem, a qua pendeant & natura & doctrina.

12. Iam noster Poeta incipit peruersa studia & iudicia hominum arguere, & virtutem iniriò describere ex aduersis. Qualis notata fuit Sator. 3. lib. 2. *Quis non igitur sanus? qui non stultus? quo alio quoque fieret, si dicerem: virtus est, quod non est vitium: bonum est, quod non est malum: sapientia quoque est, quod non est stultitia, vt Lactan. libro sexto capite quinto explicauit, & Horatium anteposuit Lucilio in describenda virtute, quòd hic dixerit virtutem esse, dum aliquis scit officia virtutis cuiusque & in hoc consumserit quindecim versus: Ille vero aliquando melius, sed inepte tamen, inquit, quod eam ex contrario terminauit, in rîs τὸ ἐναντίον ἀπαρτίσθως. Tolerabilior quidem mihi videtur hæc descriptio, quòd in ea non simpliciter fiat amorio contrarij: sed addatur ad eam quædam actio vitij fugiendi: quod melius per species cognoscetur, vt ipsemet Lactantius docet: virtus est coercere iracundiam, cupiuitatem domare, libidinem repræmere, denique non peccare. Primum est fortitudinis, alterum iustitia, tertium temperantia. Prudentia autem, quamuis sit cogitationis & consultationis; hæc tamen potest illius esse, virtus est prudenter quiduis cogitare, & vilitate consultare. Aristot. tamen in Eth. vocat πᾶσα ἀρετὴν ὑποσύνετα, ad quam hic ipse Horat. Epist. 18. videtur respexisse.*

Virtus est medium vitiorum & vitiq, redudum.

Alij tamen, sicut ipsemet Aristoteles, & Cicero lib. 2. de inuentione, ex veris causis definitione declarant, virtutem esse habitum animi, natura modo & rationi consentaneum.

13. Iam Poeta turpiter notat præposteram hominum curam, quæ est contra institutum suæ complexionis e loco diuersorum: quod illi nullum periculum maris, celi & terra, more mercatoris auari, negligant, vt perupertatem & repulsam, qua solent ambitiosis esse morte grauior, fugiant: rem quam cumulatissimam faciant: sed vt Philosophiam percipiant, omnis virtutis parentem, omnium cupiditatum medicinam, sapientiores nolint audire, illorum consilia sequi, omnem denique laborem perferre recusent, vt auarias, opes, honores, & potentiam animorum carnisque discant contemnere, & desinant stultè mirari, quibus in opere, & tam miserè dies nocteque cruciantur. Quòd si leuitatem corporis, animique tranquillitatem expecterent, nec tanta stultitiâ (quæ est Ciceroni 3. Tu-

scul. inconstantia sanitate mentis vacans: ideoque non satis prospicit, aut modum & terminum statuit suis cogitationibus & votis, vt vox Græca *μωρία*, ex hac *μωρία* primigenia dicta, quasi *μωρός*, præ se fert) non, inquam stultè dissentiret a recta ratione, sed studio sapientiæ, quæ sola potest ex animis hominum illam ambitosorum euellere opinionem, quòd tanti quisque sit apud alios, quantum habeat, postponerent omnia. Hæc autem diuersa dissensio, quia paucis hic notescit, clariùs sic enuncianda est: *quanquam vides quanto animi & capitis dolore deuites exigui censum & turpem repulsam, qua credis maxima esse mala, nempe quando curris, velut impiger mercator ad extremos Indos, fugiens pauperiem per mare, per saxa, per ignes: adhuc fuit prior pars dissensionis, duo versus sequentes habent posteriorem sic: non vis tamen audire & discere & credere sapientiori, vt ea spernas. vel: non vis tamen discere rationem contemnendi ea, qua stulte miraris & optas.* Landinus hunc locum explicat comparatione maiorum, qui si mihi tractandus esset *συνηετινός*, mallet equidem nominare argumentum a minoribus, quæ proferuntur ad huius quaestionis fidem, vbi magna continentur, *virum homo senex debeat se tandem aliquando ad sapientiam studium conferre in res caducas, paratu difficilimas, & parum diuturnas, αὐτὸν γὰρ συναποθύσσει τοῖς σώματι, qua vnà cum corporibus intereunt: ac multo sapius longe ante corporum naufragia, tanid certe vehementius debet incumbere in Philosophiam omnium bonarum artium parentem, animorum medicinam, perpetuamque hereditatem, rebus omnibus præferendam, ἢ δὲ παραμυθὴν ἀπαντὰ τὸν χρόνον, hæc autem in omnem permanet æternitatem.*

14. Horatius viger sub tertia persona per quandam communicationem stultum admiratorem opum & honorum proprio testimonio, vel potius iudicio, an non ipse in consilium adhibitus pluri existimet quemlibet athletam fortem, qui spe victoria facile reportanda mallet e celeberrimis certaminibus, Olympijs, Pythijs, Nemaicis, Isthmijis, quàm e compitalijs pagorum ludis consequi huius gloriam? ratio redditur epist. 1. Isocratis ad Philip. reg. Maced. *ὅτι τοῖς μὲν ἐπιδείξεται ἀεὶ μόνος αἰ πᾶν νυγύρας ἀμύττωσι.* i. quod celebres conueniunt conueniant cupidis ostentandi vires proprias, quod quidem facile intelligas e Pind. Nem. *eid. 12.* in Ode. 24. libri 3. iam citato pro institutione iuuentutis: vbi Pindarus laudat Aristagoram a sexdecim victoriis compitalijs luctâ & Pancratio partis: quoniam autem illæ parum illustres visæ sunt ipsi poetæ, vt qui nunquam inuenerat quemquam odis suis commendare, quin is præter alias victorias euasisset etiam victor ex agonibus sacris, ingeniosa procatalepsi omnem imbecillitatis iuuenilis suspicionem auerit ab Aristagora. Contrà, parentes ipsius in culpam conuertit, qui filium sacris certaminibus semper prohibuerat, cupidissimum alioquin se illis offerendi, magis timentes eum illic victum iri, quam sperantes eundem certò victurum esse, quamuis satis diu multumque ipsis robur illius spectatum, exploratumque fuisset. Vatis autem hæc sunt verba.

ἢ δὲ περὶ τῶν ἐναντίων ἐναντίον Ἀρισταγόραν ἀγλαδί νῆμα πάτρας τ' ἐπινομοῦ ἐστραφύσσει πάρος, ἡδὲ μεγαλαυχία παρὰ τῶν. ἐπίδες δ' οὐρότεραι γορέων παιδὸς βίαι ἐχρησὶν πύθω παρὰ δαί, ἡδὲ οὐραπία ἀέθλων.
Ex vicinis autem sexdecim Aristagoram illustres victoria & patriam celebris nominis coronauerunt luctâ.

Et gloriabundo pancratio,
 Spes autem parentum segniores robur filij
 Inhibuerunt: quo minus apud Pythonem & Olym-
 piam faceret periculum
 Sui roburis in certaminibus sacris.

illa autem victor. Victoria quanta sit, docet Plato li-
 bro quinto, de Repub. vbi custodes civitatum cum O-
 lympionicis comparantur: *ἵστανται τε τῆ μακροτέρῃ βίῃ, ὅτι
 οἱ Ὀλυμπιονίκου ἴστανται, μακροτέρου, custodes vivent vi-
 tam illā beatissimā Olympionicarum beatiorē. Do-
 cet quoque Isocrates Epist. 8. ad rectores Mitylenæo-
 rum: *θαυμάσω δὲ, ὅσα τὰ πόλεων μέγιστων ἀρετῶν ἀφίσει τὴν
 ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀγῶσιν ἀπορροβῆσαι μάλλον, ἢ τὴν τῆ φρονήσεως
 τῆ φιλοπονίας τῶν χρισίμων ἐπιτηνοῦσας τι, &c.* Dem. *rot au-
 tem, cur tot civitates ma. oribus dignentur premijs victores
 certaminum Olympicorum, quā eos, qui prudentiā & indu-
 striā quid inuenerint Respub. profuturum.* Sed hoc assum-
 ptum argumentum vix potest enunciari seorsum ab
 inuito, quia hic maiora cum eo permiscetur: nihil
 interrogationi subijcitur: nemini tamen est ignotum,
 quin fortissimus quisque ma it hac victoriæ condi-
 tione, illic vires suas, quā hic, ostentare, & omnes
 nervos contendere: sed quorsum ista? vt doceat, *τοιο-
 ἄντιμο, omni operā & ratione incumbendum esse cuique po-
 tius in studium sapientiæ, quæ est cultura animorum, & pa-
 rens vite beata, quā in graues molestias & curas congerendi
 opes inanes & fluxas, adipiscendiq; honores: quorum conse-
 cratio est morbus tam animi quam corporis, recordia summa:
 quod confirmatur duplici maiorum collatione, si hæc
 separatim consideres. sed cum proxima enunciatione
 collata, similitum more ita sunt explicanda: vt auro ca-
 tera metalla cedunt astimatione prudentiū: sic virtus & hinc
 vita beata auro rebuq; alijs longe antecellit. Itaque cura &
 cogitationes cuiusq; debent euigilare in studio sapientiæ &
 eo statu, quem neg. Fortuna temeritas, neg. g. aut casus labe-
 factare possit.**

15. Hæc sunt e categoria τῶν ἀντιπᾶστων eruta. Di-
 xerat enim Poeta, virtutem diuitijs & honoribus antepo-
 nendam: contra pleonectas, diuitias & honores virtuti
 esse preferendas: quod tribus assumptis argumentis,
 vno fœneratorum, altero iuuenum, tertio eque-
 stris ordinis approbatur: in quem nemo cooptaba-
 tur ex lege Tribuni pleb. L. Roscij Othonis, si cen-
 sus illius minor fuisset quadringentis millibus se-
 stertiū, id est, decem millibus coronatorum, quibus
 sitantillum defuisset, is non admittebatur in subsel-
 lia quatuordecim ordinum, quicquid ille habuisset
 aut animi, aut modestiæ, aut fidei, & plebeius habeba-
 tur.

16. Remittuntur iocosè nostri pleonectes, & stul-
 ti opum & honorum admiratores ad ludum pue-
 rorum, à quibus discant, quemadmodum poten-
 tiam & auctoritatem consequantur: quæ ratio est
 quoque e loco assumptorum, sed diuersorum more
 pronuntiatur a Platone. Itaque ex illo puerili lu-
 do intelligunt homines rationem adiungendi sibi
 auctoritatem, & acquirendi fidem, ac vitæ tran-
 quillitatem, si hoc in primis sibi proposuerint cau-
 endum, ne miseras opes iniustis artibus vndi-
 que corradant: gradibus iniquis ad honores ascen-
 dant: omni turpitudine vacent: rectè denique iustè-
 que faciant omnia: hac quidem certè viā vitam suam
 firmissimis confirmabunt præsidijs, & immortalitati
 nomen consecrabunt. Contra euenit malè conscijs,
 & vt Diphilus cecinit.

Ὁ σωτηριῶν αὐτῶν τι, καὶ ἡ βραδύτατος,
 Ἡ αἰοσις αὐτῶν διαδοταρῶν αἰου ποιῶ.

Qui sibi alicuius rei est conscius, quamvis sit audacissi-
 mus, conscientia tamen illum timidissimum esse facit.

17. Odo deinceps verius duplicem habent
 comparationem ad minuendam nostris admirato-
 ribus bonorum fortuitorum opinionem. Prior est
 legis Rosciæ cum ludo puerorum, verum præstet ad
 splendorem ordinis equestris quacūque viā querenda pe-
 cunia inuitā, si aliter fieri non potest, peruenire, quod caus-
 tali sine firmatur: an illā ludi puerilis conditione, vbi, qui
 caseris ingenio & scientiā videtur antecellere, ita rex creatur,
 vt quicquid illi postea libuerit, alijs iuste imperet. Ad hoc
 quidem nihil responderetur; sed hac posteriori viā ali-
 quem dignitatis gradum in Repub. tenere, honorifi-
 centius habetur: quippe quod talis adeptio honoris,
 & tale creationis genus iustè ac legitime contingere
 solet, vt apparet ex adiuncta illius auctoritate fortissi-
 morum & continentissimorum virorum, qui sunt il-
 lam sequuti. Altera comparatio est eiusdem legis
 vel legislatoris cum philosopho: ille suadet, vt te
 grauib; conficias curis in opibus cumulandis & ho-
 noribus petendis: hic contra, vt illis quam primū
 te liberares & fortunam contemnas superbam.

18. Hoc ὁπίσθημα constat primū e dissimilitudine,
 cur Poeta non sic in iudicijs adsit cum viris honoratis, & ea
 non probeat, quæ populus, vt solet adesse in porticibus alijsq; i-
 psius Urbis commoditatibus, frui. Deinde ex aduersis: cur
 non sequatur, aut fugiat, quod populus diligit vel odit: verbi
 gratiā, rem quā amplissimam facere, honores am-
 bitiosè consecrari, paupertatem fugere, repulsamque
 petitorum ferre.

19. Ad prius respondet e similitudine plena & apo-
 logica: quod, vt vulpes sibi cauit a leone morbum simulante,
 inspectus aliarum ferarum periculis? sic Horatius cauit sibi &
 sapit periculo multorum, qui perierunt, partes populi curati,
 cuius rei exemplo illi fuerant duo Gracchi, de quibus
 Plutarch. in ipsorum vita: fuit eidem Sp. Melius, de
 quo Liuius l. 4. Nemo est denique, qui non ex libris,
 imaginibus, fama etiam vulgari iam exitum homi-
 nis e popularibus suffragijs pendentes didicerit, nihil
 vsquam eo infelicius reperiri posse, vt nulla illi a
 molestia vacua relinquatur hora: Nam si seruentis
 ea est conditio, vt ex eius, cui seruit, morbus, vo-
 luntate, ingenio propriam sibi fortunam fingat, qui
 populo seruit auido, inuido, ignaro, ad mutationem
 procliu, & quod caput est, ingrato, num aliquando
 beatus esse poterit? an potius, quoties de eius natu-
 ra cogitabit, toties suam ipse calamitatem ac fortu-
 nam conqueretur, ait Cicero. Ad posterius quoque
 respondet ex attributis populo, quæ nomine multo-
 rum capitum significantur: inconstantia, leuitate, in-
 uvidia, crudelitate, ignorantia, denique acharistia: qui
 ob id nihil habeat certi, quod quisquam possit tuto i-
 mitari.

20. Efficit ex antecedentibus, nihil esse in tot
 studijs & popularibus negotijs imitatione & seni-
 li ætate dignum, ideoque populi iudicia, vt cru-
 delem bestiam, cautè fugienda: quæ enthymemati-
 ca complexio dilatatur distributione populi ex sub-
 iectis reb; vbi occupantur, qualis fuit Ode 1. libri
 primi, quorum alij totos se ponunt auidè, vt publica-
 ni in vectigalibus redimendis, vel agris publicis cō-
 ducendis, vel exercitijs alendis & vestiendis: Vn-
 de vberimus maximusque fiebat questus, non tamen
 sine exactione: ideo iure sordidus & illiberalis &
 admodum inuisus erat, idque Athenis præcipue, ex
 Aristoph.

21. Alij in hoc vnum incumbunt, vt malitiosis & fallacibus
 blandi-

Enarratio Grammatica

blanditiis captent testamenta senum & viduarum : qui pre-
tereà minutis munusculis, & officijs simulatis inescari, fa-
ciunt suos heredes ex alienis, quibus potestatem & curam
postea permittunt rei familiaris administranda, in posterum
omnino securi: quod facinus est vinculis & carcere fati-
gandum.

22. Alij rō suā faciunt immodico & illegitimo scōnore, in quo
inest rō ἀποκρίπτια καὶ ἀπειροὶα inhūanitas & ius violatū.

23. Condonatur quidem licentia variorum studio-
rum varijs hominibus, vt leue peccatum, sed minimē
videtur tolerandum id, quum vnus quidem homo, v-
nam quidem horam possit in opinione rei cuiusq; per-
manere, quæ inconstantia & crebra, tanquam tempe-
statum, sic voluptatum & sententiarum commutatio
non caret maximis vitijs. vt Sat. 1. l. 1. dictum est. Lo-
cus hic est a maioribus.

24. Demonstrat talem inconstantiam e mutatione
subiectoꝝ, sed comparatē tractatoꝝ: fac, inquit, vt
quis hodie delegerit Baias, vt locum omnium amoenissimum,
vel quenquam alium habitationi omnium accommodatissimum
cras impulsus vitiosa libidine in aliam cupiditatem, mutabit
voluntatem alibi adificandi & habitandi, & consilium in-
ibit aliud vtrumque transferendi, quæ tam frequens mi-
gratio est index animi instabilis, & Senec. Epist.

7. scribit: fac quoque vt alius hodie coniugium probaue-
rit maximē? cras eidem calibatus, vt celestis vita, vnice
placebit: quem tamen Plato pereleganti metaphorā τὸ
μοναχικόν vocat 4. de Legib. vnicum & singularem soni-
tum, parū auribus gratum.

25. Concluditur ἐκ τῶν ἀνωτέρων inconstantia diuitem
breui similitudine, qui non secus sunt varij & mutabiles,
atque fuit Proteus.

26. Ad inconstantiam pauperum transit, quorum
mutabilitas primū etiam e subiectis, non regionibus,
sed cenaculis, lectis, balneis, constrinis, conductio navi-
giolo explicatur: deinde parium collatione: quod iuxta
pauper cito fastidiat singulares commoditates, atque diues, qui
propriā vehitur nau.

27. Poeta videtur hic inconstantis hominis perso-
nam sustinere, nomine sententiæ discrepantis, ac in-
curiam Mæcenatis e minoribus notare, quorum tri-
plex est protasis, de inaequalitate tonsuræ, tunice & inde-
centis toga, in quibus leuius peccatur, si ad discrepantium vo-
luntatum & sententiarum spectetur, in qua grauissimē. Hoc
autē dico vt agnoscat vis argumenti: nam discrepā-
tia mentis est hic in quæstione ad cuius demonstratio-
nem inaequalitas trium rerum, vt quid minus profer-
tur pro argumento. Itaque comparatio est minorum,
non maiorum. Dicit igitur, Mæcenatem abieciſſe om-
nem ipsius præcipuam curam de animo: leuiorem
autem & præposteram de corpore tantū attingiſſe.
Ex his fanē allegoriæ inuolucris videtur mihi Poeta
conqueri se, quā diu in ludicris scripturionibus, inan-
busq; studijs versatus est, vehementer insanisse: quæ
quidem querela conuenit apertissimē exordio Episto-
læ, vbi proposuit, se remedium huic morbo velle e li-
bris philosophorum tandem aliquando inuenire: qui
hic nomine Medicorum, insaniam helleboro sanan-
tium & tutorū & curatorum, commodis pupillorum
& furiosorum prospicientium, significatur.

28. Claudit Epistolam Stoicā descriptione sapientis,
quæ descriptio duplici primū conitat cōparatione,
maiorum & parium, quum illū sola Ioui faciat secun-
dū, ceteris præstantissimis quibusq; parem. deinde varijs at-
tributionib: opulentiā, libertate, honore, pulcritudine, sum-
mā dominione, singulari denique corporis sanitate, quod
postremum sale & facetijs aspergit: quod Galli dicūt,
sinon qu'il soit morfondū, crabeux & morueux.

Epistolarum liber. J Cic. lib. 2. ad Fam. Epist. 4. de-
scribit Epistolam ex fine, quod inuenta sit, vt cer-
tiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire,
aut nostrā aut ipsorum interesset. Non dissimilem Episto-
læ descriptionem hic trochaicus versus Turpilij Co-
mici complectitur, sed ex ipsius effectis.

Sola res est, homines absentes quæ presentes facit.

Græcē definitur ex alijs caulis, ἢ μὴ ἐπιστολὴ λέγεται ἢ
τινὸς διὰ τὴν ἐγγράμματος πρὸς τὸν ἀπόντα. Epistola dicitur u-
licuius colloquutio scripta ad absentem: neque erit alienum
a profectu rudioris iuventutis ad hanc definitionem
aggregare notationem eiusdem & distributionem.
Grammatici igitur Græci huiusmodi vocem & simi-
les descedunt a præterito medio, quod hic est ab ἐπι-
στῆλω, ἐπιστολα, vnde incremento remoto, & a verbo in-
fit ἐπιστολῆ: quam notationis rationem apposite Gal-
li exprimunt similis flexionis & notationis genere, mis-
sive ἢ τὸ ἐπιστολῆ, idem quod ἐπιστολῆ, mandatum E-
pistolare, vt τὸ ἐπιστολῆ sumitur interdum Græcē, vt Ita-
lim initio Prometheus Æschylei:

Ἡρακλῆς, σοὶ δ' ἐχρῆ μέλει ἐπιστολῆς,

Ἄς σοὶ πατὴρ ἐπέτο. —

Vulcane, te oportet curare mandata,

Quæ tibi pater dedit. —

ἢ τὸ γράμματόν, le contenu de la missive, ou commission,
charge. Infinita autem huiusmodi verbalia sic notan-
tur, vt pro illis vnum & alterum addam, ἐπιτομὴ λέξι-
πίλογοs a præt. med. ἐπιτίτομα, λέξι ἐπιτέλομα, quale fuit
initio huius operis ἢ ab ἠορίῃ & hoc ab ἀείδω nota-
tum. Præterea epistolæ vel auctore Cicerone ibidem
& Epist. 13. lib. 4. sunt multa genera: nam aliud est ἐ-
ρωτικόν, aliud φιλικόν, aliud συγγαμικόν, aliud δεικτικόν,
aliud λαιωνικόν, aliud μαυρικόν, aliud ὁμιλιτικόν λέξι πρῶτον
ἄνδρ, aliud σεμνόν λέξι ἀνδράδων, & alia infinita, pro varie-
tate materiæ, personarum, & locorum, quæ præfixa
sunt Epistolis synesij ab Aldo editis, de quibus etiam
habes libellos Erasmi & Lippi Brandolini. Paul. tamen
Manutius commentarijs in primam Epist. 1. ad Fam.
& commentario de Epistolis, tot Epistolarum genera
conatus est ad duo reuocare, ἰδιὸν λέξι παραγωγικόν, μο-
ραλε & negotiale: quod argumenta omnium epistolarum,
aut a negotio, aut ab officio facile ducantur e negotia-
libus status rerum siue nostrarum, siue alienarum, siue
publicarum, siue priuatarum perspicitur: quales sunt
Epistolæ ad Lentulum. Huic etiam generi subijcit e-
pistolam de re aliqua disputantem, sicut Varro multas
quæstiones epistolis explicauit, testibus Agellio &
Charilio: sed e moralibus cognoscitur magis officii-
um, quā negotium, quum aliqua significatio huma-
nitatis, benevolentiae & virtutis datur, aut commen-
datio, consolatio, lætitia, dolor, admonitio, querela,
obiurgatio, gratiarum actio indicatur. Quicquid deni-
que nullam negotij speciem præ se fert, ad morale po-
test referri. Tertium quoddam epistolæ genus ex hoc
vtrouque constari potest. Cæterum Horatius scripsit
quidē ad varios homines, non tamē varijs ad modum
de rebus. Nam pleraque omnes epistolæ, ac præsertim
libri prioris, sunt quædam cohortationes ad studium
sapientiæ, vel ad beatam vitam tranquillitatem & incunditatem.

Mæcenatem. J De hoc repete, quod dictum est & an-
notatum in Grammaticis Od. 1. l. 1. & de vita & mo-
ribus ipsius ex varijs auctoribus.

Primā summa. J Pro hoc dixit Ode. 26. lib. 3. Summo
carmine. Hic mediam puto a Poeta omisſam, quod
ea facile inclusa intelligatur primā & infimā: qua-
lis omif.

lis omiffio est Epistol. 13. lib. 2. ad Famil. *Summi & infimi fueram iucundus*; sed Philip. prima expressior est: *Quum a summi, mediis, infimis, quum denique ab vniuersis hoc idem fit*. Item 13. *Omneste Dij, homines summi, mediij, infimi oderunt*: vbi summum pro primo secus, atque hic, sumitur: sed quia in omnibus rebus vim habent maximam prima & extrema, ideo hac loquutione significatur omnis omnino Poetae meditatio vni praedicando Mæcenati addicta & consecrata? sic Maro 8. Eclogâ est loquutus, *A te principum, tibi desinet*, vbi Seruius citat hunc locum, vbi P. Ramus addit, Virgilius pollicetur omnibus operibus se laudes Augusti complexturum: quæ videntur depromta e paruo hymno Apollinis in opusculis Homero attributis.

Ἡ Ἀνεπις πρῶτον τι ἢ ὑστατον ἀνὰ δεξιὰ.
Suaui loquus (re Apollinem) & primum & postremum semper capit.

aut ex Hesiodi Theogonia sub initium:
 Δόντερον ὄτε Ζυῶν Θειῶν πατέρι' Ἰδὲ ἢ ἀδελφῶν
 Αρχόμενά θ' ὑμῶσσι θεῶν, λήγουσι τ' αἰεδῆς.
Secundo rursum loco Iouem Deorum patrem atq; etiam virorum,
Et in principio & in fine canunt Dea.

Sic etiam Theognis initio Elegiacorum & Theocritus in Idyl. 10. in encomio Ptolomæi: sic denique Lycophron suam etiam Alexandriam incepit, λέγω ἀρχῆς ἀπ' ἀρχῆς, *di am a principio summo &c.* Neque vero Poetae soli ita sunt loquuti, verum etiam Philosophi, vt Plato lib. 4. de legibus: ὁ μὲν δὲ Θεὸς, ὡς ἴσθι καὶ παλαιὸς λόγος ἀρχὴν τι ἢ τέλος τὸν λόγον, ὅταν τῶν ὄντων ἀπαύτων ἔχωμεν. *Dicunt ut vulgo dicitur, continet principium, medium & finem rerum omnium vt Plutarch. in lib. de educat. liberor, ἐπι πρῶτον λέγει μέσον καὶ τέλος τῶν ὄντων ἀπ' αὐτῶν ἀρχῆς, καὶ ὡς πᾶσι λέγει καὶ παλαιὸς νόμος ἐστίν, quod in hu primum, medium & vltimum caput est, proba institutio & legitima eruditio.* Est hic obiter animadvertenda quorundam interpretatio, qui παιδαγωγίας explicant puerorum ductum, & vitio vertunt, vt e Plutarcho discant, quid sit bonis Hellenismi auctoribus ἢ τῶν παιδῶν ἀγωγή, & ex his inclinamenta rectius interpretentur, παιδαγωγὸς ἢ παιδαγωγία & reliqua inde coniugata, quod etiam amplius explicatum est in Gram. Sat. 4. lib. 1. Neque sum præterea inscius pædagogii nomen conuicij loco a priefcis scriptoribus aliquando vsurpatum fuisse: sed quid est tam sanctum, tam augustum, tam denique religiosum, quod ab vsu non fiat profanum, impium & irreligiosum? ita Pseudolus, vt pernicijs, & flagitiosus magister a Calidoria Simone in Plauto his conuicij notatur: *Hic mihi corrupit filium, scelereum caput: hic dux, hic ille est pædagogus*: ita quoque tres quorum arbitrio Sergius Galba regebatur. Sueton. notat in ipsius vita cap. 14. *quos vnâ & intra palatium habuantes, nec vquam non adharere es, pedagogos vulgò vocabant*: sed talem nominis invidiam dissoluit Seneca Epistola 90. hac interpretatione contra Aristonem Chium, qui partem philosophia moralem, qua continet monitiones, sustulit, & Pædagogi esse dixit, non Philosophi: tanquam quicquam aliud sit sapientius, quam humani generis pædagogus, id est, magister artium liberalium & viuendi præceptor. Præterea non ex vnus aut alterius vitio reliquam præceptorum nationem oportet in hæc culpam vocare: non secus, atq; ex vnus aut alterius Senatoris iudicio constuprato, aliave ratione corrupto, totum Senatam talem existimare: sed conferenda est potius culpa in creationem & delectum huiusmodi hominū inconsideratum. Teneamus igitur eos, qui rectè munus docendæ iuventutis exsequi student, vt claros & insignes rerump. architectos: sicut nos etiam Cicero, 2. de di-

vinat. admonet. quod munus asferre Reip. maius meliusque possumus, quam si docemus, atque erudimus iuventutem? hu præsertim moribus atque temporibus: sed de munere instituendi liberos lege præter dictum libellum vitam Alexandri magni apud eundem auctorem, sic vt de Camenæ etymo & scriptura repete annotationem in Oden. 4. lib. 3.

Dicte mihi. J Admonui iam Od. 6. l. 1. de hac Hellenica antiptosi Poetis vsitatissima pro, dicte & celebrare a me, celebrandeque omnibus meis verbis.

Spectatum. J Verbum est iudicij vt Epist. 16. sequenti, *vir bonus est, quem spectat forum,* & approbationis, quomodo accipitur Andr. Act. 1. Sc. 1. verf. 64. *Enimvero spectatum satis Pamphilum putabam,* quod Græcè interpretis ὡς ἀλλόθως δουμώτερον εἶναι πάμφιλον ὕμῳ, sic Græci vsurpant τὸ δουμᾶσαι pro explorare, spectare, & probare. geminatur sæpè apud Cicero, cum his in Verrem: *Homo spectatus & cognitus in rebus iudicandis & pro Flacco, Virtus Lacedæmoniorum spectata & nobilitata.* Item alibi, *spectare & estimare aliquem, non ex censu, sed ex moribus.* In Epistola autem ad Pilones *spectatum amissi* videtur potius sumendum proprie de aspectu, vnde tamen, vt a reliquis sensibus, postea iudicium existere solet. Hic si referas ad Veianum, τὸ *spectatum*, proprie, vt in circo videtur, accipiendum: li ad Poetam, translate.

Donatum rude. J Ἀρετον ἢ ἀρεθόντα τῆς ἀάθης λέγει τὸ διαξιφίσμα ἢ ἀπράγοντα, ἢ χειρᾶρετον munere digladiandi vel militandi solum: pro donati rude Seneca dicit lib. 2. cap. 6. de clementia, *eximi ludo quum hic de sapiente Stoico scribit, non miserabitur sapiens, sed succurret, donabit lacrymis maternis filium & cathenas solui iubebit, & ludo eximet, id est, ex necessitate digladiandi liberabit, & cadauer etiam noxium sepeliet.* Quintilianus quoque pro eo loco dicit lib. 8. *quem sapius a ludo redemerat soror.* His opponitur sequens *includere ludo.* Ita tamen vt aliquando rude batuere cogentur tales emeriti, non autem ferro dimicare, Quidam suspicantur, rude hic διὰ τῆς ἀτρομομασίας, intelligendum ῥαβδον φοινικίον, *Palmeam virg. in: tu videris, quàm recte. Donare rude & accipere eadem relationem habent.* Posteriori Cic. vtitur 2. Philip. *tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti: priori Ovid. 8.*

Ego donari iam rude tempus erat
 Rudis autem est Grammaticis ῥαβδὸς ἀνδρῶν γεσ cuius propria notio est vt significet baculum, quæ legitur in Catone, *hoc rude, moueto ter in die*: vnde translatus est ad baculum gladiatorium, quo rudimenta pugnae prima discantur atque postea inde tunc pro signo missionis & vacationis a munere gladiatorio sumitur. Vnde autem τὸ ῥαβδὸς dictum sit, notæ in Dial. Odes 10. lib. 1. tibi indicabunt: quæ vox Latine dici potest rauda virga, inculta, scabra, & impolita, quâ gladiatores olim decertabant: & hoc certaminis genus Plutarchus in vita Alexandri, vocat ῥαβδομαχίαν: vnde rudiarij milites dicti sunt, & rudi donati, & veterani iam iniustæ & inscriptæ frontis, qui diurno artis vsu occalluissent: eamq; ob rem illis immunitas militiæ dabatur. Sed de veteranis & emeritis sic Isidor. scribit: *emeriti dicuntur veterani, solutique a militia.* quod Græcè dicitur στρατιῶται, οἱ πάσας στρατίας νομίμους πετελέοντες ἢ μιδοφοροῦν πεναυμόνοι. *milites omni militia legitima defuncti, & qui merere & militare stipendiū gratiā cœstere.* Tales interdum, quam vis iam perfuncti, vel gladiaturâ vel militia essent, emeritis stipendijs, reuocabantur tamen ad vtramque largitione & auctoramento, teste Suetonio in Tiberio capite 7. *munus gladiatorum in memoriam patris, & alterum in aus Drusi dedit.*

dedit diuersis temporibus ac locis: primum in foro: secundum in Amphiteatro, Rudiaris quoque, quibusdam reuocatis auctoramento centum millium. Huiusmodi autem exercitia gladiatorum & militum dicebantur batualia: unde Sueton. in Caligula cap. 32. Mirmyllonem è ludo rudibus secum bacuentem, & sponte prostratum cõfodit ferreâ sicâ. & more victorum cum palma discurrit: contra dicit cap. 54. Baruebat pugnatore in armis, id est, ferro, quos hopl. machos vocat historicus, cap. 35. Esium Proculum è spectaculis detractum repente & in arenam deductum Thra. i. & mox hopl. macho comparauit, id est, commisit tanquam parem pari congressurum. Milites quoque emeritis iam stipendiis rursus in militiam sæpè reuocabantur: vt Suet. in August. veteranos simul in suum ac Reipub. auxilium, quantâ potuit largitione, contraxit. Tales Cic. Epist. ad Appium appellat euocatos: Antonium præfectum euocatorum nisi ad te.

Quæris.] Hic quæro ἡδονὴν est, deliberationis verbum, non acquisitionis vel quæstionis. Itaque valet idem, quod studes, vis, contendis, conaris, Gallicè tu taches, sicut Od. u. lib. i. dictum est, exemplisq; Græcæ imitationis comprobatur: quibus nunc addo ex act. Apostol. ca. 13. de Proconsule Sergio Paulo, ὁσπὸρ ἐπιζητησὸν ἀνδρῶν τὸν λόγον τῶ θεῷ, qui magno tenebatur desiderio audienda doctrina diuina. & iohan. 8. vers. 4. νῦν δεῖτε με ἀποκτείνου. i. nunc autem studeatis me interficere. Sic hic locus Græcè dici potest ἡδονὴν, τῶν ἐπιζητησὸν με παλαιῶν πάλιν εἰς τὸν νῆρον μονομάχων παλαιῶν, tanquam Poeta diceret, studes retinere me inclusum in ludicra versuum Lyricorum meditatione. Ellipsis est præpositionis, quam Orator expressit lib. de vniuersitate, omnia animalia in mundo Deus incluse, quod interdum effertur per accusandi casum, includere aliquid in dialogos.

Ludo.] Aiunt gladiatorias familias ludis includi solitas: hinc fuit ludus Aemilius, ludus Mantuanus, ludus Gallicus.

Fuit quoque ludus Bestiariorum, qui damnati cū bestiis depugnabant, quod certamen Græcis θηραμαχία dicitur, cuius meminit Cicero pro Sextio & in Vatiniū, illa præclara Aedilitas, Vnus Leo, Ducenti Bestiarii, hic Milonem dicas Gladiatoribus & Bestiariis obsidisse Rempublicam. Hac videtur etiam Diuus Paulus respe xisse prima ad Corinthios, capite 15. versiculo 32. Εἰνὴν τὰ ἀσθῶν ποιοῦν ἰδρυτοῦ μαχίαν ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ἐπέλοσ, εἰ νεκροὶ οὐκ ἐπιζήτοιται, si secundum hominem aduersus bestias pugnaui Ephesi, qua mihi utilitas, si mortui non excitantur?

Postea educebantur gladiatores, qui tendebant confidenti & obfirmato animo & parato ad antagonistas suos aut morti dandum, aut simile in se admitendum: qualis animi obstinatio lib. 2. Tusculan. ostenditur: gladiatores aut gladiatorum perdit homines, aut barbari, quas plagas perferunt? quo modo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter vitare? quàm sæpè apparet, nihil eos malè, quàm vel domino satisfacere vel populo mittant etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quarant, quid velint: ni satisfactum sit, se velle decumbere. Illa, inquam obfirmata voluntas abiit in prouerbii locum, vt de Antonio Cic. Epist. 2. lib. 12. cadem gladiator quærit, eiusq; initium à me se facturum putauit, id est, Antonius similis gladiator in cædibus hominum faciendis exercitato. Terent. in Phor. Act. 3. Sce. 8. Hic gladiatorio animo ad me affectant viam. Gal. 14. cberchent tous moiens de me tuer.

Suetonius in Iulio Cæsare scribit, hos ludos, & munera gladiatoria Romæ ut foro exhiberi solita:

vbi Cæsar Aedilis teste Plutarcho in ipsius vitâ viginti ac trecentorum gladiatorum paria exhibuit populo spectanda: quod oblectamenti genus muneris loco populus habebat, horis pomeridianis: unde Seneca Epist. 7. illud vocat meridianum spectaculum. &c. Sueton. in Claudio cap. 34. gladiatores meridianos.

Sed talem voluptatem Cyprianus epistolâ ad Donatum sic detestatur & execratur: Paratur gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminum sanguis oblectet, &c. Homo occiditur in hominis voluptatem: & vt quis possit occidere, peritiam est, vsus est, ars est: celus non tantum geritur, sed docetur. Ita Seneca Epist. 7. insectatur hæc spectacula: manè leonibus & vrsis homines, meridiè suis spectatoribus obiciuntur. Itaq; fuge ludos, vnde redeas inhumanior, aut prior postea in affectus prauos.

Ita denique Tertullianus libello de spectaculis: sæpè, ait, Censores antea renascentia theatra destruebant moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lasciuia prouidebant. Itaq; Pompeius Magnus solo Theatro suo minor, quum illam arcem omnium turpitudinum exstruxisset, veritus quandog, memoria sue censoriam animaduersionem, Veneris adem superposuit.

Sed de illa censoria castigatione cessante idem scriptor queritur in Apolog. quoniam illa leges abierunt, quæ theatra stuprandis moribus nata sunt destruebant. Quo violatæ consuetudinis desiderio tales cætus modò Circi insaniam vocat, modò theatri impudicitiam, modò arenæ atrocitatem, modò xyli vanitatem.

Sic Athenienses pecuniâ militari in theatrales delicias conuersa de bellica virtute maiorum longè deciderant, de quò lege Libauii Sophist. in 1. Olynthia. Demosthenis argumentum. Quid autem sit theatrum & vnde dictum, vide annot. in 20. Oden. 1. de quibus etiam spectaculis sic Nicol. Damascenus scripsit: τὰς τῶν μονομάχων θέας ἢ μόνον οὐ πανηγύρισι καὶ θεάτροις ἐποιῶντο Ῥωμαῖοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐργασίαισιν ἐνάληθρον ἔδωκεν τινὲς πολλαῖς ἐπὶ δαιμόνων τὴν φίλως ἐπὶ τῶ ἀλλοῖσιν, καὶ ὁπως αὐτὸν ἢ τῶμα βόνην ἰδοῖον μονομάχων, ὅτι καὶ πορνοδοῦντες ἄλλοι καὶ μέθης, εἰσινάληθρον τὴν μονομάχων καὶ ὁ μὲν ἀμὰ ἐσφάτῃ το, αὐτοὶ δ' ἐργάται ἐπὶ τῶ τῶ ἰδοῖον, id est, non modò theatra gladiatorum Romani exhibuerunt solennibus festis in theatris, sed etiam in priuatis conuiujs. Quin etiam vocabant sæpenumero nonnulli ad canam amicos cum propter res alias, tum maxime vt spectarent duo aut tria gladiatorum paria, quum etiam expleti cibo & potione immodicâ intramittebant accersitos gladiatores, atque ei, qui occidebatur statim plausum manibus dabant letabundi, perinde ac in re leticiam offerente.

Quid nobis omnibus talis φιλοθεωρία, quæ tam Philosophis, quàm Theologis adeò barbara & immanis existimata fuit, debet videri? quòve loco haberi?

Itaque meritò Iustinianus Imperator libr. 11. Codicis prohibet gladiatoria spectacula, vt cruenta præberi, vt hic versus iambicus, omnia: & μὴ προσήνεα, μὴτ' ἀνεστ, μὴθ' ὄρα, quæ non decent, neque audi, neque specta.

Iulius autem Pollux duas affert causas horum ludorum: vnam, quod multi dicunt apud veteres hanc deuotionem contra hostes factam, vt ciuium sanguine, litato specie pugnarum Fortunam satiant: alteram, quod alij literis prodiderunt, vt verisimilius, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas spectare, vulnera, ferrum, & nudos inter se coeuntes, ne in bello armatos hostes timerent, contraque au-

dentiores irent: quod hostes sine agonia vel admiratione cernere minimè possunt, vt Herodotus in Vrania scribit, cuius interpretatione proferam è Valla breuitatis gratiã: *transfuge quidam è castris Græcorum in conspectum Xerxi adducti, interrogatiq; cum ab aliis Persis, tum verò à quodam præcipue de Græcis, quidnam illi agerent, responderunt, eos agere Olympia, & spectare certamen gymnium atq; equestre.* Rursus eodem percontante, quod nam illi pramium esset propositum, propter quod certarent, oleaginam coronam inquit esse, quã donarentur. Ibi Tigranes Artabani filius generosissimam dixit sententiam, propter quam à rege habitus est pro timido: audiens enim pramium illi coronam esse, non pecuniam, silentiam tenere non potuit, quin coram omnibus diceret, *Papa Mardonii, in quos viros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agitant, sed virtutis.*

Hinc mos tractus videtur, vt Imperatores ad bellum proficiscentes munus darent populo gladiatorium: quod etiam Plinius lib. 19. cap. 1. & Vitru. de architectura lib. 5. cap. 1. in foro Romæ scribunt præberi consueisse.

Seruius tamen in v. 3. Georgicorũ centum quadriungos agitabo ad flumina curru, scribit ludos Circenses agitari solitos in litore Tiberis fluminis, positu in altero latere gladiis, vt ab vtriusque parte esset ignauia præsens periculum, vnde Circenses dicti sunt.

Ludi autem huiusmodi ita exercebantur, vt plerunq; vnus equi cursu, qui celes, aliquando simplici Biga, quæ ab Aristophane *Ευρωπίς* dicta est, pugna committeretur.

Est autem Synoris curru non plenus, sed ex duobus iunctis equis, quem aliàs Diphron vocant. Celes verò dicitur equus, qui solus agitatur, quasi *Μονάμαχος*, iubatus, vt apud Euripidem *Μονάμαχους πόλοι* id est celetes. Celtizontes pueri dicuntur, qui equorum singulorum certamine delectantur.

His accessere Calpæ, & Apenæ. Calpe curru est, qui trahebatur equa, Apenæ mulas iugabat. Nero vero in Olympiis non bigis, sed decemiugi curru amigasse, & victor fuisse proditur. Romæ Quadrigæ ex asinis tanti constiterunt, vt quadrigæ quadringentis millibus venirent.

Equis etiam mira velocitate currentibus insidentes, leuissimos curru ingenui pueri cursu quam citatissimo agitabant, qui præcipua arte satis gnari doctique erant ex amulsum seruare normam, ne ipsi aut Quadrigæ agitatur, aliquo temporis puncto metas contingerent, atque per singulos missus, idem curru per quinta spatia sine offensione circumiret. Quæ quidem metæ cum antea lignæ fuissent, Claudius auratas instruit, Suetonius in vita Claudii Cæsaris cap. 21. metas Tophinas ponit, ex Topho lapide, vt & Liuius 1. Decad. 1. 7.

Equos istos Græci vocabant *ἀμφίπυγος*, quod binos ducentes equos ab altero in alterum subinde saltabant, sed & *παρὰβάτας* & *ἄνωβάτας* vocabant. Cicero pro Murena:

Nescio quo pacto mihi videtur Prætorius Candidatus in Consularem, quasi desultorius in Quadrigarum curriculum incurrere. Iliodorus lib. 18. capite 38. *Desultores nominati quod olim prout quisque ad finem cursus venerat desiliebat, & currebat, siue quod de equo in equum transiiebat.*

Aurigæ & Agitatores in maximo habebantur pretio. Caligula enim sestertium vicies Agitatori Cythico contulit. Caraculla verò cum in Aurigam cui studebat, populus cauillatus esset, exercitum im-

milit, & pænas exegit, vel vt Herodianus libro. 4. ait *Τὸ δὲ τὸ πρῶτον τῶν ἡμιποτικῶν γινόμενον ἔργον, ἰπποδρόμιον μὲν ἐβλάτο, ἀποτίσων δὲ τὸ πᾶθος αἰετὸν ἡνίοχον ποιεῖν ἐν ἐκείνῳ ἰπποδρόμῳ. ὁ δὲ, οὐκ οὐκ αὐτὸς ἡβηδαινεύει τῷ πᾶθει πρὸς πρῶτον τὸ σπᾶτευμα, ἀπὸ γὰρ τῆς φωνῆς τῶν παύων τῶν ἡνίοχον ἐπιπόντας. οἱ δὲ σπᾶτιώτατος βιάμεθα τῆς ἀρπάζειν λαβόντες ἔξοσιαν, οὐκ ἐπιμένοντες τοῖς ἡνίοχοις οἱ πρὸς πρῶτον πορὸν φθγγίζοντες. (ὡς γὰρ ἡνίοχου ἀδύνατον ἐν ἀμῶ τοσῶτω, ἀνδρὸς ὁμολογῆντος) ἀλλ' ἀφαιδῶς τὸς ἐντυγχάνοντας ἀπὸ γόντων ἀνθρώπων, ἢ ἀφαιρῆσθαι ἀπὸ ἡνίοχου, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ τῶν ἡνίοχων.*

Denique id quod nunquam alias factitatum, cum Circenses spectante eo Populus Romanus in aurigam, cui studebat, nescio quid cauillatus esset, ratus sibi contumeliam illatam, repente omnem exercitum facere impetum iussit in populum, ac raptare, & occidere, qui unque in aurigam dixissent. At milites accepta semel violandi rapiendique potestate, cum discerni à reliquis nequirent, qui fuerant proteruius locuti, nullo scilicet in tanta multitudine verum fat. vie, passim vt quenque inciderant, aut occidebant, aut omnib. ereptis, quasi salute redempta, viuos agre diuiscebant.

Erant autem Circensium duo genera, Patricii qui per Patres: Plebei, qui per plebem agebantur stato die mense Nouembri, quos Claudius sæpè commisit & celebrauit: in quib. præter spectacula etiam Deorũ simulacra, nonnunquam Imperatorũ & Ducum imagines, habitu Triumphali, ob studium fauoremque popularem, erga Principes, equestres aut pedestres, aliquando victorias cum palmis, ferculaque & tensa, curruq; Elephantorum produci, & prælata pompa efferri solebant:

Sed benigne Lector, ne in cruento horum ludorum spectaculo, qui apud Romanos maxima pompa haberi consueverunt, diutius quam deceat, immoremur, te ostentationis horum forsean cupidum ad alios Authores, qui de his copiose & quidem cum cõtemtu scripserunt, ablegamus. Christianis enim magis in teatro religionis veræ, veramq; salutem pollicentis interesse conuenit, siquidem isti habitus hincronici gestus & acta hominibus spectantibus maximo pudori & dolori fuerunt, nulliq; eorum aspectu vitæ emendatione auctiores, sed proniores ad alia vitiorum alimenta fovenda exierunt.

Non eadem est atas. Posset hoc etiam dici more Terentii, *non sum eadem atate,* quod Græcè dicitur *οὐκ ἐστὶ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἔργον ἐστὶ.*

Non mens. Non videtur hic explicandum, non idem est iudicium, vel non eadem est vis mentis & intelligentiæ, quamuis sic Epist. ad Pisones loquatur: *id tibi iudicium est, ea mens,* &c. per quandam sententiarum affinitatem.

Quid enim Flaccus diceret se indignius, quàm si profiteretur, sibi in limine senectutis relanguescere vires ingenii & iudicii: præsertim quum ad senectutem studiis liberalibus iuuentutis stipatam soleat accedere vberior doctrina & acrius iudicium?

Interpretemur ergo, non eadem est voluntas, non idem consilium, & propositum, nec eadem sententia, quomodo interpretati sumus Ode 10. l. 4. & notatione declarauimus.

Quæ mens est hodie, cur eadem non puero fuit? & Satyra prima libri primi: *hac mente laborem sese ferre.*

Imo verò hæc omnia sunt à pristina exercitatione longè auersa. Quod si priorem interpretatione sequeremur, quomodo & quibus armis Horatius tractaret studia Philosophiæ sapientiæque grauiora?

Ita τὸ μένος sumitur Georg. l. 4. vbi agitur περὶ τῆς τῶν
μελίωσιν ὁμοφυχίας καὶ ὁμονοίας, de vnanimitate apum &
concordia, mens omnibus una est, id est, eadem est omni-
bus voluntas & propositi ratio, quod Græcè dicitur τὸ
αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονῆσαι, eodem sunt animo & voluntate in-
ter se: sic, non eadem mens est, ἐν φρονῶ ταῦτα, vt Sallu-
stius loquitur, longè mihi alia mens est. Item Cic. Epist.
9. l. 1. ad famil. sed mutatâ syntaxi, hac me mente fuisse
senatus audiuit.

Veianus.] Hic gladiator certò definiendus est sæpè
victor, vt aptissimè comparatio proberetur: quemad-
modum strenuus gladiator iam semper satis laudatus
& probatus donatur rude & libertate & agello, nec
potest ad certamen postea iure compelli (quæ immu-
nitas non gladiatoribus tantùm, sed histrionibus & a-
lijs fabularum actoribus etiam dabatur, vt constat è
prima Epist. lib. 7. ad famil. vbi memorantur Mimi
veteres in scenam redijisse, vt ludos Pompeij appa-
ratissimos honorarent: qui tamen non erant stomachi
Mariani. Nam, ait ibi Cic. primum honoris causâ in sce-
nam redierant, quos ego honoris, id est, senectutis causâ de
scena decessisse arbitrabar. Delicia verò tua noster Aesopus
eiusmodi fuit, vt ei desinere per omnes homines liceret, id iura-
re cum cepisset, vox eum defecit in illo loco, si sciens fallo.)
vt, inquam, talis gladiator & histrio: sic Poeta bonus
& senex, & satis cum laude versatus in ludicro pœ-
mate debet instrumentis ludicræ poeseos, tibijs, lyrâ,
fidibus, barbitò. Veneri positis, dimitti ad res grauior-
es, nec inde reuocari. Hoc certè modo optime con-
ueniet protasis cum apodoti similitudine præstantiæ:
propter quam sæpè bonus & nobilis gladiator (qua-
lem Porphyrio & Acron scribunt Veianum fuisse) rudi
deceptâ retraheretur à populo in arena. Ideoque
sæpius cogebatur de crepidine circi, id est, ab extre-
ma parte arenæ petere immunitatem digladiandi, &
spectaculis feruendi, atque in agro sibi victus gratiâ
dato vt militibus propter seruitium liberale, latere, ne
reuocaretur. Hic autem Veianus videtur à Veijs vr-
be Ethuriæ vocatus pro Veientis aut Veientanus. Ad
huius loci illustrationem non parum valet, quod Sueton.
narrat de Iulio Cæsare, cap. 26. Gladiatores notos,
id est, nobiles si ubi infestis spectantibus dimicarent, rapien-
dos re, eruandosq; mandabat, non tam certè ad quietem &
salutem, quam ad magnificentiam sui gladiatorij muneris,
quod editurus erat, ipsorum nobilitate illustrandam ex donata
iam humanitate. Vnde apparent maiora inhumanæ
voluptatis, quàm clementiæ argumenta in hoc Cæ-
sare, cuius tamen nomine honorificè semper celebra-
tus fuit ab Oratore, quòd inimicis facillè ignosceret,
vitâ pro morte ipsis datâ. Tiberium quoque Cæsa-
rem idem historicus refert consummatos gladiatores
reuocasse, & ad pugnas retrulisse cruentas. Plin. quo-
que lib. 8. cap. 7. de pugnis aduersus Elefantos scribit pug-
latim pugnatum esse principibus Claudio & Neroni in con-
summatione gladiatorum, id est, à consummatis & iam
emeritis gladiatoribus. Armorum autem emerito-
rum missionem accipiebant, vel qui præclare & for-
titer se gesserant, & hoc missionis genus erat laudabi-
le & honestum: vel qui in aduersam valetudinem in-
ciderant: quæ missio à Iurisconsultis causaria vocaba-
tur: vel qui flagitium aliquod, aut turpe aliud delictum
admisserant, quæ infamis & ignominiosa missio ha-
bebat & erat. Neq; verò altera lectio mihi displicet,
quæ habet, exornet, quum talis gladiator maximo esset
spectaculis ornamento. Quòd si hic definiatur Veia-
nus vietus, malus & mollis gladiator, sicut Turnebus
annotat illum dedisse sibi missionem, armis Herculi
furtim dicatis, omnis similitudinis bonitas peribit,

nec ille tam libertatem, quàm miseræ vitæ salutem
videbitur populum rogare. Huc accedit præter dissi-
militudinem comparationis illud solenne victoris,
qui solet trophæum victoriæ statuere, sicut Romulus
dicitur fecisse victo Acrone Ceninenium roge, vt est
apud Plutarchum in ipsius vita. Seruus idem nota-
uit in versum Aeneid. 1. Antenor gen'i & nomen deat ar-
mag, fixit, & hunc locum citauit: finitâ, inquit, militiâ
siue gladiatorum templis arma suspendebant: vbi Ve-
ianus dicit pro Veianus &c. & fixit arma interpre-
tatur, securum esse. Ita quoque pugil En ellus victo-
riâ potitus contra Daretem antagonistam suum lo-
quitur, Aeneid.

— Hic victor castus artemq; repono

Item Aeneid. 9. v. 410.

— Si qua ipse meis venatibus auxi

Suspendue tholo, aut sacra ad fastigia fixi:

è cuius loci Seruiana expositione discite, quid tholus
sit. Omnes deniq; omnis ordinis & ætatis homines
arma professionis suæ, præsertim quum illis feliciter
vsi fuissent, in templis suspendebant idolis Deastro-
rum, quibus tanquam artis suæ tutoribus, præsidibus
& adiutoribus victoriæ, acceptam referebant suam fe-
licitatem, vt iam docuimus Ode 16. lib. 3. neque verò
est probandum, victum & mollem gladiato em vo-
luisse victa arma Herculi sacrari, qui gladiator & o-
mni corporis exercitationi creditus est præesse. Quid
enim hoc fuisset aliud nisi talibus anathematis illum
Deastrum molliæ suæ & inertie construere aucto-
rem, vel certè testem, quemadmodum Mars que itur
lib. 1. Epigramm Græc. cap. 7. ἀνταγωνιστῶν, ἀντιμαχῶν
ἀσπίδα conum non fractum, clypeum non cruentum, id est,
ἀχαιῶν χεῖρα sibi appendi.

Latet.] Cic. 4. in Verr. per aduerbium dicit: omnia
ita condita fuisse, atque ita ab dicitur latuisse videbantur. At i-
dem præpositionem addit Rhet. 1. in agris & in tectis
sylvætribus additos in vnum compulit. Ac paulò ali-
ter 7. ad Famil. abdere se in bibliothecam & in ieras. Sic
Ode 4. l. 1. vt hic loquutus est, cohortes abdidit oppidis. Sic
idem sæpè geminat abditus, penetralis, occultus &
retrusus. Extrema autem arena definitur crepido
circi, vnde gladiatores, vel libertatem vel salutem à
populo contendebant. Ex hac consuetudine timido-
rum & animolorum Cicero præfractum Milonis a-
nimum, quo iudices offendebantur, detorquet in lau-
dem fortitudinis, minorum collatione: Etenim si in
gladiatorij pugnis, & infini generis hominum conditione,
atque fortuna timidos & supplices, & vt viuere liceat, obse-
crantes etiam odisse solimus: fortes & animosos, & se vixit
ipsi morti offerentes seruare cupimus, eorumque nos magis mi-
seret, qui nostram miserordiam non requirunt, quam qui
illam efflagitant: quare hoc magis in fortissimis civibus sa-
cere debemus. Sed in extrema arena en ellipus præ-
positionis ab, vel ex arena extrema. Gallicè, Du bord
& bout de l'entour, ou lice ou parce. Præterea hæc vox
arena quum non densatur, ab ariditate deflectitur, ait
Varro: sed arena scriptum ab hærendo: prior sen-
tentia est melior Seruio in Aeneid. 1.

Est mihi.] Poeta non hic exprimit, à quo monea-
tur de genere pristini studij mutando. Credibile ta-
men est ex hoc Maronis in Silen. Cynthus aurem venit,
& admonuit, ἀναίερα τὸ ὄρος, καὶ νεφελαῖεσσι, Apollinem
intelligi, quale dicitur fuisse dæmonium Socratis,
quod insueuerat ipsum monere de rebus gerendis
aurium vellicatione, quæ memoriæ sunt consecratae:
vel etiam ipsius rationem & consiliū: quod ab aliquo
Philosopho & monitore accepit: ne ad exemplum
gladiatoris iam fracti & debilitati & equi fatigati se

spectatoribus deridendum propinaret. Confert autem Poeta cursum superioris studij cum spatio equi curulis, fortis & victoris sæpe decurso, quo defunctus honorificè in posterum quiescit, quæ sanè parabola ex illa Ennij desumpta est:

*Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo
Vicit Olympia: nunc senio confectus quiescit.*

Ita equus admittitur, Georg. traditur quæcuncti aut morbo grauis, aut annis segnior: ut monuimus Ode. 31. l. 1. sicut de equabus Cimonis Ode. 1. eiusdem libri honestè sepultis. Refertur talis gratia boui aratione confecta lib. 6. Epigram. cap. ἀπό γεωργίου:

*Αἰδῶνι λέει γῆρας τῆς ἐπιπέθετο ὄργας ἢ τοῦ βουῦ
Εἰλωρ, ὃ φονίλῳ ἤγαγε πρὸς ἰσότητος,
Αἰδέει δὲ ἰσότητος, ὃ ἵππῳ βλάβην οὐδὲ ποῖν
Μυνηθῶντος ἀφ' ὅτου τῆς περὶ τῆς ἀντιβίου.*

Sulcis infundendus & senio confectum bouem operari non agit agricola ad cultellam, veneratus opera ipsius: sed hic tandem ab aratione liber delectatur mugibus in loco herbi- do.

Est qui.] Huius phrasæ meminimus Od. 1. l. 1.

Personat.] Grammatici volunt vi præpositionis hoc verbum sic construï. Reperitur tamen simplex ὀνύσσῃ τῆς sumtum Eclog. 5.

*— Ipsa iam carmina rapes,
Ipsa sonant arbusta, Deus Deus ille Menala.*

Et illud alterum, Nec vox hominem sonat, unde puto iunctum personat, vim actionis retinere, ut Æn. 6.

*Cerberus hæc ingens latratu regna trisauci
Personat.*

Itaque explicio, ferit voce aurem & me ad monet, πειρὴν χεῖρ' ἔτι ἐὺς ἀνολὸν, vel, ὡς ἄρ' ὃ φλόγγος μὲ βῆσαι δὲ ἴστωρ λυθαίωρ, ut Cerberus cõplet latratu domum Platonis. Sæpius tamen usurpatur παθῆναι cum auferendi casu, ut Sat. 6. l. 2.

*— Simul domus alta Molossis
Personat canibus.*

Et Cice. pro Rosc. Amer. ut quotidiano cantu vocum & neruorum tota vicinitas personat.

Solue.] Quod Hom. dicit Odys. ἠ. ἀδὰ δὲ ἵππῳ, sed equos solue, & paulò post: οἱ δὲ ἵππῳ μὲν ἔλωσαν ἱππὸς ἑὺς ἰδὲ πῶντας illi verò sudantes ingo equos soluerunt.

Maturè.] Grammatici valdè elaborarunt in vi vocis huius explicanda, quæ tamen latis nota ex u. cap. lib. 10. Agell. vbi citatur Nigidius illam declarans οὐνεκῶν. Ut in frugibus & in pomis matura dicuntur, quæ neque cruda & immatura sunt; neque caduca & decocta: sed tempore suo adulta, maturatæque: sic in factis & dictis adhibenda est industria celeritas & diligentia tarditas: è quibus contrariis duobus maturitas fit, ad prouerbiū Augusti ὁ σῶδ' ἡ βεαδῆος.

Sanus.] Perplexus sum utrū proprie, an translattè hoc epitheton aptius sumi debeat, id est, an pro eo, qui se integrum & expeditum reseruet ad grauiora negotia, an pro eo, qui bene & prudenter sibi consulat in habitu animi mutando & melius constituendo.

Peccet.] De vi & notione huius verbi lege notas in Gramm. Od. 35. l. 1.

Ad extremum.] Sic Cic. Philip. 13. Ad extremum incipit philosophari, id est, sententias loqui.

Ilia ducat.] Quod Græci dicunt ἀνοσπῶν ἢ ἀνοσπῶν ἢ ἀνοσπῶν, quo Plin. vtitur l. 24. c. 6. Ammoniacum prodest disponoia, sicut disponoia l. 23. c. 4. Balsaminum lenit disponoia: Poeta pro illa ducere dixit Epodis u. ad Petrium. ab imo latere petere spiritum, ἢ διὰ ἀνοσπῶν τῆς ἀνοσπῶν respirandi difficultate cõcedere, ἢ ἐν ἀνοσπῶν ἢ ἀνοσπῶν σὺν ἡδῶν. graui statu & suffocatione constringi, ægre respirare, & angusto spiritu esse, pro quo Lucan. dicit lib. 4.

longè illa ducere, & Virg. 3. Georg. vendere imā illa singul- tu, & Celsus, elidere spiritum, Gal. haletter, perdre halei- ne, & ne pouuoir plus auoir son vent, deuenir, pouffir: quare equus iam decurrendis septies Olympiorum spatiis, ut dictum est Ode. 1. l. 1. fractus minimè par & idone- us est certaminibus futuris.

Pono.] Polysindeton est. Præterea hoc similiter dici- tur, atq; ponere studiū lucri ab hoc ipso, & à Virg. po- nere ferocia corda & arma. Gall. se deporter de telles cho- ses, & n' imette plus son affection. Ludicrorum τῶν παι- γνῶν nomine potest quidè in genere, quicquid in poe- matium cadere solet, significari, cuiusmodi sunt amo- res, rixæ, comestationes, saltus, choreæ, obiurgationes, vota, cohortationes ad voluptatem & Venerem, com- mendationes, & his contraria: breues item rerū gesta- rû narrationes, desideria, querelæ, topographiæ, chro- nologiæ, consultationes, susceptorum repudiationes, dehortationes, derestationes, ioci, & alia, quæ Odis breuiter cõprehendi possunt, & in quib. vers. Lyrici,

tanquam in materia propria, versantè, sicut apparet ex Od. 6. l. 1. & 12. l. 2. & Epist. ad Pis. ad hunc locum:

*Musa dedit fidibus diuos puerosq; Deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et inuenum curas, & libera vina referre.*

unde non planè mihi videntur Saty. excipiendæ pro- pter sales mordaces & iocos in primum quemq; vitis deditum, vel in ipsarum scriptorem, ut verè de illis dixerit Iuuenalis:

*Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.*

Quid verum.] Poeta quum nolit in rebus ludicris & leuibus consensescere, inquisitionè & investigatio- nem veri sibi proponit, in qua versatur ea Philolophiæ pars, quæ in contemplatione creditur posita. Hæc au- tem veritas definitur à Cicerone, per quam immutata dicuntur ea, quæ sunt, vel ante fuerunt, vel futura sunt, id est, ut ipse 2. de finibus boni & mali exponit, quæ sunt fidelia, simplicia, constantia, quarū cupiditatem natura nobis ingenuit, sicut contrariorum, vanorum, falsorum, fallacium: odium, qualia sunt periuria, frau- des, militia, iniuriæ: huic tamen definitioni aduersatur Christiana Philolophia, quæ docet cor hominis ab adolescentia esse prauum, & vniuersum genus huma- num à lapu primorum parentum ad mendacium & peccatum esse propensum.

Atque decens.] Hic doctrina vitæ ac morum signifi- catur, quæ moderatione decori videtur tota cõtineri, etiam theoricæ: nam decens hoc dicitur, quod nequit ab honesto fecerni. Ob id cernit in omni genere vir- tutis. Nam qui prudenter ratione & oratione vtitur: quique consideratè, quod est agendum, & quid in qua- libet re veri sit, videt ac tuetur, is facit quod decet. Si- militer iusta sunt decora omnia: ut quicquid moderatè, fortiter & animosè geritur pro rep. decorum quoque iudicatur. Ista sunt, quæ Poeta curat, exquirat, & auct audire & discere, neque ab eorum investigatione deterratur. Democriti opinione, qui veritatem in pro- fundo penitus abstrusam a natura putaret: neque Phi- lonis, qui posse quicquam percipi & cõprehendi ne- garet lib. 4. Acad. quæst.

Omnis in hoc.] Quod Græcè dicitur ἄλλο τὸ εἶναι αὐ- τὸς ἀπας, ἢ τῆς ἐστὶ μὲν ἢ τὸ τέλος ἢ τὸ ἀφ' ὧν ἀρῶν. hi. est meus finis, hæc summa, quam plenè & vnicè peto. Pro hoc di- xit Satyr. 9. vers. 2. lib. 1. totus in nugis eram. Seru. in Æneid. 4.

Prospectat errantes, hostota armenta sequuntur. annotat tota armenta differre ab omni: totū est vni- us corporis plenitudo, ut totum auditorium, id est in- tegrum

regum, omne de vniuersis dicimus, vt omne auditorium, id est vniuersa auditoria, ergo hic tota, id est, omnia. Alibi contra: omnemq; reuerti per Troiam, id est totam, vt Ode vltim. lib.3. Non omnis moriar, quæ est imitatio Græca. Sic enim Homerus Iliad.9.

... πᾶς δὲ χαμάζε

Κάππεσον ἐν λιοίνισι, νέου φοίνι φαινόμ.

Totus humi decidit in pulueres, modò puniceo colore splendens. Item Sophocl. in Aiace: λυπη πᾶς ἐλύεται λυπη, graui dolore exagitatatus est totus. Item Theocrit. eidyll. 10. 7. vbi caprarius consequitur de Amaryllidis duritia, τὸ πᾶρ λίθος, o Amaryllis, tu tota es lapidea, id est, inflexibilis & inexorabilis. Sed voce totus Cic. sæpius vtitur Tusc. 1. Nos in contemplandis rebus percipiendusque totos ponemus. Postea in fin. 1. de Off. Totum se in cognitione & scientia collocaret: vel vt loquitur idem libro septimo ad Familiares Voluminum, Epistola tricesima tertia. mihi iudicatum est pristinam deponere personam ac me totum in literas abdere. Gall. Je me suis resolu de ne iouer plus mon premier personnage, ains de me retirer du toat en lieu secreet pour estudier: quod videtur Cic. exprimere pro Archia penitus se vni studio dedere.

Condo & compono. Verba sunt geminata cognatae notionis, quibus opponuntur promere & proferre. Priori hanc Festus tribuit & coniunctionem & notionem, vt sit propriè in vnum & interiorem locum dare ad custodiam faciliorem, posterius aliter sumi, atque hic docuimus in Satyr.9. lib.1. ad verba, omnes composui.

Addictus. Græcè dicitur ἀδικήσιμος ὁμιλούσι εἰς ἑαυτὸν διδάσκοντες. Nusquam ferè alibi reperias hoc verbum cum infinito, nisi per hellenismum huic Poetæ valde familiarem: neque ego dicere ausim, id addictus sum timore confiteri, pro, ad confitendum. Quemadmodum loquitur Sallust. in Cat. Quum ad iurandum populares sui sceleris conscios addiceret, licet quidam hic, adigeret, suspicentur legendum. Epod. autem in 17. dixit addictum feris, pro, deuotum & destinatum.

Iurare in verba. Sic est loquutus Epod. 15. in verba iurabas mea id est, obstringebas te religioe iurandi, vt 16. iuremus in hac Senec. l. 2. c. 1. de clement. o vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba Principes Regesque iurent. &c. Pro his diceret Orator, nulli Philosophorum familiaris priuatim me addixi, & obstrinxi iureiurando, quod Galli exprimunt, Je ne me suis point donné & rendu subiect pax iurement de suivre l'opinion d'aucune secte de philosophes.

Magistri. Hæc vox videtur Festo significare eum, qui aliquid magis cæteris possit, cuius prior pars coniunctionis τὸ magis inclinatur à Græco μαγιστρον: quam nonnulli putant, illam declinatam à μαγιστρον vel μαγιστρον & hanc à μάγος, vt σοφός.

Agiles. Agilis dicitur, qui se celeriter agit ad quiduis prompto alacrique animo faciendū: huiusmodi Græcè videtur dici ἀγύρ ἀραστήριος, τὰχὺς, ἀσπίτος, σφοδρὸς ἢ συνήνιστος πρὸς τὸ ποιεῖν, & geminatur cum gnauo, & opponitur vtrique remissus, vt huius l. Epist. 18.

Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi:

Sedatum celeres, agilemq; gnauumq; remissi.

Agilitas autè hic tribuitur Stoicis, Peripateticis, & Academicis, propter ipsorum placita & bonorum diuisionem, ciuiliūque negotiorum tractationem, & quum virtus sit semper honestè actiuosa. Quædam tamen Stoicorum axiomata sæpè improbat, vt hoc de peccatorum & poenarum æqualitate.

Custos rigidus. Sic C. Manlius dicitur administrator & satelles audaciæ Catilinaris, & illud Græcè αὐτονοσὸς ἢ σφοδρὸς ἀσπίτος, qui vrget, nihilq; remittit de con-

tentione virium ad virtutem tuendam.

Furim. Ex hoc facile perspicitur obscenitas Epicureæ sectæ, quum Poeta se dicit clanculum (Gall. ala de robore) à Stoicis, tanquam ab hostibus iuratis voluptatis, infamiæ metu desciscere ad Aristippum & ad Epicureos, qui illum, vt summum hominis bonum, libenter amplexarentur.

Et mihi. Praxis huius sententiæ percipitur, ac ex eo intelligitur, quod Cic. scribit Epist. 26. l. 9. ad Fam. de ipso, nec Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, quum esset obiectum habere cum Laide: habeo, inquit, non habeo à Laide: Græcè hoc melius ex Athen. l. 12. & 13. & Clemente Alexan. Εχὼ Λαΐδα, ἢ ἢν ἔχομαι ὄν' ἀδύτη. Sed non admodum hic interest ad sensum, vtrum legas submittere an subiungere, qui duplex statuitur. Nam vel ad eos accommodatur, qui disciplinā vel instituto Epicureorum instructi, nulli rei parcunt ad voluptates perfrendas, quales sunt αὐτοὶ ἢ ἀπαρῶντοι, consumptores & nepotes: qui suis ἀπειθῶς abutuntur fortunis πρὸς ἡδονὴν, vel ad eos, qui summā sibi permittunt licentiā quodlibet vitæ genus sequendi, quemlibet cultum liberè fumendi, & vicissim ab illo intrepidè & inuerecundè desistendi. Atqui Crassus, de Orat. quum docuisset, eloquentiam cum philosophia coniungendam, & vidisset varias Philosophorū esse sectas, paulò constantius Horat. tandem statuit, philosophiam Peripateticorum & Academicorū ad vsum forensem multò esse accommodatiorem: ideoq; illam seporillimè sequurum: vnde tu Aristippi, præter vitam ipsi à Diog. Laertio descriptam, sectam cognosces: Tum, inquit, illa ab Aristippo, quem illa magis voluptaria disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia manauit. Hic tamen nõ aperius fuit contentor Deorum, vt Epicurus. ideoque non obscure Poeta se indicat illius imitatore: adde, quod Ælianus de eo scribit: curas rerum præteritarum abijciebat: futurarum metu non cruciabatur: solis presentibus oblectabatur; si ex animi sententia cessissent: si contra, casum forti & cello animo ferebat: quæ denique aderant, illi satis erant: quæ deerant, minimè desiderabat. Itaq; sese solebat ad omnia accommodare, & hac vitæ consuetudine gratus fuit Aulæ Siciuæ Platonis ætate: quod aliter Diogeni Cynico creditur accidisse. Idem lib. 1. de Off. atqui ab Aristippo Cyrenaici, atq; Aunicerij nominati, omne bonum in voluptate posuerunt. Hic certe Cyrenaicus Philosophus sententiā de voluptate falso detorsit e disputationib; præceptoris sui Socratis. Nam quum Socrates in his Dialogis Platonis, Gorgia, Philebo, Phædro, Protagora, Symposio laudat voluptatem, puræ & honestæ animi voluptati decernitur laudatio, non foedæ & obscenæ, quæ est peccudum, & ad corpus solum attinet: Epicurei autem, qui ab hoc fluxisse creduntur, voluptatem quidem animi defendere vni sunt: sed dubiè & incòstanter, quum ad vitæ felicitatem etiam corporis voluptatem pertinere interdum iudicauerint: quo spectat illa in Epicurum Cic. sententiā p Sextio: Sapientem omnia sua causā facere, Remp. capessere hominem bene sanum non oportere: cui Cato Stoicus l. 3. de Fin. relinquit: Quum autem ad tuendos conseruandò: que homines hominum naturam esse videamus, consentaneum est huic naturæ, vt sapiens velit gerere & administrare Remp.

Vt nox longa. Sic Hero Leandro:

Longa mora est nobis omnis, que gaudia differt.

Animus enim amantis solet esse impatientissim; more quamuis breuissimæ, sicut ex Act. 2. Sc. 2. He aut. cognoscit de Clinia morā Antiphilæ impatienter ferente.

Mentitur amica. Hoc expertus, vt fuit Satyr. 5. lib. 1. dicit aperte.

Hic ego mendacem stultissimus vsq; puellam
Ad mediam noctem exspecto.

Est autem mentiri Nigidio, fallere, quantum in se est
alterum : sed mendacium dicere, est se ipsum falli, nec
alterum, quantum in se est, fallere, vt prius sit im-
probi, potterius imprudentis.

Pupillus.] Qui possunt definiri, οἱ παῖδες ἑσθρανοὶ λέγ-
αῖντο τῶν ἐπιτροποπόντων δέονταίς τὸν ἑαυτῶν λόγον τὸ πα-
τρὸς κτεῖρας φυλακῆς, id est, pueri parentibus orbiati & im-
puberes, qui tutoribus indigent ad conseruationem sui rerum-
que suarum.

Ingrata.] Hoc epithetum fuit explicatum Gram. O-
des 10. lib. 3.

Que morantur spem, &c.] Id est, quæ retardant spem
& consilium, id est propositum Philosophiæ studium.

Agenti gnauiter.] Pro quo Cicero dicit, gnauiter &
ignauè facere aliquid, contrario tamen sensu, vt Epist.
1. lib. 2. dicitur. Deflectunt quidam Grammatici τὸ
gnauus à velocitate nauium, vt Donat. Eunuch. Act. 1.
Scen. 1. neque perficies gnauiter. A nauis, inquit, ductum à
qua in alto nullum dixerforium est, id est, per fugium pe-
riculi, ideoque animi magnitudine ibi opus est: sed a-
lij à gnaruisse, quod Festus docet valere, narrationem
exponere: de quo Iosephus Scal. è glossis profert *gna-
ritur*, quod interpretatur γινώσκεται, patet & innotescit.
Prior etymy ratio mihi potior videtur. De voce ele-
menti dictum est Satyr. 1. lib. 1.

Non possis.] Ellipsis est hic coniunctionis discretiue:
quamuis non possit aliquis tam acutè videre, quam
Lynceus, non tamen negliget suæ lippitudini colly-
ria & medicinam parare : hoc quoque expertus fecit
Satyr. 5. lib. 1.

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus
Illinere.

& 3. eiusdem lib.

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis.

Vbi ratio vocis collyrium reddita est : nunc addo eam
ἀλλυγοειῶς accipi cap. 3. vers. 18. Apocalyp. λέγει ἡ κοινὴ
οὐ ἐγγύσιον τὸς ὀφθαλμοὺς σου, ἵνα βλέπῃς, & collyrio illine oculo-
los tuos, vt cernas: id est, luce Spiritus sancti illumina-
mentem tuam ad emendationem vitiorum tuorum.
De lynceo autem licet aliquid atrigerim Sat. 2. l. 1. hæc
tamen præterea addam: Lynceus, sicut e. l. 2. c. 17. Plin.
hiltoriae natu scimus, acie oculorum omnibus mortalibus
antecellunt, vnde Aristoph. in Pluto.

Βλέπειν τ' ἀποδείξω σ' ἑξῆς τερῶν τὸν Ἄλκυονος,
Faxo vt videas vel ipso Lynceo acutius.

Talis oculorum perspicacitas dicitur in Lynce ferâ
inesse: sed hic Lynceus & eius frater Idas ex patre A-
phareo fuerunt ex Argonautis, vt Apollon. memorat
1. Argon.

Οἱτ' Αφάρητιδάδαι Ἀλκυονὸς ἢ Ἰσάριβιος Ἰδῆος,
Ἀρήνθην ἔβαν μεγαλῶν πηδῶν θαρσύνες ἀλλή
Ἀμφότεροι. Ἀλκυονὸς ἢ ἑξῆς ἀτόις ἐνὶ κρο-
ομμασίῳ, εἰ ἑτέρου γε πέλει κλέος, ἀνέρα ἑάνου,
Ἰνδῆος καὶ νήπι κατὰ χθονὸς αὐγάσειδάι.
Apharetiada Lynceus, & prauatidus Idas,
Arenâ vrbe venerunt ingenti robore freti,
Maximè ambo. Lynceus quidem, si vera est fama, eum
virum.

Intra terram oculis penetrare acutissimis oculis instru-
ctus erat.

Veritas autem tam acutissimi visus spectanda est ex
acie metis, cuius sagacitate creditur fodinas metallo-
rum, auri, argenti, aris, hominibus indicasse: istud est
abditissima terræ loca oculis penetrare, καὶ μεταλλῶν,
τῶν ἐστὶ σπηλαιῶν ὄρυμαδάι ἀλλοῦ μετ' ἄλλου, i. studiosè

scrutari aliud pōst aliud: vnde vox latina metallū nomi-
nata est: quod Plin. l. 3. cap. 7. scribit, verisimiliorem
Eustathio afferens notationem, vbicunq; argenti vna
inuenta vena est, non procul inuenitur alia. hoc quidem & in
omni ferè materia cernitur: vnde Græci μέταλλα videntur di-
xisse. & quid apud inferos fiat, oculis peruidere. Lucun-
da est tamen fabula, & ad vsū humanum valdè ac-
commodata, quemadmodum iam in citata Satyr. Cic.
dicitur vsurpasse: Quis est tam Lynceus, qui in tantis tene-
bris nihil offendat, nusquam incurrat?

Contendere.] Est hic ellipsis τὸ tantum, vt sit: non
possis tantum contendere oculis, quantum Lynceus:
non iccirco tamen, &c. qualem relationem quantita-
tis sic plenè Hom. lib. Odyss. 7. sub finem exprimit:
Τὸσον ἀπὸ πτόλιος, ὅσον τε γέγωνε βοῆσας. i.

Tanto ab vrbe intervallo, quanto clamor ipsius exaudi-
ri posset.

Sic quoque Cic. lib. 1. Epist. 9. ad Lentul. tantum
contendere in Republica, quantum probare ciuib; tui possis.
De varia autem huius verbi syntaxi non admodum
est laborandum: quum plerisq; in locis vtrumq; in ea-
dem significatione reperiat. Contendere neruos &
neruis, vires & viribus, vt alter casus sit instrumenti,
alter actionis, qualis est ille: Tantâ cōtendam voce, vt po-
pulus Romanus hæc exaudiat.

Lippus.] Græci in huiusmodi adiectiuis adhibent
participium, & hoc si reddunt, ὁρ λῆμπος, & Latini, si
lippus sis: Lippus autem est Plinio gramiosus, & lippi-
tudo gramia, Græcis verò λῆμα καὶ λῆμα, morbus e cor-
pia fluentis pituitæ, sicut ὀφθαλμία ex inflammatione
membranarum ocularium, quorum remedia dicun-
tur collyria.

Desperes membra.] Præter hunc casum habet etiam
interdum alios hoc verbum, vt desperare saluti, & de
salute, sæpè dicit a bonis Latinitatis auctoribus com-
periamus.

Prohibere.] Vstratissima est hæc syntaxis Ciceroni
& Cæsari, prohibuit me transitu. Vix autem dixerim,
ac ne quidem, prohibuit mihi transitum. Præponitur
aliquando à vel ab, interdum etiam infinitam. Est i-
gitur prohibere corp⁹ chiragrâ, illud defendere ab ar-
ticulari dolore. τὸ λωλῆναι est notiois & syntaxeos
eiusdem Act. Apost. c. 27. v. 43. ἐνώλησον αὐτὸς βολήμα-
τος, Centurio prohibuit eos tali consilio. Demost. 1. Olynth.
τὸ αὐτὸν λωλῆσαι ἀπὸ τοῦ βαδίζειν: quis eum factâ in Atticam ir-
ruptione prohibebit?

Hic autem nodosa, valet articularis, vel in ipsis articu-
lis & iuncturis membrorum insidens, & ita propriè su-
mitur: aliter Satyr. 3. l. 2. dicitur *sonerator Cicuta nodosus*,
pro scrupuloso, diligenti, cauto, difficili in admittendis
sponlionibus & obligationibus.

Chiragra.] Relationem huius vocis repete à Gram-
maticis Sat. 7. l. 2. Hic autem Glycon, quia valentif-
simis & firmissimis membris fuit, athleta potius aut
pugil, quàm gladiator, creditur fuisse.

Est quadam.] Est debet sumi impersonaliter, p. licet,
datur, conceditur, vt est pro ἔστι, ad certū aliquem fi-
nem tendendi potestas sit, quum non licet longius p-
gredi. Similia hæc coniuncta, quatenus, cātenus, halte-
nus progredi, arguunt meliùs legendum quadam tenus.

Feruet.] Varro lib. 5. de ling. Latina scribit feruere
à sonitu & motu bullientis aquæ dici: ideoque Cice.
in orat pro Quintio vtrumque notat hac geminatio-
ne verborum in depingenda Sex. Neuij auaritia, quem
vsque eò feruere ac ferri auaritiâ dicit, vt de suis commo-
nibus nolis aliquam partem amittere. Pro eodem Cicer. 3.
de Fin. dicit ardet auaritia: quo modo Græci notant
λείπει

ζοίεν δια πύ τῆς ονοματοποιίας, à sono literæ ζῶς ἀφ' ὧς ζέει καὶ μορμύρει ὕδωρ, ut spuma fervet, aqua murmurat: de quo lege Eustath. in vers. 361. & 365. Iliad. φ. simili est huic onomatopœia in verbo de stridore ac sono quem edit ferrum candens, dum exstinguitur in aqua, aut piscis, dum frigitur in sartagine.

Avaritia.] Grammatici deflectunt hanc vocem ab avido, quam avidus sæpè in laude usurpetur, avarus contra semper in vitio: hujus autem inclinationis Agellius fuit assertor Od. 2. lib. 2. in Nigidium.

Pectus.] Hæc pars corporis circumscribitur, suprâ gulâ & clavibus, & infra osse xiphoide & epigrastrio. utrinque costis & mammis: ac quibusdam dici putatur à compage vel pexu illarum partium, quasi pectus vel pexus, & soli homini esse latam, reliquis autem animantibus bestiis, avibus, piscibus carinata, aliis magis, aliis minus. Vox autem Græca huic respondens στήθος, videtur pauld angustius circumscribi à Galeno, dum στήθος μετὰ μαστοῦ, tanquam diceret *pectus intermamillare* vocatur: item ab Aristotele, dum στήθος διαφύεις, *pectus mammis distinctum*. Eustathius in vers. Iliad. A. scribit de Achille,

ὡς φάτο, Πηλεΐωνι δ' ἄχος γένετ' ἐνδὲ ὀήτορ
στῆθεσσι κασιόισι, διαίδιχα μερμήριζεν id est.

Sic fati: Pelide autem dolor exortus est atq; ipsi cor hirsutis in pectoribus sollicitè rem utramq; in partem versavit.

Physiognomonas ex Hirsutis & pilorum crebri- tate densis pectoribus conjicere hominum callidita- tem & sagacitatem præter animos viriles. nam in λέξιον ut in δασύ, quæ densum sonant, prima utrobi- que syllaba λα & δα est ἐπιτακτικὴ ἢ ἰσχυρὴ ἀνεπιτηκτική, quæ præfixa verbo ὄω ἢ ὄω auget vehementiam moti- onis & imitationis: quod aptissimè convenit motibus Achillis. Quidam στανόμοσ στήθος appellant sed hoc propriè est os ex septem aliis ossiculis constructum, quibus totidem costæ inferuntur, unde totum pectus componitur. Hoc autem Isacius Tzerzes in Lycophronem deflectit πρὸς τὸ στήθον τῷ ἦν εἶναι ἐν τῷ ἔθει ἐκεῖ γὰρ ἡ καρδία καὶ τὸ ζῶπικόν, ὅθεν ὁ νῦν τὰς διωράμεις ἀρνεύεται, à soliditate mentis hic existente: nam illic cor est, vitalisq; facultas: unde mens vim suam haurit: quod Virg. videtur confirmare versu

Tum latebras anima pectus mucrone recludit. ubi Servius notat, *latebras anima*, definitio pectoris est. ὄσθαζ circumscribitur quidem à veteribus fini- bus colli & inguinum, sed a recentioribus medicis & Galeno describitur pars corporis collo subiecta & costis utrinque clausa ratio. a. vocis redditur πρὸς τὸ δόρεν id est à saliendo & palpitando propter assidu- um cordis motum, aut πρὸς τὸ δέον ὡρεν. i. propterea quod custodiat mentem, partem nostri divinam. Videretur fortasè quibusdam hujus vocis notio & explicatio non admodum utilis, nisi causam hic aperirem, cur illam adhibuerim. Illi ergo sciant, id à me propterea factum, quod viderem, passim tam apud Latinos, hanc corporis partem τροπικῶς sumi, cujus propria si- gnificatio, ut modificata, requirit necessariò talem circumscriptionem ad intelligentiam utriusque. Id autem planius appositis exemplis fiet adolescenti- bus. Ovidius propriè est loquutus 2. Metam.

Plangere nuda meis conabar pectora palmis. quod Homerus Iliad. 3. prius dixerat,

— χερσὶ δὲ πᾶσαι
στῆθεα πεπλήγοντο,

Manibus omnes pectora plangebant.

Sic huic στανόμοσ στήθον, à Xenophonte usur- patur, eis στήθον παίειν, *ferire pectus* quod compo- sitè dicitur στανόμοσ πρὸς τὸ πῆξον, pro quo et- iam dicitur, κίππεδαι τὰ μέτωπα, τὰ στήθια, τὸν μηρὸν, *frontem, pectus femur, ferre*, & τὸ νεκρὸν κίππεδαι, *plangere mortuum*: unde κόμοιο dicti sunt ejulatus & atroces lamentationes quæ sunt comites & indices acerbissimorum casuum. τροπικῶς autem hic ipse lo- quitur Epist. 4. libri hujus:

Non tu corpus eras sine pectore. id est sine ani- mo, vel uno verbo, *excors*, ut Sophoc. in Antigo- ne:

Οὗτο γὰρ ὁ πᾶν χεῖρ δια στήθον ἔχειν.

Sic enim te, onate mi, oportet animo cogitare.

Item Herodian. lib. 4. ἡ ἐκείνου μνήμη ἐν τοῖς ὕμε- τέροις στήθεσι ἐγκλείσται, *memoria illius in vestro pectore insidebit*. Ita Cic. 2. de Legib. *amicus amatur propter se toto pectore*, id est toto animo. Quod Græ- cè dicitur παντὶ θυμῷ, & à paroemiographis in pro- verbis ponitur, & à Cicerone usurpatur lib. 12. ad famil. hanc cogitationem toto pectore cogitemus. Hic tamen posset explicari, omni studio & diligentia. Idem à Theologis effertur nominibus viscerum & cordis sed his postremis significantur μετῶνιμικῶς te- neri omnes atque materni affectus ut cap. 2. epist. ad Philip. εἴπω. σπλάγχα καὶ δικημοῖ, πρὸς ὡς τε μὲ πῶ χερσὶν id est *si qui charitatis inima sensus* (unt vo- bis) explete meum gaudium. Ita Virg. Eclogâ 1.

Quam nostro illius labatur pectore vultus. id est, decidat ex animo, & deleatur oblivione: ad extremum addam aliud ex Adelph. Act. 4. Scen. 4. *pectore consistere nihil consilij quit*. Vides ex his, qua- re ed adductus sum, ut ego putarim circumscri- ptionem pectoris necessariam esse ad notionem utriusque rei, ut quum pectus ex illa cognoscatur sedes, domicilium, ac velut capsa cordis & pertur- bationum, sicut sæpè significat Homero, quum ἦτορ ἐν στήθεσι λέγει, dicit *cor in pectore*, μετῶνιμικῶς pro his illic contentis sumatur.

Sunt verba & voces.] Placet quibusdam, ut hæc duo κατὰ ταυτὸτητα intelligantur. Illi fortas- sè hac causa, ut ita sentiant, impulsus sunt, quod ut- rumque sæpè à Latinis usurpetur pro integra sen- tentia, quam Græci dicunt ἀξίωμα, Cic. enuncia- tum, vel pronunciatum, quod è singulis vocibus constat, quemadmodum multis apud Terentium interpretatur Donatus, è quibus hoc unum & alte- rum est Adelph. *Vetus quidem hoc verbum est com- munita esse amicorum inter se omnia*, & alibi, *Senes nimium sunt ad rem attenti*. Talibus sententiis, atque aliis multò salubrioribus referti sunt libri Philosophorum, undè depromenda sunt præcepta, & instituta rectè & honestè vivendi, quod ad hu- manam societatem & secundam Decalogi tabu- lam attinet. Tanti etiam Cicero fecit Philosophiæ præcepta lib. 5. *Tuscul.* sub initum post descriptam ipsius admirabilem efficientiam, ut dicam unum be- ne & ex Philosophiæ præceptis actum existimaverit toti pene immortalitati anteponendum. Ex hoc qui- dem oratoris dicto videtur esse, quod Posidonius E- pistol. 78. apud Senecam dicit, *unus dies hominum eruditorum plus patet, quam imperiti longissima ætas*. Sed multò verius ac sanctius utroq; Rex & propheta David spiritu divino afflatus ante cecinerat Ps. 84. *Clypeus noster aspice, Deus, & intueri faciem sancti tui: Quia melior est dies unus in atriis tuis, quam mille* (nempe alii extra ecclesiam inter impios & profanos consumpti, etiamsi apud eos voluptatis

de delictis plena mihi suppeterent omnia) Ele-
gi limen tenendum in domo dei mei potius, quam habi-
saculum in tabernaculis impietatis. In Eum autem lo-
cū nemo sine fructu consulit doctas Henrici Molleri
prælectiones. Laertius lib. 6. scribit Diogenem Cy-
nicum sic cuidam respondisse, qui se diceret non
esse ad philosophiam idoneum. Quid ergo tu vivis, si
nulla est tibi bene vivendi cura? quasi diceret, in-
dignus est vitā, quisquis talis est. Alii malunt hæc
translatè sumi pro carminibus, quibus aliquando
Medici velut incantantes, morbos animorum, id
est, perturbationes depulerunt, vel certè mitigā-
runt, qualem extitisse Aesculapium scribit Pindarus
vid. γ. ΓΑ. Hic autem locus videtur depromptus ex
Hippolyto coronato Euripidis.

Νοσῶσα δ' εἰ πῶς τίω νόσῳ κατὰς ῥέφῳ
Εἰσὶν δ' ἐπιφθῶν καὶ λόγοι θελητήσιον.
Φανίσεταί τι τῆς δὲ φέρμακον νόσῳ.

Ubi nutrix admonet Phædrā de lenienda i-
psius infania ob amorem in privignum vi cantio-
num & sermonum quorundam, sic: *Tu agrotans
maturè tandem morbum depelle: sunt cantiones &
verba demulcentia, quæ remedio possunt esse huic
morbo.* Hunc quidem nobis locum M. Ant. Mure-
tus indicavit, sed hoc interest, quod Flaccus *διὰ τῆς
προπῆς* loquutus sit de præceptis & institutis philo-
sophiæ: Euripides autem *διὰ τῆς ἰδύτητος*, de magi-
cis incantationibus: sic Cato in dialogo de Sene-
ctute *συνεδοχμῶς* loquitur: *quæ enim vox potest esse
contemptior, quàm illa Milonis Crotoniatae, pro, quæ
sententia potest esse abjectior hac: at mei quidem la-
ceri jam mortui sunt.* Præter alia tamen topica re-
media, malo equidem sensum de salutaribus Philo-
sophiæ præceptis (quanquam non ignoro Davi-
dem, vexatum ab immundo spiritu Musica leniisse
Saulē, atque illud, *τίω λυπῶν κληΐδου, καὶ θέλγῶν
αὐλοῖς τε καὶ ἠδυσφορίας, dolorem demulceri ac leniri ti-
bis, vocisque suavitate*) malo, inquam accipere de
præceptis, quo animis malè affectis suppeditant
medicinam, his præsertim, qui ipsam philosophiam
colunt & ab ea vicissim, illiprius contaminati,
expiantur. Sunt præterea, qui τὸ *verba referant ad
præceptores mutos, qui scriptis mandabant conti-
nuam doctrinam morum, atque τὸ voces ad eandem
docentes vivā voce. Verbum autem Grammatici
ab aere verberato, vel à veritate, quæ semper ex o-
re promenda est, dici ut vocem, qui sonus est è pul-
monibus per asperam arteriam erumpens, πνεῦμα τὸ
βοῶν, vel à vocando.*

Hanc dolorem, &c.] Pro hunc, è regulis Gram-
maticorum dicendum esset: *istum*, quia *iste*, non hic
usurpatur in rebus quæ ad personam secundam per-
tinēt; quod fortassis Poetis cōcederent suā præceptio-
nem tuendam, nisi Cic. qui pluris faciendus est, quàm
tales regulæ, sic loquutus inveniretur. Sic enim il-
le Epist. 25. lib. 10. ad familiarem Furnium: *ne quid
hæc ambitiosa festinatio imminuat ejus gloria, quam
consequuti sumus, pro ista, id est, tua.*

Deponere magnam partem morbi, &c.] Hoc potu-
isset enunciari more Cic. Epist. 15. lib. 9. *res has ma-
gnam partem relinquere*, pro, magna ex parte. &
Cæs. lib. 4. bell. Gall. *maximam partem lacte & pe-
core vivunt*, Lucretius lib. 3.

Non minimam partem mortis formidine aluntur.
sic hoc loco, morbum deponere magnam partem.

Recreate.] Simplex *creo* volunt nonnulli deflecti
à carne: verum proprior videtur originatio à Græco
κρεας, ut sit quasi carnem inducere & gignere, & re-

create, velut illam amissam restituere, qualis nota-
tio, ut τοῦ κρεας, est observata in verbo *crecere* Oda
16. lib. 3. quod Græci videntur exprimere verbo ἀ-
ναζωπυρεῖν, diverso tamen etymo & interpretatione,
ὅτι ἀναζωπυρεῖν, quod reuiuiscere facit, vel ad verbum
retardescere, &, quod erat jam semi extinctum, ex-
fulcitare.

Iracundus.] Quid hic ab irato discrepet, vide finem
Grammaticorum in 3. Od lib. 1.

Nemo adeo ferus.] Libet jam contra hanc do-
ctrinæ assertionem, quæ dicuntur homines fieri me-
liores, proferre dubitationes hujus Poetæ & aliorum:
quarum jam una citata est in in Dialect. altera
est Sat. 4. lib. 1.

—fortassis & isthinc.
Largiter abstulerit longa ætas, liber amicis
Consilium proprium.

Hæc tertia est alleveratio, ubi ipsemet prædicat,
se ibidem integrum & putum à vitiis hortatu pa-
tris sui factum:

—ex his ego sanus ab illis.
Perniciem quæcumq; ferunt, mediocribus
& queis
Ignoscas, vitiis teneor. —

Non aliter secum diffidet Theognis in hac re, cu-
jus locum proferam, primum pro doctrina, quam
Plato prius, quàm nos assumit in Menone agitans
hanc questionem:

Ἐδῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐδῶν μαθήσῃ, καὶ κακοῖς
Συμμιχθῆς, ἀπολείς καὶ τὸν ἐόντι νόον.
Bona enim discis à bonis, quod si mixtas
malis
Fueris, perdes etiam presentem tuam men-
tem.

Ita Theognis monet amicum Cynnum de consue-
tudine bonorum observanda & colenda, sed malo-
rum fugienda: in eodem tamen libello morbos ani-
mi docet esse insanabiles, ἀνίατος, immedicabiles.

Φύσιν καὶ πρῶται ῥῶν βρότον, ἢ φένας ἐδῶν
Ἐβλήμιν ἀδείς πῶ τῶτο γ' ἐπαφράστο,
Ὅπως σῶσθρον ἔδθηκε τὸν ἀφρονά καὶ κελὸν ἐδῶ
λόν.
Εἰ δ' Ἀσκληπιάδης τῶτο γ' ἔδωκε Θεός
Ἰάδαι κακοτήτα, καὶ ἀπρηγὰς φένας ἀνδρῶν,
Πολλοὺς ἀν' ἰαίδους καὶ μεγάλας ἐρερον.

Facilius est procreare & alere hominem, quam men-
tem bonam

Indere: nemo dum excogitavit, quemadmodum
Prudentem ex imprudente efficiat, & bonum ex
malo.

Quod si Deus largitus esset Asclepiadis,
Ut mederi possent vitio & duris mentibus hominum
Multam & magnam mercedem tulissent.

Hic quidem certè non tam accusabo Poetarum
inconstantiam, quàm illorum ignorationem misera-
bor: quos lates, & vitiosa propages primorum
hominum, heu nimis fecunda, planè latuit: quæ ad
omnes omnino ipsorum posteros propagata sit. Ita-
que diligentem & assiduam per totam vitam requi-
rit culturam.

Adeo ferus.] Ferus, ut fera, inclinant ab Aeolica
voce φῆρ, φῆρς, ubi notatio mutat quantitatem, ut ali-
às e Platone monui: pro qua communiter dicitur
φῆρ, φῆρς, ac peculiariter de leone κατ' ἐξοχῆν, ἀπὸ τῆς βο-
ῆς ὄρου, teste Hesychio, ab impetu celeriter ac ra-
ptim faciendo: alii volunt dici φῆρ, quasi φῆρς, ab infe-
stando. Ferus autem est Nonio sarrus, ut ferox, for-
tis. Ode, 15. l. vide i. Quidam existimant hæc duo fe-
rum esse

vum esse & mitescere non rectè oppositione sese afficere: rectè quidem ferus & mansuetus, ut mitis & acerbus: reperitur tamen apud Virgilium.

-----fructusque feros mollite colendo.

Nempe, ne sylvescant, ubi ferus & mollis, quod idem est, atque mitis, rectè opponuntur. Græci pro mitescere dicunt quidem ἐπιεικὲς ἢ ἐπιεικῶς ἔχειν proprie, sed τροπικῶς ἢ μεταβάλλειν & quem ἀγριὸς χόλος αἰεὶ is dicitur ἀγριόδαι. Prudenter quidem certè Joseph. Scaliger observavit hæc Poeta: opposita pulchrè respicere ad locum Theophrasti l. 3. 1509. Καὶ τοὶ φρούνοι, ἢ πᾶν ἄπαν καὶ ἀγριὸν καὶ ἡμερὸν εἶναι καὶ θεοφράστου μὲν ἡμερὸν καὶ θεοφράστου μὲν, δὲ ἀγριὸν. verum Hippon ait, quidvis est ferus & mansuetum esse hoc quidem culturâ tale fieri: alterum autem ejusdem defectu fit, quale dicitur in lib. 6. Varr. de Ling. Lat. Huc adde quosdam legere, pro, ut non mitescere qui non mitescere possit: Pro hoc, commodet aurem, dixit Satir. 1. l. 1. votis ut prebeat aurem, πρὸς ἐκεῖνοίς ἀκούσι καὶ εἰς ἔχουσι, ἢ τὰ ὅσα παρέχου ἀκούσι. Pro quoque dicit Propert. l. 1. Eleg. 1. monitis advertere aurem.

Virtus.] Fabius Quintil. l. 9. c. 3. addubitat, cui vitio hoc figuræ genus tribuendum sit neque vidit Hellenismum esse ex hoc apophthegmate Cleobuli: ἀρετὴς οὐκ ἐστὶν ἐπιεικὴς, proprium est virtutis & ipsi innatè vitium odisse, vel: ἢ μὲν ἀρετὴ ἐστὶ τὸ μισεῖν τὸ κακόν, πρὸς δὲ τὸ ἀγαθόν, virtus est odisse malum, & bonum expectere: ubi Poeta videtur legisse φέρειν ἀπὸ τῆς μισεῖν. Hanc definiendi rationem per infinitum imitatus est Lucilius, ut potes videre è loco Lactantii supra in Dialecticis citato.

Stultitia caruisse.] Quum stultitia sit Tul. l. 3. denat. Deor. majus malum consensu omnium Philosophorū. si omnia mala fortunæ & corporis ex altera parte ponantur, summū bonū assequetur, qui illā caruerit. Rectè quidem meo judicio Hebræi unâ voce כסיל stultum & divitem nominarunt: quod nihil sit stultius ac miserius & dissolutius divite, suis præsertim divitiis confidente, & tuendis augendisque invigilante. Censuræ est propriè æstimatione facultatum & enumeratione bonorum, ut jam definitum fuit Ode. 15. lib. 2. undè censuram agere est, quod Galli dicunt, bairer les biens par declaration, pro quo & verbo censere, Græci dicunt τιμῆσαι καὶ τιμᾶσαι, æstimationem & æstimati. Hinc homo nullius census vel sine censu, id est, sine fortunis & bonis.

Vides.] Id est, tu prospicis & animadvertis, sentis ac denique experiris, quanto labore animi & corporis tibi opus sit, ne à populo repellaris, Gal. tu scavis bien & cognois avec quel travail d'esprit & de corps tu te gardes d'estre pruni & refuse à la poursuite des estatz. Utilitatissima est vis hujus verbi Ciceroni, ut Epist. 11. lib. 2. ad Famil. In quo prima illa consolatio est vidisse me plus: quam ceteros. Idem Epist. 2. lib. 9. in enim ipse, qui est me & alios prudentiâ vincis, omnia credo vidisti, nihil omnino te fefellit. Hujusmodi sunt infinita, quæ prætereo, tantum addam inde aciem mentis, animi, ingenii dici.

Turpem repulsam.] De ijs, qui turpiter à petitis magistratibus repelluntur, vide Cic. in Orat. de Aruspicum Resp. & certè turpitudine illa proficiscitur ab iniquis artibus petitionis. Pro hoc Cic. lib. 3. Epist. 2. dicit, formido τὸ ἀπόσδιγμα, id est, spei frustrationem & infelicem successum timeo.

Devites.] Est quidem prudentis impudentia mala antè, quam irruant, devitare, sed qui in ea se quendam habendi siti conjicit, temerarius est & insanit.

Ante mercator ellipsis quoque est τὸ μοεῖν ὁμοιωματικῶς, tanquam mercator esset, ne quis putet aversionem sermonis à Mæcenate ad Mercatorem, ut jam paulò antè fuit annotatum ad verba: non possis oculo. Pro impiger dixit Od. 15. l. 1. Non piger auriga, & lib. 3. Non piger Appulus.

Curris.] Ut hæc sententia videatur ex antecedente pendere, hoc supplendum est post vides, quanto dolore devites, &c. nempe quum curris ad Indos. Sic Catullus loquitur in Epigrammate ad Furium & Aurelium: sive in extremos penetravit Indos. Valet igitur ad ultimas Indiae regionis oras, id est, longissimè quod Persius imitatus dixit Sat. 6.

Vnde animam lucro, mercare, atq; excute solers Omne latius mundi, ne sit præstantior alter. ut citatum est quoque Sat. 1. lib. 1. ita Plautus in Pseudolo: Ego in hoc triduo, ut terrâ aut mari aliunde exsolvam id argentum tibi, vide plura in proverbio, aut terrâ aut mari. Porphyrio scribit Horatium mutatum hanc sententiam à Theonignide, quæ est hujusmodi:

Χρὴ γὰρ ὁμοῖος ἐπὶ γῆν τε καὶ θάλασσαν νότα θαλάσσης Διζέσαι χαλαστῆς Κύβης, λύσον πενήτης.

Præcedenti disticho Theognis dixerat hominem propter nimiam rerum tenuitatem τὸν μὴ πρακτικὸν καὶ ἀφρονὸν εἶναι: facultate agendi præclarâ privatum, & mutuum esse, eam ob rem.

Oportet & per terram & per lata dorsa maris Quædere solutionem moleste egestatis, o Cyrne. Idem effertur, ὁδὸν πόντον καὶ ἐπιχθονα ἀγῶντες per mare & per terram vagantes: sed hoc Demosthenes enunciat per κατὰ τὴν γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, idem pro Ctesiphonte ἐν γῆ καὶ θαλάσσει.

Per ignes.] Quod Ode. 16. l. 2. redarguit. Quid terras alio calentes. Sole mutanus?

Ita quidam propriè hoc sumunt de periculis æstus furientis sub zona torrida, quæ mercatores non sine vitæ discrimine infano divitiarum amore solent adire, qui mihi sensus melior videtur, qualis est Sat. 1. l. 1. ad verba:

-----Quum te neq; fervidus æstus Demoveat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferrum Nil obstat tibi, dum ne sit ditior alter.

ὄστε μὲν αἰεὶ τὸ το νομῆμος, αἶος τε δουκὲν ἀκούσθαι καὶ σφοδρὸς, ταχὺς τε καὶ ἀπίεργος. ut ad hoc possis jure videri minime segnis, sed vehemens, celer & intrepidus. Ode præterea 24. lib. 3. tractum huic adversum adjungit, ejusdem reprehensionis causâ:

-----Si neq; fervidis Pars inclusa caloribus Mundi, nec Boreæ finitimum latus Duratq; solo nives Mercatorem abigunt.

Odetamen 14. l. 4. τροπικῶς dixit: Equum frementem mittere per ignes. Sed de paupertate & mendicitate vide, quod est copiosè annotatum in Od. 2. l. 3.

Cures.] Pro hoc Terent: dicit Act. 5. Scen. 3. And. vers. 28. Hoc modo te obsecro, ut ne credas à me allegatum hunc senem, id est, subornatum, & Cic. appositè & ibidem Act. 2. Scen. 1. v. 19. ubi Donat. interpretatur etiam Græcè, ἢ αὐτὸν. Item Eun. Scen. 5. Act. 4. ulciscar, ut ne impune in nos illuseris, ubi Donat. ut ne, interpretatur, ut non: sic hoc loco, ne cures, pro ut non cures, id est, ut curam abijcias eorum, quæ & c.

Discere & audire.] Hic disciplina præponitur auditioni κατὰ τὴν ὑπερολογίαν. Non dissimilis est huic

Ifocratis consilium ad Dæmonicum è genere comparatorum minorum. Μη χαλοκει μακρον πορδεδου δδον παρς τις διδασκειν τι χρησιμον επαγγελουμιν. αιδου δ τις μιν εμπορος τηλικαυτα πελαγη διαπερη ενκατα παειω πιπσαι τιμ υπαρχουσαν υσιαν, τις δε νεωτερες μηδε τις χη γλυπορειας υπομινειν επι τω βελτιω κατασκευαι τιμ εαυτων διανοιαν: nec te pigeat longum iter conficere ad audiendos professores rerum profuturarum. Turpe enim est, mercatores tam vasta percurrere maria rei familiaris augenda gratia, & adolescentes impatientes esse terrestris professionis ut melius suam informant mentes. Facit certè hic locus, ut τὸ mercator à notione communi omnis negotionis restringam συναρδολογικῶς ad empiricam ὁ δὲ εμπόρος ἀπὸ τῆς πόρεϊς ἢ τῆς πορείας διὰ τὸ ὑδατῶ λέγεται κυρίως.

Compita.] De his revise notas in 5. Satyr. lib. 2. Quid autem sit pagus & unde dicatur, revise notas Gram. in oden, 12. lib. 2.

Pugnax.] Id est, habilis & aptus ad pugnandum in ludis compitalitiis & paganis, Gallic. *aspre & adroit aux combats & joustes, qui se font par les villages & carre fours.* Dicitur autem hoc Græcè per μάχη, utrumque tam de rebus, quàm de personis. Syntaxis præterea est apud Cic. noluit esse pugna contra senatorem, & geminatum reperio cum vehemens, contentiosus & lacertosus.

Coronari contemnat.] Orator diceret contemnat coronam Olympiacam ut annotatum fuit in Oden. 1. lib. 1. ad verba: *nec spernit demere.* Ratio autem verbi coronari cognosci potest ex inclinatu vocis coronam in Od. 7. l. 1.

Olympia.] De ludis Olympicis repete quod annotatum est in Gram. Sat. 1. lib. 1. Numero autem multitudinis Olympia, orum pro illis certaminibus Olympicis, quæ Græcè distinguuntur à nomine urbis accentus collocacone, illa quidem τὴ δὴλυμπα: Hæc verò, ἡ δὴλυμπα: quæ urbs est nomen sortita à monte vicino, & hic dictus à splendore pleno, sed concisè conjuncto, quasi δὴλυμπος. alterum ejusdem etymum revise in Grammaticis odes 1. l. 1. ubi notanda est syntaxis Græcâ coronari Olympia. Nam Græci sic loquuntur, σεφανῶδου δὴλυμπα, coronari Olympia, pro, victorem esse Olympiorum, quod Ifoc. Epist. 4. ad Philip. regem Macedonum dicit, σεφανῆτας ἀγῶνας νικῆν, coronaria certamina vincere vel νικητικῆα φέρειν & Pausanias, ἀναγειδου δὴλυμπα καὶ ἀγῶνας ἀναγειδου καὶ νίκης καλλίσις. Ita Hom. sub fin. iliad. σ. Εν δὲ τὰ τεύρεα πάντα τὰ τ' ἕρνος ἐσεφάνωται.

in clypeo Achillis effinxit Vulcanus sidera omnia quibus calum coronatum est. Quemadmodam etiam Hesiod. dixit in Theog. ἕρνος ἐσεφάνωτ' ἀσρα. calum astris coronatum est, τὰτ' ἐστὶ κατισεισμέσθ, hoc est uno verbo, stellis, velut floribus, distinctum & variatum, καὶ τὸ ἀεισων σεφανῶμαι, premio rei bene gesta ornor: quod Plutarch. extulit ἐπιρρηματικῶς, sub finem Pelopidæ, Διαγέρας ἐπιδεινῆς σεφανῶμενος δὴλυμπασι, quod valet Olympia νικῶντας, vel per nomen τὸ Olympia νικῶντας, filios apud victores, vel Olympicorum certaminum victores vidit, uno verbo Olympia. Hoc etiam coronamenti fructus erat virtutis olympicæ in laude honore, ac dignitate positum: unde Græcis dicitur βιότε φάος. id est vite splendor. Huc etiam addam è Scholiaste Thucydidis l. 1. Orsippum Megatensem oraculo Delphico sic decoratum:

Πρῶτ' δ' ἑλλεύων ἐν Ολυμπίᾳ ἐσεφάνωθη. Orsippus Græcorum primus Olympia coronatus est.

Sic Simonides δις Νέμεα, τρίς Ὀλύμπια ἐσεφάνωθη. Bis Nemea, ter Olympia coronatus fuit, id est hinc certaminum victor fuit. Hoc autem, quis circum compita pugnat, est phrasin Græca & simul periphra- sis τὴ ἀλλήλῃ ἀγροικῆ circumloquutio Athlete rusticæ: quam phrasin Græci sic pronunciant: τὴ τῶν περὶ τὰς κομῆς καὶ τειῶδους μάχη κατὰ τρωαὶ ἀν τὴ τὰ μέγαλα Ὀλύμπου σεφανῶδου ἀκοντῆ: Hæc quoque certamina compitalitia maximè conferebantur, ὅταναι τ' θεῶν ἀγῶνας ἔσονται ἐξήνωτο ἐν τοῖς τεύρεοις ἐπὶ τῶν σεφανῶν τοῖς νεκροῖς, quum festa sub nomine Deorum compitalitiorum celebrantur in trivis à propinquis mortuorum: Sed de comparatione Olympicæ victoriæ & Romani triumphi vide Cic. in Orat. pro Flac. & Plat. de vita beata Olympicorum 5. de Re- pub. ut notatum est Ode. 1. lib. 1.

Conditio.] De hac voce dictum est Ode. 1. lib. 1. c. Donato.

Dulcis palma.] Hæc planta non solum victoriam certaminum Olympicorum, ut dictum est Ode lib. 1. verum etiam natalibus Apollinis & Dianæ nobilitata fuit: sicut apparet facilè ex Homericò hymno Apollinis:

Ἀμφὶ δὲ ποίνερα βάλλε πύχρα γύνατ' ἔρεσσ' Ἄνεμόνι μαλακῶ μείδοντ' ἐδὲ γαῖ' ὑπὲρθεον

Latona est amplexa palmam ulnis, & genua fixit in molli prato, & terra subrisit inferna.

Idem cernitur initio Theognidis:

Φοῖβε ἀναξ', ὅταν σὶ θεὰ τέκε πότνια Λίθω Φοίνικος παρὶνῶς χεῖρον ἐσαλαμῆν.

O Phœbe rex, quum te venerenda Dea Latona peperit prehensa manibus tenebris palma.

Huic palmæ Aelian. addit olivam in auxilium parturientis, οπ ἀνάτληαι λόγος ἐστὶ δὴλυμπα εἶτα ἐν δὴλυμπα εἰλαια καὶ φοίνικα, ὅν ἀλαμῆναι τὴν Λησῶ δδὺς ἀποκνήσας τῆος ἢ δὴλυμπα τὸ το δεσται. Delij memorant in Deo plantas oleam & palmam enaias, quibus apprehensis Latonam statim peperisse, quum ante non potuisset.

Neque verò epitheton dulcis puto magis referendum ad suavitatem palmulæ fructus, δακτυλον, de quo Plin. l. 13. c. 4. quàm ad jucunditatem quietæ victoriæ citra tantum laboris, tantumque pulveris collecti, vel ad illud proverbio tritum, virtutis qui-

dem sunt radices amara, sed fructus dulces.

Sine pulveri.] Græcè dicitur ab Aristophane ἀνὸ κενίας, τὸτ' ἐστὶ χεῖρος κενίας ἢ κατὰ τὸν Ἠπίδου, νόσφι, ἀπὲρτε πόνου καὶ οἴου, ab sique labore & arumna: uno autem verbo Græcè effertur ab Herodiano lib. 6. νίλιω λὼ ἀκοντῆ ἐνικησας, quam victoriam sibi citra pulveris jactum pepererunt, ut Plinius interpretatus est lib. 35. cap. 11. quum scribit Alcimachum Dioxip- pum vicisse Olympia Pancratio citra pulveris jactum quod vocat ἀκοντῆ. Agellius quoque affirmat sine pul- vere jam abiisse in proverbium lib. 5. cap. 6. incru- entaque victoria obvenerit, quæ est interpretatio duorum ἀκοντῆ καὶ ἀναμακπῆ, ἢ ἀναμακπῆ sine cruore καὶ ἀνιδρω- τῆ id est sine sudore: ego autem malim cum bona venia Doctorum interpretari, Athletas eos summis efferrè laudibus, qui suos antipalos perunctos, nul- conspersi pulvere supplantarent. De hoc gene- re unctionis & pulveis vide plura in Rhet. Odes 8. lib. 1.

Aurum.] Ideo Græcis ὄχρυσος λέγεται πολλαχῆ τιμηδὲς διὰ τὸ ὑπερέχειν τῶν λοιπῶν ὀψίλων. Quod reliquis metallicis materis longè præstet. Hujus autem etymum, ut argē- ti, pete nostris è notis in Oden 3. l. 3. præterea hæc phrasin

phrasi exprimitur Græcè, χρυσός ἐν ἀντάξει τῆς ἀρετῆς, id est, aurum non aequiparat pretio virtutem. Porro vis auri declaratur similitum collatione εἰδ. ω. ολουω, cuius pars altera constat suâ minorum contentione, ἀσπὸρ ἢ πυρρός οὐ νυφί ἀιδόουτος διαλέμωει, ἔτω λαὶ χρυσός διαπρέμωει ἔξοχα πλῆτι μεγαύρος τῆτ' ἐστὶ προτιμώτορος τῆς λοιπῆς ἔλλης λαὶ τῶν ἄλλων χημάτω, id est, ut sax accensa in atra nocte resplendet, sic aurum venidet præter ceteras divitias superificas, id est, pretiosius rebus alijs habetur.

Pecunia.] Quid hæc vox contineat, & vnde nominetur lege lib. 4. Varronis de lingua Latina & Columellam lib. 6. de re rustica, & Festum & Lucretium lib. 5. huc accedat inclinamentum vocis: à pecu enim sunt adiectiva pecuinus & pecunius: in posteriori quidem, quum dicimus pecuniam nullus dubitat Grammaticus, quin intelligi debeat rem. Itaque pecunia res γεννιῶς vsurpatur pro quibuslibet patrisfamilias bonis, quæ olim exitebant præcipua è fœtura pecoris: qua vocis ratione Hermogenianus L. pecuniæ ff. 20 de rerum & verborum significatione pecuniæ nomine non modò nummos, sed res omnes tam solidas, quàm mobiles: tam corporea, quàm iura scripsit contineri, quemadmodum sumpsit Cicero in Orat. pro Sex. Ros. Amer. Quoniam in alienam pecuniam tam plenam, atq; præclaram nullo iure inuaservis. Idem ibidem, ipse amplissima sit dominus, qui in sua re fuisse egentissimus. Sic Cicero loquitur, querenda est, vel cum periculo, pecunia, pro hoc Poeta dicit Epist. 10. collecta pecunia imperat aut seruit cuiq; vel alibi, præparare pecuniæ indigno heredi. Sed Donatus in Phorm. Actor. 1. Scen. 1. conficere pauxillum nummorum, & pecuniam fieri propriè dici, annotatè Sallustio. Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat, non dixit, cusa erat. Ciceronis est hæc phrasis, Per magna pecunia ex eare confici potest. Gallicè Il i a bien à gagner en cela. ou, L'on peut amasser beaucoup d'argent de cela. quæ phrasès sunt imitationes Græcorum. Demosthen. enim dicit, ποιῶ σοι ἀργύριον, compar, tibi argentum. vnde χημάτω τοῖς ἢ πλῆστο τοῖος τέχνη, ars quaestiuosa.

Virtus.] Proferunt quidam è Repub. Platonis similem sententiam cuiusdam Phocylidis, virtutem exercendam esse, vbi res alicui necessariè ad victum & cultum adfuerint: sed non subiiciunt correctionem: arbitror, inquit ille, prius excolendam, scilicet virtutem, quàm diuitias parandas. locus consulatur ut ille lib. 5. de Legib. sub fin. Διὸ δὴ χημάτω ἐπιλαοὶν ἄχ' ἀπᾶς ἐρήμαον, ὃ χητέλοισιν τρέξω. ὄντων γὰρ τῶν ἀπάντων περὶ ἀνθρώπων ἀσπλάξει, τελοστέλοισιν ἢ τέτοισιν ἐστὶν ἢ τῶν χημάτων ὀρθῶς 50 ἀσπλάξομεν ἀσπλάξ, σώματός ἢ μέσιν, πρῶτον ἢ τῆς ψυχῆς, id est, Itaq; non semel diximus postremum hominis studium in diuitias esse conferendum. Quum enim tria sint omnino, quibus omnes homines student, postremum & tertium est diuitiarum studium, quod illis rectè ponitur, medium est corporis, primum verò est animi. Hunc rectè studij ordinem querit Iuuenalis Sat. 14. peruersum etiam fuisse à Romanis ætate suâ.

Vnde habeas, quarit nemo, sed oportet habere.
Hoc monstrant vetula pueri poscentibus affem:
Hoc discunt omnes ante Alpha & Beta puella.

Post nummos.] Quod Græci dicunt, ἐπιπυτέον τὸν ἀπτερέλιον ὄρορ πλῆτι. Hanc autem vocem nummus quidam putant dici à Numa rege Rom. è Suida, quod nōdum legi: sed malo ἐπυμορ esse παρὰ τὸ νόμισμα, τὸ τίωμα

μα τὸ τετυπωμένον χαλκῶ, à nomismare, quod est minutum frustulum æris cusi. Cur autem nomisma vocetur, Aristoteles ostendit lib. 5. Ethic. cap. 5. quod non naturâ, sed lege sancitum sit. Vsurpatur sæpè pro pecunia exigua ut à Cic. 5. de Fin. Ne nummum quidem arripit, & nullus est in crumena nummus.

Ianus.] De Iano dictum est abundè Satyr. 3. & 6. lib. 2. Grammaticis, ac præcipuè in 6. ostenditur ratio vocis ab Hebræo Iaim ducta: quo nunc addam Berofum l. 3. facere inuentorem vini, ideoque Ianum οἰνότομον vocatum. Pro docendi verbo significatur publica & manifesta professio & docentium & discipulorum, quæ significandi ratio est in coniunctis cum pro, ut Festus tradit, Ianus, inquam, prodocet vos o cines, hæc.

Summus ab imo.] Quædam exemplaria scriptum habent ad imum, quod non equidem improbo: ita studium significatur acerrimum conficiendæ pecuniæ à fœnoratoribus poni per totum vicum. Gallicè, depuis un bout iusques à l'autre. Vbi τὸ summus, secus accipitur atque in — summâ deinde Camænâ: id est, pro principio vici ad finem eiusdem.

Recinunt.] Significat vtriusque ætatis homines fœnoratoribus illis, tanquam magistris, reddere prius dictata, id est, horum suasionibus assentiri.

Dictata.] Ab ea significatione dictandi, quæ est Ep. 6. lib. ad Quint. Fratrem, Parvulâ lippitudine adductus sum, ut dictarem hanc epistolam, & non, ut soleo, ad te ipse scriberem. Deslectuntur inde dictata, orum, pro ijs præceptis, quæ præiens alicuius præceptor tradit discipulo describenda, quæque possunt Græcè dici ὑφηγήσεις, ut verbum ὑφηγημαὶ & ὑφηγητής, pro, præeo alicui voce, quam excipiat.

Leuo suspensi.] Hic versus explicatus est Satyrâ 6. l. 1. & modificatio notata.

Quadragesis.] Ellipsis est sestertium vel millibus nummorum, quæ summa valet decem millia coronatorum Gallicorum. Præterea legem Rosciam Ioannes Amari Nonetanus Iurisconsultus, & in Parisiensi Senatu patronus, doctè diligenterq; comprehendit duobus capitibus, Commentario in hanc Epistolam, qui si in reliquis poematis Horatiani partes scripsisset similes commentationes, nihil admodum his nostris, aur aliorum, opus esset studiosæ iuuentuti. Sic igitur ille: Prius caput legis de Equitibus cap. 99 Flor. Epit. in Liuium ad verbum exprimitur, & hæc summâ continetur, Romanisque Equitibus in teatro quatuordecim gradus proximi assignantur: ab illis tamen, qui vel suo, vel Fortunæ vitio decoxerint, remouentur: hanc postea partem, ut nimis seueram Augustus temperasse dicitur à Suetonio, capite quadragesimo in ipsius vita. Quum autem plerique Equitum attrito bellis ciuibus patrimonio spectare ludos e quatuordecim non audent metu poenæ theatrialis, pronunciauit non teneri eâ, quibus ipsi, parentibusve equester census vnquam fuisset. Caput denique alterum in Pomponio Læto de Legib. Romanis copiosè scribitur, & ita perstringitur: Quicunq; quadragesima sestertia possident, eis in quatuordecim gradibus inter Equites spectandi ius esto: Hanc autem lege n Lucius Roscius Otho, Tribunus plebis tulit annis quatuor ante Consulatum Ciceronis. Huius etiam legis meminit Afconius Pædianus in oratione pro Cornelio: Roscius legem firmavit, ut in Teatro Equitibus Romanis quatuordecim ordines spectandi gratia darentur, quo quidem in theatris consellu Cicero Philip. 2. indignum facit Antonium, & ita reprehendit. Illud ta-

men

men audacia tua, quod sedisti in quatuordecim ordinibus, quum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamuis quis Fortuna vitio, non suo decoxisset, vt de Mena liberto Pompeij Magni, Epod. 4. dictu fuit, qui Othone contempto sedet.

Sex septem.] Dicuntur δὲ τὸ ἀνοδοῦν ἢ διαλεινέω, per dissolutionem & ellipsin coniunctionis diiunctiuæ sex, septem: qualis est ellipsis in Eunucho, Act. 2. Sc. 3. vers. 40.

Illum liquet mihi deierare, his mensibus

Sex, septem, prorsum non vidisse proximis.

An pueri.] Est conditio colloquij inter pueros, vt est etiam videre in Theætheto Platonis: Si quis nostrum aberrauerit, & semper hallucinatus fuerit, u sedebit a sinu, vt pilâ ludentes pueri dicunt: si verò nullâ parte aberrans superauerit, & rem omnibus numeris absolutam & perfectam dederit, Rex inter nos constituetur, & imperabit, (cuiusmodi est illud Aufonij.

Qui faciet rectè, non qui dominatur, erit Rex.) quicquid responderi voluerit imperati suis: cuius quidem regni puerilis habes imaginem luculenter expressam in Clio Herodoti de Cyro exposito & seruato, & in Regem ab æqualibus lecto.

Murus.] Murus aheneus potest Græcè ex Æschine contra Ctesiphontem dici χαλκῶν καὶ ἀδαμαντίνων τεύχος. Vide Oden. 3. lib. 3. de parato viris fortibus ac iustis portu, & perfugio contra omnem Fortunæ temeritatem.

Aheneus.] In hoc verbo, sicut in quibusdam alijs, cur nota spiritus inusta sit, vide Agell. lib. 2. cap. 3. est autem poëticum, pro quo dicere solent oratores, æneus: vnde dissolutione diphthongi & interiectu h. fit aheneus παραγογιμῶς ab ære.

Palescere.] Quanquam rubor & pallor ab eadem causa, id est, à metu existunt; ille tamen nota est bonæ indolis & pudoris, qui est φόβος τῆς ἀδοξίας, metus ignominia, de quo lege Plutarch. Problemat. 14. Agelliū libro 19. capite 6. vnde Mitio Adolph. Act. 4. Scen. 5. Erubuit, salua res est: pallor autem est signum malæ indolis: non ausim tamen id adfirmare, vt catholicum, in adolescentibus omnibus. Metus quidem & opinio mali futuri nō tam certè mihi auctor videtur mutati à naturali constitutione vultus, ἢ τις σύρραξις τῶν μετὰ τὸ ἀλλήλων λογισμῶν καὶ συγχορῶν, ἢ ἡ ἀπολογισμῶν οὐκ ἐπιπέσει σωεπιπέσει, quàm consuetudo quaedam cogitationum inter se accusantium aut excusantium in conscientia cuiusque.

Lubet huc proferre Problem. Alexand. Aphrod. é. 1. α. Se. 1. β. διὰ τί οἱ φοβύμενοι ὠχρόι εἰσιν, ὅτι ἡ κίμωλον φέρει, καὶ ἡ προσημῶν τὸ σώματος διὰ τὴν δέει μὴ παθεῖν τι παρὰ τῶν ἐπιπέσει, ὡσπερ καὶ ἡμεῖς φοβύμενοι ἢ δειλιώμενοι, οὐκ οἴκοις πεισθῶμεν, καὶ αὐτῆ φέρει σφόδρα πρὸς τὸ βάθος τῶ σώματος, ἀσφαλείας χάριν: σωεπιπέσει δὲ μετ' ἐαυτῆς τὸ αἷμα, ὃ λέγεται τροφή καὶ χυμῶν, ὡς καὶ χυμῶν μόνω χυμῶ. τὸ δὲ τῶν, τὸ πρὸς τὸ δέμα καὶ ὀρθοῦσθαι. Quare metu perculsi palescunt?

quia nostra natura & corporis facultas sibi prouidens remouet se, ne ab externis offendatur, non secus, atq, nos ipsi pauore correpti in ades nostras fugā recipimus, eadem in centrum sic corporis se valde citò abdit rursū conseruandi sui causā: contrahit autem secum sanguinem, quo vititur, vt succo sibi commodissimo solo se ad alendam & vehendam. Hoc siquidem 60 est, quod roseo colore cutem afficit & rubefacit. Quæritur ibidem post pauld, διὰ τί καὶ οἱ αἰδύμενοι ὀρθοῦσθαι, ὅτι ἡ φύσις αὐτῶν δειλιώμενοι τινι σωεπιπέσει, τὸ τιμῆς ἀξίον ἀποχρησθῶμεν, καὶ ὡσπερ σύγκυβος λέγει, μετ' ἐαυτῆς πρὸς τὸ βάθος καὶ οὐτὸς τῶ σώματος τῶ αἵματος, τοίνυν συγχορῶν καὶ χυμῶν, τὸ δέμα βάπτισαι τῶ αἵματος χυμῶν. id est. Quare qui pude-

funt, rubore suffunduntur? quia natura suoapte cuiusdam

conscientia documento reueretur id, quod est honore dignius, more nobilis a: generosa puella moderatè se contrahit & subducit in locum aliquantò penitentiorem intra corpus. Itaque sanguine commoto & se diffundente, cutis tingitur sanguinis colore.

Culpa.] Iurisconfulti definiunt culpam, vt sit læsio per imprudentiam alteri illata: cui non est dissimilis eiusdem descriptio apud Donatum in Terentium Act. 2. Scen. 1. culpa dicitur illius, qui nesciens aliquem læserit.

Sodes.] Particula est hortantis, vel blandientis potius, quàm verbum; tamen Cicera. de Orat. dicat. Libenter etiam copulando verba iungebant, vt sodes: pro, si audes: sis, pro, si vis. Itaque, dic sodes, valet, age dic, vel dic quaeso.

Nenia.] Nænia est velut αἶνος Græcum, quodlibet vulgare dictum, de cuius etymo & omni ratione lege nostras annotationes in Od. 1. lib. 2. & 28. 1. 3. Sensus autem cantilenæ hic erat, hoc versiculo comprehensæ.

Rex eris, si rectè faxis, si non faxis, non eris. Vt qui rectissimè omnium faceret, principatum teneret, ac dominaretur: quales se, si non publicâ & regiâ auctoritate, re tamen ipsâ præstiterint summi duces, ac fortissimi Romanorum principes Curius & Camillus, qui virtute, non fauoribus magistratum ambierunt.

Offert.] Hoc verbo videtur legitima vis & omni ambitus suspicione vacans significari eligendi aliquem suâ virtute in principem. Quicquid enim siue bonum, siue malum insperatum obijcitur, aut expectationem præuenit, dicitur offerri, ait Donatus in Hecy. Act. 3. Scen. 3. vt facillè perspicias ex illo Satyr. 6.

Nulla etenim mihi te fors obtulit.

Rem facias.] Rem facere, est opes quærere, & fortunas augere.

Si non, quocunque modo rem.] Hic loquendi modus est Græcorum genti maximè proprius, sicut Aristot. lib. 2. Rhet. scribens de inuidia & odio dicit ei ἢ μὴ, τῶντο καὶ ἴτω συμβαίνει, sin minus, hoc fit, idem quoque sic vsu venit. Ex hac etiam phrali constat apophthegma Solonis, Μὴ λαχολόγει τὸς πλησίον, εἰ δὲ μὴ, ἀνήσθη ἔφ' οἷς λυπηθήσῃ. Maledictis ne vicinos afficiat, si non, audies, de quibus dolebis. Similiter Theophrastus lib. 8. de stirpibus. Τὸ δὲ τρίτον πρόβατα ἐπαφιάσῃ, ὅτω γὰρ φύει τὸν λαυλόν, εἰ δὲ μὴ, quod Plinius per alioqui red didit. Terribè admittunt oues: Ita enim proferunt caulem: alioqui, folia tantum fierent. Hanc tamen loquendi rationem non tam tritam Latinis fuisse, argumento est locus ille Cic. 1. 2. ad Attic. vbi quum idem sensus proferendus esset, auctor maluit Græca usurpare, si possunt discere, ne causa optima in Senatu pereat, ego satisfaciam publicanis: εἰ δὲ μὴ, & quæ sequuntur. Item potè in Epist. ad Nummiciū.

Si non his vtere nostris. explicatur etiam εἰ δὲ μὴ per sin, vt ille locus interclusus in Priapum:

Donec proterua nil mei manu carpes
Licebit ipsa sis pudicior Vestis:
Sin hac mei te ventris arma laxabunt.

Ve propius spectes.] Habes lector, distinctos spectantium ordines apud Sueton. in Octau. cap. 44. ita, vt orchestra Senatoribus, equestria Equitibus, cauea Plebi assignata sint: quod Seruius in 8. Aeneid. cōfirmat: sed huic postremo ordini sui sunt etiam distincti consellus & gradus: vt alij in prima cauea, alij in media,

aut

aut

aut

aut

aut

aut

aut

aut

aut

aut

alij in vltima sine summa pro sua dignitate, vel Augusti fauore, sederent. Hoc nominatim addo, quia Imperatores ludis solebant praesidere ac praesse, vt Suetonius capite 6. in Tiberio scribit, qui praesedit Aethiacis ludis: de quo vide amplius eundem in August. capite 45 & in Nerone capite 12. item Tacit. lib. 12. Haec distinctio apparet e maiore Catone Ciceronis. Vt Turpione Ambiuo (Comedo) magis delectatur, qui a prima cauea spectat, delectatur tamen etiam qui in vltima. Puppis fuit admirabili virtute Tragedus ad commiserationem mouendam. Proditum est memoriae, Dionysium tyrannum, qui semper sicco cultus tot ciuium neces immisericordi respectu spectauerat, spectaculo tragicæ calamitatis collacrymasse: qualem animi affectum ob rem ludicram & fictam, quum praesentiret sibi probro & vitio fore, è theatro se continuo subduxit. Non inutilis erit ad intelligentiam huiusmodi spectaculorum commemoratio historiarum, quam Aelian. narrat libro decimo capite primo, de Pherenice, Quæ quum filium suum certaminis causa ad Olympia adduxisset, illumq; spectaculis prohibuissent Hellenodice, in iudicium ipsos vocauit, affirmans, se habere patrem Olympionicen, ac praterea tres fratres, filium denique adduxisse ad certamen Olympiacum. His argumentis causam obtinuit contra populum, atque legem, qua feminas arceret a spectaculis, infringit, & Olympia spectauit.

Responsum Fortune.] Est illi resistere & repugnare: cuiusmodi fuerunt antea, responsum cupidinibus & palatio. Itaque hortatur te liberum & erectum responsum, id est, suadet, vt summam libertate & animi magnitudine Fortunæ resistas.

Superba.] Hoc epithetum Cornelius Fronto declinat a superhabendo: quod quidem si, vt Græcum huic respondens τὸ ὑπερήχανον, interpretetur, supereminere, dicit aliquid: sed alijs videtur ipsius inclinamentum multo ἐνυμώτορον, qui idem descedant a Græco ὑπερήχανος, verso spiritu denso in s, vt in similibus sic initio affectis solet fieri. Est autem τὸ ὑπερήχανος Eustathio in verf. οδυσσ. α.

Μυτρός ἐμῆς μνηστῆρες ὑπερήχανοι ὕβριον ἔχοντες. Proci autem immensam contumeliā elati, ἐν μεγαλοδουλείῳ ἀνδρῶν λαῖ ὑπερβῶν πάσης δουλείας, a potentissimū viris vim omnem superantibus profectum, qualis fuit Hom. Ἰλιάδ. σ. ὑπερήχανος θυμὸς Achillis, ac Heliod. in Theog. Cycl. ὑπερήχανοι ἦτορ.

Hortatur.] Quidam descedunt hortari ab ore, quamuis nota aspirationis videatur repugnare, & est, verbis suadere & argumentis impellere: de quo vide notas in Od. 18. lib. 1. & Satyr. 4. lib. 1. Hic autem syntaxin nolim imitari in oratione soluta, hortor te fugere, sed, vt Cic. loquitur: non desino hortari, vt fugias injamiam, vel ad fugiendam, sicut hortari soleo ad pacem faciendam, quo modo loquutus est Satyr. 4. lib. 1.

Quum me hortaretur: parce frugaliter atq; Vnerem vti contentus eo, quod mi ipse parasset.

Itaque videtur Hellenismus, παραρῶν ἢ πρόρρησις ἀντιφρεσῶν ἢ ἀντιμάχεσθαι τῇ τύχῃ.

Liberum.] Cic. dicit sapere de animo, qui facile reprimat cupiditates, & alios affectus domat, hunc celsum & erectum: deinde erectum & minimè perturbatum, id quoque Græci efferunt, ἢ ὁ παρῶν σε προτρέπει τε λέγει παραρῶν ἢ πρὸς τὸ μὲν ἢ παραρῶν σου αὐτὸν τῇ ἀντιφρεσῇ ἢ τῷ σφραγῆ τύχῃ, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ἀντιλέγει, ἀπαραρῶν ἢ ἀπῶντι ψυχῇ, ἢ ἀντιφρεσῇ ἢ ἀντιμάχεσθαι τῷ τύχῃ. Sic Plutarch. περὶ συνουσίας, παραρῶν σοὶ τι γραφῶν. Quod Crantertus protulit e z. Vet. Cod. ἀπῶν pro optat, valde mihi placet: aptare enim; telte Nonio in 10. Aeneid. ἀπῶν

se pugna, valet, se componit, & parat ad pugnam: sic philosophus instruit homines præceptis, tanquam armis ad fortunæ & affectibus resistendum.

Populus &c.] Agell. lib. 10. cap. 20. ex Arteio Capione in lege definienda sic distinguit populum a plebe, genus differt a specie, quod nomine populi omnis pars ciuitatis & vniuersi ordines ipsius contineantur: atque Isidor. vocabulum descedit ἀπὸ πολιτῶν, vt Od. 1. lib. 1. attingimus, geminatâ literâ, vt sit cœtus ciuium: Plebs autem, quod non in ea gentes ciuium patritiæ vel seniores ciuitatis insunt, & vulgus tantum sit, a pluralitate dictum respectu patritiorum. Græcè autem populus dicitur λαὸς à lapidibus, ex quibus homines constant, vt fabula Deucalionis narrat & Seruius annotauit in 1. Georg. ad verf. Vnde homines nati durum genus.

Porticibus.] Quidam οὐκ ἐπιδοκίμως intelligit τὸν τῆς Πομπηίας ἑορῶν, de qua & de altero ipsius vsu sic fecit Ouid. lib. 1. de arte amandi:

Tu modo Pompeia latus spatium sub umbra, Quum sol Herculei terga leonis adit.

De eadem vide Propert. lib. 2. & 4. Martial. lib. 11. sed porticum Græci a propinqua statione παρατάλια (huic tamen aduersatur, quod Isidorus scribit, porticus est transitus magis, quam ad standum sita, quasi porta & porticus, eò quod sit aperta.) Hebræi a fornice Vlam vel a strato ambulacro vatfiabb videntur nominasse: de qua voce fuit in Grammaticis Odes 15. lib. 2. Loca autem Romæ, quo personæ digniores confabulandi gratiâ conueniebant, Satyr. 7. lib. 1. sub initium nominata sunt: in quibus Pompeij Magni ambulatio recensetur. Porticus non modo confabulationi dicata fuit, sed etiam ambulationi, siue theatris, siue templis, siue clarorum virorum ædibus adstrueta ad valetudinem conferuandam, vt Galenus lib. 5. de tuend. valet. cap. 11. scribit,

Olim quod.] E' Porphyrione & Nonio coniectura capitur, hunc Apologum Aesopicum fuisse depromptum è Lucilij 30. in verbo, spectare, & eiusdem meminuit Plato in Alcibiade priori. Quintilianus quoque lib. 5. cap. de exemplis, quum scribit, & Horatius ne in poemate quidem humilem fabula vsu putauit: quam Græci ἀνορ, i. fabulosum dictum, & ἀισωποποιῖον, i. ab Aesopo confictum, & λόγος μυθικός, verba fabulosa, vel nomine non sanè in vsu recepto apologationem dicunt.

Olim.] Vitatum est hoc principij genus in narrationibus fabulosis, quale fuit Satyr. 6. lib. 2. ad hæc verba: - Olim.

Rusticus vrbani murem mus. vt annotauit Aelian. Donat. in Andria primum Terent. Act. 1. Scen. 3. verf. 16. fuit olim quidam senex mercator generi quondam, &c. deinde in Eunuch. Act. 2. Sc. 2. verf. 15. Olim isti fuit.

Vulpes.] Grammatici hoc dici volunt a volubili & tortuoso gressu: sed Græci a fallendis oculis ἀλώπηξ παρὰ τὸ ἀλᾶν τὸ πλανᾶν τῆς ὄψας, ad quod erymum alludit ad Pifones sub finem:

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.

Leoni.] Quidam putant leonem dici παρὰ τὸ λέειν à videndo, sed non memini legisse τὸν μὲν λέοντα βλέπειν λογιῶν, ἀλλὰ ῥινυλατῆσαι δεινὸν εἶναι, cernere acutissime, sed odorari sagacissime, Aelian. 1. 17. c. 26.

Bellua multorum es capitum.] Plato in Axiocho videtur hanc belluam, tanquam diceret multicipitem his describere epithetis. Δύμος, ὡ φίλε Σάουρας, ἀχάριστον ἀψίπορον, ὠμὸν, βάσσανον, ἀπαίδιστον, ὡς αὐτὸν σωκρατισμῶν ἐν συλλύδων ὄχλῳ, ἢ βίαιων φιλοφῶν. ὁ δὲ τῶν προσέειβε μόνος,

μενος, ἀβλιώτορος μακροῦ, id est, *populus amice Socrates, est res ingrata, fastidiosa, crudelis, inuida, expers institutionis, collecta e colluue turba more variorum spoliolum & centonum, violentisq; nugatoribus: sed qui ad hanc se adiungit socium & amicum, longè miserrimus est.* Eandem Curtius lib. 10. depingit comparatè: nullum profundum mare, nullum vastum fretum & procellosum tantos ciet fluctus, quantos multitudo habet motus, utique si uorà & breui duraturà libertate luxuriat. Sic quoque Seneca libri primi capite primo de Clementia multitudinem vocat, discordem, se-¹⁰ ditiosam, impotentem, in perniciem alienam suamque pariter exsulturam. Reperio etiam apud Platonem τὸν ἐρωτα dici πολυπέγαλον ὡς τὸν διμῶν, quem posteriorem sic Phocylides notauit ac descriptione sic declarauit:

Λαῶ μὴ πίσυσε, πολύτροπος ἐστὶν ὁμιλος
 Λαὸς τοὶ ἢ ὕδωρ, ἢ πῦρ ἀνατάρατα πάντα.
Populo ne fidas, vulgus enim est varium & mutabile,
*Populus certè, aqua, & ignis nequeunt planè*²⁰
contineri.

De iudicij popularis deprauatione lege Senec. lib. 4. Quæst. & Orat. pro Plantio.

Pars gestit.] Hoc gestiendi verbo demonstratur qualis conducentium animus esset: hoc enim declarat motu corporis & agitatione voluptatem fructus vberissimi, qui ex illa redemptione capiebatur: sic in arte loquitur, *gestis paribus colludere.* De vi huius verbi reperere annotationem in 5. Ode. l. 3. sic quoque Cic. *λατὰ τὴν συνωνυμίαν, efferrè latitiā inani, exsultare, gestire.*

Sophocles hoc interpretatur per ἐπαγάλλομαι χαρμῶν & cum infinito ἐπαγάλλομαι ἰδέαν gestio videre.

Conducere publica;] Qui hanc facit mercaturam, Græcè dicitur Τελώνιος ex redemptione vectigalium & aliorum publicorum tributorum, quasi τὰ τέλη ὀνόμενος ἢ περιόμενος ἢ μεδόμενος, qui a Cicerone vocatur redemptor vectigalium, quod ea redimit, & operà coactorum postea exigit, qualem coactionem hic poeta dixit satyrâ. 6. lib. 1. suum patrem fecisse, nos etiam ipsi ostendimus in eiusdem vita ex hoc poemate toto excerpta. Vlpianuss autem pro conducere publica dicit hoc, redempturam facere publicorum. Ex libello quoque Plutarchi περὶ πολυπραγμοσύνης cognosci potest mos horum publicanorum, quum scribit: *Καὶ γὰρ τῶν τελώνιος βραχυόμιθα ἢ θυχεράνομιρ, ἃχ ὅταν τὰ ἐμφανῆ τῶν εἰσπραγμοσίων ἐπιλέγωσιρ, ἀλλ' ὅταν τὰ λυπυρμυμόνα ἡτῶντες οὐ ἀλλοτριῶσιρ οὐδέ τις ἢ φορτίῶσιρ ἀντιρρήφονται.* Etenim grauius molestèq; ferimus Publicanos, non quidem quum manifesta & certa exigunt tributa rerum inuictarum, sed quum occultissima quaque scrutantes in supellectile & sarcinis versantur. Pro conducere publica *gestit* Cicero dicit 7. in Verrem, *animum transfert ad vectigalia redimenda, Gallicè, Il s' adonne prendre est ferme cestridus & praeges.* Idem effertur per verbum sumendi, paradoxo. 6. *Qui honestè τὸν querunt mercaturis faciendū, operis dandū publicū sumendis, his opus est quaesiro.*

Crustis.] Si crustis legis, habes rationem vocis initio Saty. 1. l. 1. si *frustis*, frustum est minima cuiusque rei particula & fragmentum, vnde nominatur: planè hoc est e consilio Tiresiæ Sat. 5. l. 2, depromptum.

Accipe, quâ ratione queas ditescere: turdus,
Sine aliquid priuū dabitur tibi, deuolet illuc,
Res vbi magna nitet domino sene & c.

Pomis.] Varro l. 1. de rustica c. 35. sic hanc vocem notat, quod *indigent potu, poma dicta esse puto.*

Viduas.] Hæc vox, sicut *Idus*, videtur inclinari ab E-thrusco verbo, *Iduare*, diuidere, quasi vidua sit à viro

diuisa & seiuncta.

Excipiantque.] Ita Virg. Eclogâ. 3.
 Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
 Excipere insidius?

id est, vt Seruius interpretatur, dolo capere.

Quos in viuaria.] Interpretes labore accuratioris expositionis hinc superfederunt. Acron interpretatus est quidem, quos decipiant: Lambinus tantum institit in notanda voce, *viuaria*: quod illa sint septa ad feras viuas alendas. Ego verò addo viuarium esse *σωτροφῶν, ἢ σωχέων* vbi non solum feræ viuæ seruantur & aluntur, verum etiam aues & pisces ad victum & vsum oblectamentumq; familiæ: ratio vocis hinc quidem satis est perspicua. De tribus autem villaticæ pastionis generibus lege lib. 2. cap. 20. Agel. vbi sic describit hanc vocem *viuaria, que nunc vulgus dicit, sunt, quos παραδείους Græci à Persis mutuari appellat: ideoque Polluci dicitur vox barbara: quem Cic. in Dial. de Senect. definit conseptum agrum, diligenterque constitum, & Gaza interpretatus est, τὸν συμπεφραγμένον ἀγρὸν ἢ πεφουτισμένον, qui modò viridariū, modò pomarium dicitur & septum ferarum, quæ omnia tam ad vsum, quàm ad oblectamentum curaturâ seruabantur: sed difficultas nodi nondum est expedita: neque enim dubium est, quin vox ex auita domo debeat migrare aliò: vt significet illos captatores iubere senibus, vt in posterum quiescant liberi, ac rei familiaris grauibus curis soluti: se diligenter prouisuros, vt bene administrantur omnia, vtq; adeo ipsi laurè tractentur: ideoque ³⁰ securè iucundeque spectent varias feras inter se ludentes in viuarijs ac viuant, tanquam feræ & aliæ bestię ibidem, sine conquisitione quotidianę prædæ absque vlla victus parandi & quærendi sollicitudine: interea vt ipsi senes & viduæ decepti permittant illos captatores adire ipsorum hereditatem, quum adhuc sint superstitites. Pro viuarijs Saryr. modò citatâ dixerat specialius ceteraria.*

Occulto.] De legitimo & legibus concessio fœnore & de illegitimo & interdicto vide Gramm. Saryr. 2. lib. 1. ac præterea de ratione vocis Latinæ, Græcæ & Hebraicæ.

Durare.] Ad finem Sat. 6. l. 1. docuimus e Donato vim huius verbi accommodari solitam periculis perferendis, vbi citatus est hic versus Terentij.

Non Hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, potest. estque Grammaticis hac notione ἀμετάβατον, quod Græci *efferrunt per verba ἐμμένειν ἢ ἐπιμένειν τοῖς λεγέσσι ἢ ἀειμμένους perstare & acquiescere in rebus definitis ac iudicatis.* Item *λατὰ τῶν ἐπὶ τοῖς παρῶσι, presentem rerum statum boni consulere: quod etiam dicit ἐμμένειν ἢ ἐπιμένειν τῶν ἐγνωσμένων, in statutis perseverare, cui opponitur ἐνσταντῶν εἶναι αὐτῶν, alienatum & semotum ab hisdem.*

Baijs.] De Baijs dictum Ode 18. lib. 2. vt de *amœnis.* *Effeminat animos amœnitas nimis, nec dubiè aliquid ad corrumpendum vigore potest regio, itaque nemo sapiens, si de secessu cogitat, vnquã Canopum eligit, ne Baias quidem, que diuersorum vitiorum esse caperunt.* Senec. epist. 51. Ode. 17. lib. 1.

Festinantis.] Grammatici hoc verbum, vt properare, celeritatis quidem esse monent, sed hoc interest, quod is properare dicitur, qui in vno tantum intentus, illud maturè & diligenter exsequit: festinat verò, qui pluribus simul implicatus nihil conficit.

Auspiciū.] Hæc vox ab auibus, vt Græca, *δαιμονοπία*, inspiciendis videt dici, & ob id esse genus diuinationis, quâ impulsus fuit ad ædes in mari costruendum, de quo querebatur Catilina ad incitandum sui consilij

consilii consortes, ut maturarent diripere ingentes civium opes, illis aiebat, divitias superare, quibus profundant in exstruendo mari & montibus coequandis: nobis rem familiarē etiam ad necessaria decesse. Causam autem, cur aves passim vagantes aliquid significant, videl. 2. de divinatione.

Cras tolletis.] Certi est temporis hoc adverbium, ut hodie ait Donat in Andr. Act. 3. Sc. 4. sed ad tam celerem *επιελατοχμῶς* intelligendum, *ὡς τὰ χροῖα*, quā citissimē, vel, ut dicit Saty. 6. l. 1. cras mane, vel ut Terent. Andr. 10 Act. 3. Sc. 4. *mox cras redi.*

Teanum.] Hujus nominis sunt urbes duæ in Italia ex Strabonis libris 5. & 6. quarum altera est in Latio, aliter, Sidicinum, dicta: Gallicè *ville de la terre de la bent* l. 1. c. 2. Plinii in Apulia est altera cognominis priori, quam interpretis Gallicus vocat *Teano del apomille* libri 3. cap. 13. neutra tamen scripta per *θητα* sed per *tau* ut apud Stephanum de urb. nusquam tamen in istis locis reperio, quod nonnulli scribunt, esse oppidum mediterraneis Campaniæ nomine calidarum aquarum etiam celebratum & frequentatum: est quidem Iheana proprii nomen lib. 10. Aeneid. vers. 703. *Ιηαιδ. λ. Θ. ανω* scriptum, quo nomine creditur uxor Antenores dicta.

Genialis.] Sententia est: si dives est conjugatus, præ se hominem cœlibem prædicat beatum: contra si idem fuerit cœlebs, dicit & laudabit fortunas maritorū & conjugum. Tacit. scribit in initio l. 12. Annal. *Claudium Cæsarem post eadem Messalina uxoris cœlibi vitæ in tonuisse*, id est, graviter succensuisse, ut qui esset conjugum imperii obnoxius, nec minore ambitu, quā liberios, feminas exarsisse, suam quæq; nobilitatem, formam, opes, &c. Lectus autem genialis, est torus nuptiis stratus in honorem Genii, & Junonis, unde flecitur, & illud a genendo id est, gignendo: tali definitione & notatione hoc Servius declarat in Aeneid. 6. vers. *auræa fulcræ toris, &c.* Geniales tori propriè sunt, qui sternuntur puellis nubentibus, dicti a generandis liberis, quod Lâr idem, quod Deus Genius, cum singulis nascitur & interit ex sententia Ethnicorum: de quo vide Fest. & Arnob. contra gentes, & Catullum de nuptiis Pelei & Thetidis. Genialis lectus etiam dicitur Græcè *κλινη συμποσις*, id est, accubatio epularis. Præterea Geniales dicti sunt *θεοὶ γενεθλῶν καὶ γενικῶν* unde dicitur *suæ cuiq; est genius. sua cuiq; Ju. o.* quod essent *τὰ στοιχεῖα*, elementa & femina rerum gignendarum. De his geniis lege Latant. l. 2. c. 12.

Cælibe.] De hac voae dictum est Od. 15. l. 2. & 8. tertii copiosius, Græcè *ἀγαμύβη*

Protea, &c. De mutabilitate hujus vide Satyr. 3. lib. 2. *Ὀδυσσ. δ.* & 4. Georg. 2. Diodori. hic autem scribit eum assumptum in regem Aegypti & ibi veneratum, altero nomine Eteum: ubi consuetudo erat regibus varias variarum rerum & ferarum figuras gestare pro insignibus & ornamentis dominationis: unde creditur Proteus rex abuisse in proverbium summæ inconstantiae & mutabilitatis.

Quid pauper.] Quid & undè pauper & paupertas sit, repete ex Grammat. in Od. 2. l. 3. eod autem magis ridicula pauperis incontinentia videbitur, quo major illi opponetur continentia Cæs. Augusti. 72. cap. Suet. in ipsius vita, ac per annos amplius 40. eodem cubiculo hyeme & æstate mansit: *quamvis parum salubrem valetudini suæ hyeme urbem experiretur, æsidueq; in urbe hyemaret, vel hyemem illic exigeret.*

Cœnacula.] Cœnaculum est Vallæ locus ad cœnandum accommodatus, quod ascenditur ad hunc etiam finem, idècque cœnatio dicitur: hoc tamen interest, quod hæc in ima domus parte, quæ Græcè *ὑπὸ γων* vo-

catur, illud in suprema ejusdem collocatum sit, Græcè *ὑπὲρ γων* οἰκῆμα ἢ ἀνώγειον, veluta solo subductus aliquantò, ut est cap. Marci 14. & Lucæ 22. Euangelistarum, id Græcis aliter dicitur *δισπρωσίθειον*, Gall. *Salle haute*. Grammatici cōtroversantur, de origine vocis hujus, tracta re sit a nomine cœna an a verbo, cœno, as, ut a taberna sit tabernaculum: a verbis subligo, as, & miror aris, subligaculum & miraculum. hæc autem controversia pertinet ad bellum Grammaticorum de principatu cōtroverso inter nomen & verbum. Interea tamen sciamus τὸ cœna nomen flexum dialectò doricà *ακωνά* pro communi *τῶ κοινῷ*, & dictum *ᾧδὲ τῶ κοινῶν*. i. a communione, ut convivium a conjunctione vitæ. verum quibus erat curta suppellex, & restenvis, iiferè conducebant cœnacula ad habitandum: undè aliò subinde emigrabant. Ita apud Plautum initio actus 3. Amphit Jupiter de se jocatam, *in superiore qui habitò cœnaculo.*

Balnea.] Hoc Grammatici deflectunt a Græco *βαλα νεῖον* eliso a medio & hoc etiam ipsum *ᾧδὲ τὸ τὰς βαλάνους ἀγειν* ab incendendis olim corticibus glandium, quarum nucleis Suidas scribit veteres vesci solitos. Eymologicus tamen ita vult dici, *ἐπὶ βαλάνει τὰς ἀλίας*, i. quod expellat mœrores, hinc est manifestum balnea fuisse privata: in quorum Luxum sic invehitur Senecalib. 13. Epist. 87. ad locam, *sub hoc Scipio tectoria m sordido, stetit: hoc illum pav. mentum tam vile sustinuit. At nunc quis est, qui sic lavari sustineat? pauper sibi videtur ac sordidus, nisi parietes magnis ac pretiosis orbibus refulerint: nisi Alexandrina marm. ora Numidicus crustis distincta sint: nisi illis undæ que operosa, & in picture modum variata circumlucio prætexatur: nisi vitro condatur camera: nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdederit, in quas multâ sudatione corpora exantia demittimus: nisi aquam argentea epistomia fuderint: ceteras philosophi querelas illic lege. Quatuor autem de causis instituta sunt Balnea, ut scribit Clemens Alexand. *ἢ καθαρῶν τῶ ἐνεκα, ἢ ἀλίας, ἢ ὑγείας, ἢ τὸ τελεῖταις ἡδονῶς, aut ad corporis munditiam, aut ad tepesact. onem, aut ad sanitatem, aut denique ad voluptatem.* sed de prætio lavandi dictum fuit Sat. 3. l. 1. 1. finem*

Nauseat.] Hoc fortasè verbum quibusdam videtur propriè accipiendum quia huic subijcitur (*ναυιγιο*) unde tætra atque gravis exhalatio existit, & hinc vomitus concitatur. Cic. tamen lib. 7. Epist. 26. ad fam. Gallum ob cruditatem ex beta & malva scribit se nauseantem, non e sentina navis. Est certè hoc verbum prorsus omnino Græcum: nam *ναυτία* & *ναυπία* cōmuniter, & *ναυσία* & *ναυσία* tonicè dicuntur propriè de navigantibus tali affectus exerendi, quæ sunt stomacho molesta, correptis: indeque, ut Latina, pro, respuere & contemnere sumitur communiter autem *ἔμεσις* & *ἔμεσις* Græce dicitur, & Latine vomitus & vomere. Præterea Horarius non vult hic æquare pauperem diviti vomitu. Hæc enim affectio sapientissimo & moderatissimo cuique accidere potest ex illa sentina graveolentia & crebra corporis agitatione, quare dicamus utrumque juxtâ fastidire & contemnere ac proprie respuere singulares cōmoditates perversâ quadam animi libidine incitatum.

Locuples.] Ut Latini volunt hanc vocem dici a possidendis plerisque locis & agris vel plenis Loculis: sic Græci suum *τὸν πλοῖον πλοῦ*, τῶ πολλῶν οἰσῶν, ὄσον τὸν πολυπλοῖον, qui multas facultates & bona possideat

Privata.] Id est propria, nec conducta: dictum est de hac voce Satyr. 5. lib. 2. sed præter hæc lege Festum & Agellium lib. 10. cap. 20. in definitione legis & privilegii.

Tiremis.] Tiremis est navis triplici remigum ordine acta: sicut vox Græca τριμής ἀπό των τριῶν ἐστὶν ἑστῆς, attribuitur remis.

Curtatus.] Curtus valet diminutus, quod in oratore Cicero opponit redundantanti, nihil curtum, nihil redundantans. Curtatus autem a tonfore capillos est syntaxis Græca κειροσμήτης τῆς τριχῆς ἀνωμάλως ὑπὸ κερῆς, per ellipsim ἡ γὰρ, familiarem primum Græcis, deinde Latinis Poetis. Quid sit curtare capillos ab inæquali tonfore, intelligitur ex hoc Satyræ 3. lib. 1. Rusticus tonso toga defluitur, ut sit rusticè tonderi & inæqualiter more rusticorum tonforum, quali dictus est Augustus usus, dicitur autem capillus quasi capitis pillus, sic Sat. 3. lib. 1. Rusticus tonso toga defluit.

Subucula.] Ex hoc potes intelligere subuculam dici a subjiciendo, vel subsuendo, vel ex eo quod subtus gestetur communis utriusq; sexus, quam instituerunt vocare subuculam & intusium, postquam duas tunicas habere cæperunt ait Varro lib. 4. & 1. de vita populi Rom apud Nonium. Pars autem illa, quæ pectus operit, dicitur Suet. in Octav. c. 82. subuculæ thorax laneus, & tunica & toga ategendo. Adversantur autem inter se tritum & pexum, ut illud valeat lacerum & vile: hoc, elegant, pretiosum, & concinnum: quod ex hoc Martialis versu maximè perspicias:

Pexatus pulchrè ridet mea Zoile trita.

sic pexus doctor & pinguis decenter legimus dici pro eleganti & inconcinno.

Dissidet.] Hoc verbum hic propriè sumitur, quem admodum vix alibi reperias: simplex ei opponitur, ista v. s. tibi sedet, id est, decette. G. ll. cet habillement se sied bien, se couche bien sur toi. Sæpius hoc translatur, ut hæc geminatio demonstrat. dissidere & discordare.

Quid, mea.] Accusatur hic Mæcenas prætermisisti officii erga Poetam, quod quam ipsius vitia cerneret, non tamen castigaret, & utraque tam animi, quam corporis sine discrimine duceret: quæ si recto iudicio, veræque amicitia examinasset & inter se comparasset, tantò illa inter se comperisset differre, quantò creditur animus corpori præstare, hoc Plutarchus libello πῶς ἀπὸ διαφύσεως τὸν κόλαρα τῷ φίλῳ, proprium esse assentatoris, dicit, quod, ut sequentia, interpretor Gallice: coment on pourra discerner le flatteur d'avec la mi, le flatteur fera semblant d'ave voir ni cognoître pas un des vrais & gros peches, mais s'ubia d'aventure quelque legiere et exterieure faute il fern mer veille de crier haut a bon esciant & de la reprendre avec une voix forte & vehemence de parole, comme par exemple, s'il aperçoit quelque chose qui traine parmi la place, s'ilon est mal loge, s'ilon a la barbe mal faicte, ou un vestement, qui sied mal, ou un chien ou chev al mal traicte. les exemples des grans fautes votes les audit lieu, que je passe pour bre vite, fuerunt vitia hujus generis, ut levias, Satyræ 1. lib. 1. notata. Sed ita, ut odium minime conflarent inter amicos, nec amicitias dissolverent.

Quod petiit.] Nempe, quod sententia mea petiit, ist est, quod ego ipse peti, pro expetivi.

Disconvenitur idem reprehendere videtur poeta in discrepantia sententiarum & affectuum suorum, quod Satyræ 3. lib. 1. in Tigellio. Nil æquale animi fuit illis ac ibidem post paulò—nil fuit unquam sic impar sibi. Hæc accedit continuatio discrepantiæ Horatianæ per omnes vitæ partes.

Dicitur.] Simili inæqualitate & inconstantia fuerunt Tigellius Sat. 3. lib. 1. & Priscus 7. lib. 2. notati.

Solenne.] Dicitur solennis ex solo & anno junctum, quod fit quotannis: unde pro eo, quod est solitum, consuetum, & usitatum, quomodo Cicero usus est

lib. 7. ad Attic. Tantum igitur nostrum illud solenne servemus, ut ne quem sine eunice sine literis dimittamus. Item Sueton. in Octav. cap. 44. faminis, ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Syntaxis tamen hæc abusu Latinorum valde abhorret, nisi agnoscamus τὸ ἀλλοτρίω ἀντιπρῆξιν, qualis est, transversa tueri Eclogâ 3. & Narcissus ser. conans. 4. Georg. qualis etiam in hoc auctore plurimas notavimus pro solenniter & transversè, meo more, sed sic loquitur Seneca lib. 22. Epist. 123. nolunt solita peccata, quibus peccandi premium infamia est, valet igitur hic insanire solennia, ita inter stultos, aliquem inesse velle sine reprehensione insanire, ut ipsius insania in magna stultorum turba non appareat. nec ipse pro homine insano habeatur: cujus rei causâ dicta est Satyr. 3. lib. 2. de avaro insaniente:

Nimirum insanus paucis videtur, eo quod

Maxima pars hominum morbo jactatur eodem, hujusmodi tam usitata insanendi ratio videtur esse, quam Sena vocat epistolâ 94. Insanam publicam, inter quam, & hanc, quæ a medicis traditur, nihil inter est, nisi quod hæc morbo laborat: illa opinionibus falsis. Altera causas favoris traxit ex valetudine, altera animi, mala valetudo est: quæ posteriori omnes, præter sapientem, insani sunt, neq; tamen helleborum neq; potant curatorem accipiunt.

Prætores.] Prætor cautione legum non solum dabat tutores & curatores pupillis ac minoribus: sed etiam insanis ac furiosis: quorum officium videtur Poeta desiderare in Mæcenate, ut jam attigimus, qui si tonsori & vestitario irasci soleat, propter corpus malè curarum & ornatum; multò certè magis ipsi succensere deberet ob animum malè institutum & informatum. Exemplum habes insanè amanti ovem tenerâ, instar filia & interdictum Prætoris in eadem Sat. paulò post.

Interdicto huic omne adimit jus

Prætor, et ad sanos abeat tutela propinquos.

Respicentia.] Usurpatur hic propriè hoc verbum, nec alibi in hoc sensu legere memini: Terentius quidè dicit, Nisi Deus nos respexerit: Item non terespicio: Item Ovid. Epist. respice Læcietem: sed in iis est verbu commiserationis, pro nisi Deum nostri misereat. Hic autè adjuvandum respicit auctorem, non tanquam opitulaturus, sed tanquâ auxilium expectans a tutore vel patrono. Xenophon ita videtur usurpare verbum ἀποβλέπειν lib. ἀπ. μ. 4. ὅτε πρὸς ἐκείνῳ ἀποβλέπειν τὴν πόλιν, ὅτι ποτε σπασθῆκε ἀπὸ τοῦ δεινῆς, & vultus oculis designet illum, quomodo operâ viri boni indigeat.

Ad summam.] Aliam sapientis descriptionem repetè fineli 3. de fin. & e Satyr. 3. lib. 1. & 6. paradoxo. Ad summam autè valet ἀπέλειξεν τὸ τέλος αἰῶνος, deniq; summam, in summa & intelligitur dico, quâ interciditur cursus orationis, ut inquit Cic. lib. 1. de Off. ad summam, ne de singulis agam, nec debet conjungi cum sequentibus, ut sit, ad summam sapiens: sed distingui potest ad summam, quod malè quidam omittunt, & interpretantur, summè, perfectè & planè sapiens, & interpretationem tuentur simili syntaxi Philip. 10. Quis sapientior ad conjecturam rerum futurarum? & sapere ad normam alicujus, & in, ad summam, Ellipsin similiū verborum, rei pecuniariæ & familiaris perficiendam, explent, ut superius consiliū a verlu, οὐ κίως κίως, &c. sit jam de divite, ac ipsius divitiis, non de sapiente, ne de ipsius virtute: quod si ita esset, nõ video, quemadmodum hæc Epistolæ extrema quadrarent ad philosophicum Poetæ studium ac institutum, nisi totum hoc ὑπερωπῆος sumeretur.

Dives, liber.] A syndeta sunt, Ellipses conjunctionum, dissoluta Cicero.

Enig.

Denique.] Donatus in Aët. 1. Se. 1. Andr. annorat τὸ denique properare ad summam & finem dictorum, & moram, postremamque tarditatem significare, non tamen absoluit complexionem semper, sed interdum τὸ postremò ipsi subidet. Quidam putant duci a denicalibus ferijs, & has ab inultrato denicare, pro denecare, occidere.

Pituita.] Hanc vocem quidam transferunt ad cupiditatem, quibus nō possum assentiri, quum pituita sit humor frigidus & humidus, vt dictum fuit Sat. 2. l. 2. ideò que minùs apposit⁹ ad exprimendam cupiditatem, quæ sitis est quædam habendi. De huius quoque vocis quâritate ibidem dictum est: sed hæc ab alijs referuntur ad damnum, quod auarus dedit, quum illi emuncta est pecunia sine vllò fœnore: quemadmodum Cruquius accipere locum translare videtur: attamen qui degunt vitam philosophicam, quietam, & sedentariam operam literis nauant, molestiam redundantis huius humoris sentiunt nō admodum solliciti de valetudine corporis & cultu, vndè conijcio iocum esse in Stoicos parè ac duriter viuentes, & pannis obitos maleque vestitos contra frigus.

Explicatio Rhetorica:

Genus metri est Heroicum, hexametrum, cuius modi est in reliquis sequentibus Epistolis.

a Eadem vox ex eadem origine variè cadendo πολλὴ πρῶτον efficit, cum aliquâ eiusdem soni similitudine suauis, quod Græci dicunt, *ῥυθμὸς, ῥυθμὸς, ῥυθμὸς* ἢ *ῥυθμὸς* ἢ *ῥυθμὸς* ἢ *ῥυθμὸς*, vtrumq; vno verbo ἰσοῦσιν τε dicitur,

b Metonymia est efficientis, id est, inuentricis p inuentis versibus a Musa, ac præterea synecdoche singularis pro plurali Camenæ & Musæ carminū inuentricis, quæ l. 3. Od. 4. propriè sumuntur: quarum quæ hic dicitur prima, continet periphasin Odarū, vt postrema Satyr. & Epist. quomodo dixit Od. 28. l. 3. summū carmen & in Gramin. Od. 1. ἀποτέλει δὲ τὸν ἔπος nominaui.

c Quia perpetua est hic verborum *spektarū, rude, ludo*, modificatio ad significandam scriptionis consuetæ & satis exploratæ & indicatæ vacationem, quæ danda est Poetæ, dico allegoriam esse. Sed in *ludo* præter metaphoram est etiã synecdoche generis pro gladiatorio, qui etiã significat per metonymiã armorū fixorum. Simili modificatione vtitur Iuuenalis Sat. 7. de Patroino, qui sibi finem causas agendi in foro imponet.

Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra mouebunt

Consilia. Non dissimilis fuit Ciceroni Rhetorica eloquutio Epist. vlt. l. 7. ad Fam. *Mihi iudicatum est, si modo hoc Caesar aut patietur, aut volet, deponere illam iam personam, in qua me sape illi probaui.* Sed hic allegoria est ab histrionibus, qui probantur partibus suis egregiè tuendis.

d Anaphora est, initiò incisorū eiusdē vocis iteratio.

e Synecdochic⁹ pars sumitur pro æde Herculi sacra, ad quam athletæ facti erāt e Varrone apud Noniū.

f Arena metonymiam habet adiuncti pro subiecta Amphitheatri crepidine, in cuius medio gladiatores decertabant areã illius arenis conspersã, ne sanguis digladiantium lubricaret vestigia pedum, vt accipitur a Martial. lib. 1. Epigr. 4.

nec cepit arena nocentes.

id est, delatores, qui in theatro puniebantur.

g Metaphoricum est pro attentum & vigilem, acutè audientem. Nam vt nicidillimum & purgatissimum est quicquid, ita ad suum munus optimè affectum videtur, vt Lucianus in imo sui Lexiphani docet, *ὅτι δὲ*

ἀπορα ποιήσας τὰ ὠτὰ, ἢ δὲ ἀνε. ἀπέσῳ δὲ ἢ ἐπιβύσσει, ἢ λυφελίς, tu verò paret fallis auribus audi: absit obruramentum, & sordes, quibus obstruitur auditus. Hic autem versus habet apparatus ad profopopœiam tacitè admōitionis per allegoriam e ludis Circēlibus septies equo decurrendis: quibus est persimilis Poeta & Poetici studij contentio acris. Hanc figuram alij *μοίμησις* non satis planè vocant, cuius sunt duo proximi versus sequentes. Theognis allegoria huic Horatianæ non dissimili vritur, sed cum grauib⁹ querelis in Cynnum, cui gnomas Elegiacas dicauerat suas, quod se pro merito non coleret & obseruaret:

Ἄνταρ ἐγὼ ὀλίγος παρὰ σε τυγχάνω αἰδέσθαι,

Ἄλλ' ὡσαύτ' κενὸν ποσειδά, λόγους μὲν ἀπατᾷς.

Ceterum ego a te perexiguus accipio honorarium:

Ac mihi, velut tenero puello, das verba.

ideoque mox subnectit:

Ἴππος, ἐγὼ λαλῶ καὶ ἀθλῶν ἀδὰ ἰσχυρῶν

Ἄνδρα φέρω λαί μοι τῶν ἀνικρότατων.

Πολλὰ μὲν δὲ μεθυσσά διακρήσασα λαλῶν

Φύγειν, ὡσαυτὸν τὸν λαλῶν ἠνίοχον.

Pulchra ego sum, equa certatrix: sed pessimum fero virum: & ob id mihi molestissimum. Habui certe sæpenumero in animo, diffracto frano, & malo aurigã excusso, fugere id est, *λύγειν* τῶντος νεβισίας, *ἀσistere* ab hac admonitione, in gratiam Cyni instituta.

h Hic ego puto allegoriam esse duplici synecdoche generis pro Odis & Satyris de amoribus & cavillationibus fallis.

i Hoc videtur allegoric⁹, etiã dictum & sumtum ab agricolis, qui tempestiue demessas fruges ibi reconduunt, vndè, quasi e thesauro, illas postea depromant vtendas: quales fru⁹ sunt præcepta & instituta philosophiæ morali & civili. & quæ se Poeta dicit studiose congerere & conscribere ad honestæ vitæ cultum. Est præterea ibidem quædam soni similitudo.

k Procatlepis est, quã Mæcenatem percontatorem occupat de genere Philosophicæ familiæ. Hac figura significatur etiã interdum per hæc genera dicendi, *quæret fortasse quæ spiam distlicedine mihi legum præsidio a capite periculū propulsare*, pro Cluentio: interdum per hæc, *ac ne qui a nobis hoc ita dici forte miretur*, pro Archia: sæpissimè per copulas discretionis, *quanquã, etsi, quamvis* sit, ac multò sæpius sine talibus notis pronunciat, & tum Dialecticæ inuentionis peritū requirit ad iudicium sui: Frequentior est hæc figura in orationibus, vbi disceptantur controuersiæ: nam ibi artis est occupare ex aduersarij persona, quod causam ipsius videatur tueri: ad id tamen non satis valere ostendatur.

l Metaphora est a priuatis ædibus ad certã scholam vel ductum philosophi designandum: vt enim *lar* in singulari pro priuata domo & familia & ipsius præside ac custode sumitur ex illo Plauti in Aulul. *Ego lar sum familiaris ex hac familiã*, ita *μεταφορικῶς* pro ludo ac schola: in plurali verò significat Penates & Genios singulorum hominum præsides, & Deos patrios, id est, familiæ, & generis.

m Sumtum videtur a licitatoribus & venditoribus, qui mercem quamlibet æstimatam emtori dicant & offerunt accipiendam ac præcipuè mancipium, vt significet destinatum, deuotum, deditum, obstrictum in posterum emtori: nisi malis referre ad tria illa fastorum verba, do, dico, addico, a Prætoze prolata.

n Sumtum est quoque a militari sacramento, quo se milites obligant causam sui principis & imperatoris fortiter fideliterque defendituros, & traductum ad leges iure iurando sancendas, ad placita philosophorum approbanda & tuenda.

o Synecdoche generis pro Philosopho, voce speciali ac minus generali, quam magister.

p *Tempestas, vndis, mersari* habent allegoriam e perpetuis metaphoris a Nautis, ad significandas graues curas ingentesque molestias, quae vorandae sunt gubernatoribus rerum pub. si velint esse feueri satellites & administri virtutis, vindices & oppressores omnis improbitatis & sceleris: quales fuerunt Stoici, translate hic appellati virtutis verae custodes, *lidi xperns pndans ludi pppoi dgrmpois ludi dmpatavntoi*, ac rigidi satellites in vitia quaevis aequaliter vindicanda, quales erant *mpo mpoi, paphoi adoi te swmactopidans ludi dopu-pogoi, ds dy ppatwpctavis dndp pndoi, spitatores corporum & lictores Pratoriani olim vocati*. Non dissimili allegoria vsus est Cic. l. 4. Acade. Quae est contra nimis crudeles & alienae libidinis & opinionis ministros: qui ad quamcumque sunt disciplinam, quasi tempestate, delati, ad eam, tanquam ad saxum, adhuescunt.

q Arbitror hic esse periphrasticam synecdochen no-vercarum.

r Metaphora est partim ab animali tardigrado, partim ab aquis tarde fluentibus & quasi stagnantibus: quae tarditas reddit ingrata tempora studioso, quae displicent, minimeque sunt accepta propter impedimenta grauesque occupationes interuenientes.

s Epanalepsis est eiusdem vocis & soni resumpti initio & clausula: ac rursus a secundo *aque* & tertio fit *enavodos*, regressio ad eundem sonum.

t Metaphora a primordiis vniuersitatis, ac rerum principijs ad rudimenta disciplinarum indicanda.

u Dubitatur hic, Lector, vtrum sit apostrophe, sermonis auersio a Maecenate ad auarium, an ad alium quemlibet, quem nunc alloquitur per synecdochen finitae ac certae personae pro infinita, ad quam dirigit praesens consilium & Epistolae reliquum: quale est illud Ciceronis lib. 1. de Orat. ad Q. fratrem. *quid tam necessarium est, quam tenere semper arma, quibus tutus esse possis?* pro quibus possit: potest tamen esse continuatus sermo ad Maecenatem: cuius nomine perturbationes indicat hominum. Ego autem malo *ouuendo xlv* agnoscere, vt Maecenati parcantur tam multa.

x Synecdoche est singularis pro oculis.

y Hic equidem puto synecdochen esse speciei pro genere arthritidis, qui est quibus morbus articularis, quamlibet in corporis particulam & articulum incubuerit.

z Allegoria est a viatoribus, qui, quum ad locum propositum peruenire non vno die possunt, bona tamen itineris parte confecta contenti vires interea reparat, & alternis quiescunt: sic philosophia studiosi vbi aliquem in hac progressum fecerunt, in hoc acquiescunt, eoque fruuntur libenter.

aa Metaphora est a feruore aquae, cuius vim affectio illa, dum in animis hominum tantum fuscitat commotionis, vt nullis rationibus sedari possit, plane exprimit. Eodem tropo vtitur Cicero in Orat. pro Quintio, *feruet auaritia*: in hunc autem Ciceronis pro Quintio in Gram. iam citatum: tales sunt Pauli Manutij notae, *lepor est aliquis in similiter incipientibus verbis, feruet, ferturque*. Est etiam aliqua vis, quia translatum vtrumque est. Nam translata rem ante oculos ponunt exempli similitudine (quibus praesentem nosser Poeta versus subscripsit: sed vnde translario sumta sit, non indicam. Hoc autem dici solet de re aliqua, quae est in summo, quae quum minuitur, eadem deferuere vel deferuescere dicitur, *cupiditates deferuescunt* pro Coelio & Tusc. 4. *ira deferuescit*: quomodo rumores, & iudicia calere & fer-

monem hominum refrigerari & hastam Caesaris refrixisse dicit Cicero saepe. Similitropo Graeci dicunt *seontas dms*, excandescentes populos, & *seonta lymw ludi pponiuae ti, na & spiritu feruentem*. Illud tamen Cic. in Cat. Maiore: *omnes his studiis flagrantibus senes vidimus*, Gaza non vertit per *seontas* si *pluyomous yegontas tautas aas dais*, sed per verbum alterius translationis, *as dion pnyontas tois twu vt eunveio dpeadns ludi pons* spirare cominationem & caedem.

bb Potest esse duplex modus metonymiae: prior, qui ex efficiente docet significari effectam gloriae cupiditatem: alter contra, qui ex effecto significat efficientem, vt Cupido, qui habetur Deus & auctor cupiditatum sumatur pro ipsis & miser dicatur, quod miseros efficiat sic effectos, quum eripit libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio.

cc Metonymia subiecti pro corde illic contentio.

dd E geminata synecdoche fit allegoria pro praecipis ac institutionis Philosophiae. Sic falsis vocibus vs interpretati sumus Od. 2. lib. 2. pro Stoicis sententiis & opinionibus, quae a vocabulis, tanquam partibus integrantur. Verba enim & voces sunt partes integrae orationis, e quibus constant intentione, & ex his oratio. Ita saepe Donatus in Terentium interpretatur *to vetus verbum dxioma*, enunciatum & sententiam nomine & verbo iuncta, vt iam monuimus in Gram. Sat. 6. lib. 2. ad haec verba: *vox & ratio*: Pindarus quoque *suuudexinis dixit* Nem. ed. d.

30 *grop. a puma d' d'pymatw pgonis* —
rpor pnotava. id est.
Hymnus victoriae actuosae diuini viuit.

hic locus explicatus est Ode. 8. l. 4. quod nunc libet addere interpretationem scholiastae, *πρωτα τα λεγομενα η χαρομονη εστι των εργων ηγωνισθησ. τα μεν γαρ εργα τα ηγωνισια παρσην: τα δε χαρομονη, εαιωια παραδιδουται*. id est, omnia dicta & scripta sunt rebus gestis diuurniora. Hac enim praterunt: illa autem aeternitati traduntur. Est igitur in priori dictione huius loci synecdoche membri pro integra oratione vel poemate vel hymno: in posteriori est modus eiusdem tropi, sed generis pro speciali certamine & victoria lustratione quaestua. Sic Demosthenes Olynthiaca. i. dicit *τομ λαρον d' pteia pωvley*. i. praesens tempus vobiscum loqui edita voce, id est oratione habitae Simili vltus est tropo Cic. in oratione pro Archia Poeta. *Quod si, inquit Orator haec vox huius hortatu praecipitque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit a quo id accepimus, quo ceteris optulari, & alior seruare possemus: huic profecto ipsi, quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus.*

ee Videntur *adnyogpoid* sumenda a corpore male affecto ad animi prauas perturbationes notandas, quae a Philosopho praecipis, tanquam a Chirurgo fomentis leniuntur.

ff Sumtum est etiam a corpore, quod proprie veneno, aqua intercute, flatu, & humoribus turget, ad animum prauis affectionibus turbatum & tumentem: sed hic periphrasticis *φλορημα ludi luvodogiva* vna perturbationis species significatur, inanis ambitio: quam D. Paul. 1. Corin. 4. verbo *φυσιδω* exprimit. Atqui Satyr. 3. l. 2. *γυνιωτοπον* eloquutus est, & 6. eiusdem nos copiose,
Stas animo? & purum est vitio tibi, quam tumidum est cor.
Nec mala me ambitio perdit.

gg Metaphora est a sacrificantibus, qui victimi piacula-

particularibus & deique purgare scripta Philosophia sedes & vniuersa ta Diuinae opum Cic. idem dicit. In ter est ly dices, specie sine & dilige phlegi omne nem ternarij Poetae solum h nem a Psychat r. Aristot. l. 1. vsum omne ac dam ac princip madi: quap que quadam i lenus: eodem nefciji dolo

piacularibus & lotionibus sua & aliorum flagitia, sceleraque purgare solebant, cuiusmodi victimis dicit scripta Philosophorum esse similia ad eluendas vitæ sordes & animi labes: ideoque ad ea, tanquam ad vota Diis facienda homines castos & expiatis accedere oportet, vt Cic. 2. de leg. docet, ad Deos castè aduento: ideoque dicit lectum purè libellum, qui scriptus de morali Philosophia.

bb In rer est synecdoche finiti pro infinito, tanquam diceret, specie pro genere, id est, castissimè, attentissimè & diligentissimè lecto: sed quidam, imò verò pleriq; omnes libentiùs referunt, τὸ τερ, ad perfectionem ternarij Superis sacram, quàm ad tropum: nec Poetæ solùm hanc numeri supersticiosam obseruationem a Pythagora didicerunt, sed etiam Philosophi, vt Aristot. l. 1. de mund: nam (vt Pythagorici inquit) ipsum omne ac omnia ternario sunt definita: finis enim, medium ac principium ipsius vnus numerum habent: hac autem triadis: quapropter hoc a natura numero sumto perinde atque quadam illius lege in Deorum sacrificiis celebrantur vt solemus: eodem etiam vsa est Simæta Theocriti in veneficijs εἰδωλ. β.

Εἰ τρις ἀποκαύσω ἢ τρις τὰ δὲ πόντια φωνῶ.

Ter libo, terq; veneranda hac verba dico.

In expiationibus etiam binarius vsurpatus est. 4. Faistorum de Numa sacrificante:

Bis caput inonsum fontanâ spargitur vndâ,

Bis sua fagineâ tempora fronte regit.

vt rumque denique numerum vsurpauit Persius Satyr. 2.

Hac sancto, vt poscas, Tiberino in gurgite mergis

Manè caput bis terque, & noctem flumine purgas.

De huiusmodi expiationibus vide Paulaniam de expiatione Thesei propter cædem Pallantis. Item in Corinthiacis de expiatione Dianæ & Apollinis de morte Pythonis, Herodotum de Adrafto: sed omnium optimè Ethnicorum scribit Cic. 2. de Leg. Quum multum animus corpori præstet, obserueturq; vt pura corpora adhibeantur: multo est in animis obseruandum magis: nam incestum aspersione aqua, vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate euanescit, nec manibus vllis elui potest. Verùm præter hos omnes tibi suadeo D. August. l. 21. de ciuit. Dei de hoc argumento legendum: redeo ad tropum, τὸ τερ, epitattici magis notam, quàm arithmetici numeri: quem ideo præfero mysterijs omnibus Ethnicorum ad significandam philosophiæ moralis attentissimam studiosissimi cuiusque lectionem. Plutarchus in libel. de Poetis legendis admonet, denud quòd valde illustrat hanc puram philosophiæ lectionem, quum scribit multas esse corporis partes, per quas vitia se insinuant in mores & animos hominum: sed virtuti vnicam esse ansam per aures adolescentulorum, si puræ fuerint, nullisque assentatorum & corruptorum sermonibus occupatæ.

Ita sumitur Georg. 2. ad verl. contra non vlla est oleis cultura.

ii Non caret etiam vox suâ synecdoche generis pro breuissimis philosophiæ præceptis.

kk Sumtum est a bestijs, vt mitescere a fructibus, pro inhumânus & humanus.

ll Translatum est a cultura fundi & arborum, vt Cicero loquitur lib. de Senect, cuius quidem non vtilitas me solùm, sed etiam cultura & ipsa natura delectat: sic proprie loquitur Plato, τὰ περὶ νῆπιον ὄργανος συγγράμματα, libri de cultura hororum translata, & Isocrates ad Nicoc. ὄργανος νόμου, cultus legum, sic ὁρασκίαι φυτόν, lincius: τροπικὸς δὲ Xenoph. Hist. 2. τὸν μὲν Καλλιβίου ἐθέραιανον καὶ αἰὲν ὁρασκίαι, Callibium omni genere cultus obserua-

bam: translatum, inquam, ad institutionem hominum. Vix vnquam alibi, nisi Epistola 18. sequenti, reperias hanc vocem sic translata: legitur quidem cultus animi. de finibus & excolere animos doctrinâ in Orat. pro Archia,

mm Translatum est quoque apta similitudine a sensu corporis acutissimo ad mentis consilium & præfationem, vnde sunt hæc, acies mentis, animi, ingenij, item videre, cernere animo, ingenio, coniecturâ & similia Ciceroni vsitatissima: hic autem tropus, vt alij plerique omnes, ab Aristotele obscuratus est nomine τὸς ὁμοωνυμίας ἢ ἡμονυμίας: vnde instructi Aristotelei docent τὸ videre verbum esse λαβὴ ὁμοιωτήτα ἢ λαβὴ ἀναλογίαν. id est, per similitudinem homonymum & æquiuocum oculis ac mentis. Quemadmodum enim oculi speciem visibilem apprehendunt: sic mens τὰς νοητικὰς, i. quæ sub intelligentiam ministerio sensuum cadunt, comprehendit. de his autem homonymis monuimus in præfatione operis ad lectorem & postea initio Rhetoricorum in Oden. 1. lib. 1. Itaque ponitur hic pro, scis & intelligis: ita translatum notauimus Ode 20. lib. 3. non vides, quanto moueas, &c. Ita quoque Græci transferunt verba huius sensus: ὁρασκίαι, ὁρασκίαι, ἴδω, βλεπέτω & ipsorum coniuncta & cætera, quorum vnâ & alterum proferam exemplum pro multis ex Iliad. 1.

Εἰ σὺ ἀγὲ τὸς ἀν' ἐγὼ ἐπιόχομαι, αἰ δὲ τὸ βέδω.

Eia ago, hos ego inspiciam, ipsi vero parant, sic Eustathius hunc explicat tropum enodare, ἀναβλέψαι δὲ τὸν ὁρασκίαι, ἴδω, βλεπέτω, id est, acutissime obseruabo, & indicabo & recognosciam, qui sint legati ad Achille mittendi, ait Nestor, Demosthenes, ἀλλὰ λαὸν τὸ τὸ τριβῆς τὸν νόμον εἶδε, sed hoc etiam, qui tulit legem, intellexit.

nn Synecdoche est membri pro integro corpore ægrotante.

oo Est hic synecdoche generis pro speciali empirio, id est, faciente nauticam mercaturam.

pp Iteratum initio incisorum facit epanaphoram.

qq Videtur quibusdam per ignes dici dix τὸς στυγερῶν τὸ εἶδος ἀπὸ τὸ γένος, per synecdochen speciei pro grauisimo quoque vitæ periculo, quate est illud Terentij in Eun. Act. 3. Scen. 2. Nam qui huic animum assentari induxeris, è flamma te petere: cibum posse arburor, quale est etiam illud Tusc. 2. sub finem, qua flamma est, per quam non current ἢ, qui honores olim punctis singulis colligebant: hic denique Græci præsentissima pericula solent διὰ τὸν ὁρασκίαι ἐν τρυφῆς, λαὸν φλόξ ὡμίματος, τὸ τ' ἐστὶ τρυφῆς διὰ τρυφῆς, grauisimum exitium pronunciare: sed hunc tropum præcedentia, per mare, per terras videntur impedire.

rr Metonymia subiecti pro victoria, vel potius pro adiuncto brabio & insigni victoriæ Olympicæ.

ss Anaphora est initio incisorum.

tt Alia est metonymia pro sine labore, qui suscipitur in puluere, vel laboriosa exercitatione, quæ ibi fieri solet: cui certè tropo locus non relinquetur, si tu sequaris sententiam de vnctione Athletarum, & arenæ consperzione.

uu Auro & aurum faciunt polyptoton variè cadendo.

xx Exclamatio est reprehendentis auaritiam & vnâ epizeuxis. Quidam constituunt hic prosopepœiam Iani, qui horretur ciues ad pleonexiam posthabita virtute: sed ego malo verba esse poetæ obiurgantis & iridentis præposteram Romanorum curam.

yy Ironia est Poetæ simulantis, i. contrarium sentientis, & consulentis, atque ciues faciebant.

zz Anaphora initio membrorum in Iani: qui est vicus fœnoratorius, metonymia δὲ λαρεσκίαι ἀπὸ τῶν λαρεσκίαι

δραστήριον, qui sunt omnes faenoratores, mercatores & trapezitæ a maximo vsque ad minimum, qui illuc conueniebant ad rem nummariam, quam ipsos iuvenes palam docerent: vnde Satyr. 3. lib. 2. propriè loquutus est, *ad medium lanum res mea fracta est.* Paulò aliter vide modificatum Od. 15. l. 4. ad verbum *lanum Quirini clausit.*

*a Est & sunt per polyporon dicuntur.

*b Metaphora est nota pro, *ἀδωξος ἀτιμος*, inglorius inhonoratus, qualis locus erat in ima theatralis caueæ parte.

*c Allegoria est a firmis præsidij ac tutissimis propugnaculis militum, cuiusmodi dicitur insula Æoli l. Odys. 11. munita initio.

ἴσασαι δὲ τὸ μὴ περὶ τῆχος

καὶ λυοῦ ἀρρηξίον.

circum totam illam murus athenus minimeq; fragilis. quibus similis est recta conscientia, id est, *ἀσπίς*, vt erudite & scite respondit Bias interroganti, *τὸ ἀρρηξίον τῶν ἠθῶν τὸ ἄφοβον, εἴπερ, δεξιὴ σωείδους.* quid esset in vita *metis expert, recta, inquit, conscientia.* Simili quoque allegoria Deus promittit se populo suo fore *murum in circuitu igneum.* Sach. 2. vers. 3. & lra. 66. vers. 12. *flumen lacrimarum.* & Iobi 1. *vallum*, quo ipsum cingat & munit. Idem sic enunciat Salomon cap. 16. vers. 17. *Procer agger rectorum est recedere a malo.* Hæc quidem protuli, vt, quod iam inde ab ipsa huius operis prima enarratione monui, nullum esse scripturæ genus troporum facundius, quàm Prophetarum scripta, iterum planius facerem. Sic Cicero 7. in Verrem *τὸ murus sumit: ad omnes meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur.*

*d Dialogismus est *διὰ τῆς ἁρμονίας.*

*e Synecdoche speciei pro qualibet cantilena, dictouè vulgari.

*f Metaphora a sexu animalium robustiori ad magnitudinem animi indicandam.

*g Similis est tropus pro viris summæ frugalitatis, moderationis, æquiritis & fortitudinis: qualis est ille Iuuenalis Satyr. 2. continuatus:

Qui curiosi simulant & Bacchanalia viuunt.

*h Anadiplosis, quamuis prius *rem* non omnino in clausula, sed posteriùs *rem* cum tertio facit symplocen eiuſdem soni similitudinem initio & clausulâ membrorum. Alij ex Hermogene dicerent esse *λίανρον*, & ex Cicerone: orbem concinnitatis.

*i Metonymia est effecti pro efficiete & exprimente lacrymæ ex oculis spectantiù, non secus atque dixit Satyr. 5. lib. 1. *non sine fumo lacrimoso.*

*k Synecdoche speciei pro poemate tristi huius Poetæ tragici.

*l Metonymia effecti pro efferente homines inani gloriâ. Talem elationem Isocrates obiecit Dionysio Tyranno: *ὅτι τὸ μετέωρον τῆς τύχης λανθάνουσα ἐπιλήθει σε τῆς πόλεως θεοείας.* Sic sublimis fortuna ac censionis e pristina *Philosophia contemplatione desciscere ea coegerunt.*

*m Procatalepis est futuræ percontationis a populo Roman. vnâ cum imperfecta profopopœia, quam ipsemet inducit & sustinet pro populo versibus duobus, ac denique deponit alloquens populum: *olim quod dicitur τῆς ἀποστροφῆς;* ad hæc verba, *Bellua multorum capitum.*

*n Sumtum est a gesticatoribus & qui ritum movent suis spectatoribus, ad summam redemptorum auiditatem indicandam: præterea est hic synecdochica periphrasis *τελωνίων*, qui publica vectigalia & tributa redimebant, atq; exigebant nõ sine intolerabili concussionem populi. Ideoque omnibus odio erant acerrimo, vt euangelium eos peccatoribus associat Matthæi

5. v. 15. *διὰ τὴν μετὰ τῶν τελωνίων ἡὲ ἀμαρτολῶν ἐστὶν ἀδικησάτος ὑμῶν.* Illorum quoque, vt militum, *δικασταί*, id est, diuexationes sub auctoritate magistratus & ducis notantur Lucæ 3. *ὡσπερ πλείον παρὰ τὸ διατίθησθαι ὑμῖν πρῶσσει.* i. nihil amplius exigatis, ò vos Publicani quàm vobis sit constitutum: qualis est circumloquutio in tribus alijs versibus proximè sequentibus, captatorum, de quibus Tiresia Satyrâ. 5. l. 2. & faenratorum, de quibus etiam Satyr. 2. lib. 1.

*o Videtur sumtum a pueris, quos facile est cuique in suam allicere & attrahere voluntatem nucibus, pomis & piacentis, ab aucupibus & a venatoribus, qui volucres & feras solent inescare ac capere illecebris gula delinientes: vnde constituitur allegoria, quæ in proverbium etiam cessit Græcis *μύλοις βαρύνει.* i. malis ferire, pro aliquid munusculis ambire, decipere & fallere. Item in *viduas & senes* metonymia subiecti pro adiunctis opibus illorum: quod Lucianus proprie dicit in Dialogo Platôis & Mercurij, *τοῦ λιλύρον τινος, θυγατρῶν.* i. hereditatem alicuius captare tanquam venatu feram, *τροπικῶς* item Matthæi cap. 23. vers. 14. dicitur: *ἡ ὑμῶν ἡραμαυατῆς ἡὲ φαρισαῖοι ὑποκριταί, ὅτι λιλύδιτε τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν.* i. Væ vobis Pharisei & Scribæ hypocritæ, qui exeditis domos viduarum. Sed hic præter metonymiam & synecdochen, domos pro facultatibus, est metaphora hyperbolica in *exeditis.*

*p Metaphora nota.

*q Metaphora est nota e Gramaticis ad significandam vitam nullis curis subiectam, rebusque ad ipsam sustentandam necessarijs plenè instructam.

*r Permissio est superiorum studiorum.

*s Imperfecta & obliqua est profopopœia diuitis, vt hoc, *si dixit diues*, subindicat, tanq; nota recessus ab ea.

*t Manifesta metaphora a feruis, qui solent heris suis accensas præferre faces: quomodo proprie sumitur a Suet. in Octau. c. 29. *Tonanti Ioui adem consecrauit libertatis periculo, quum in expeditione Cantabri. a per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumq; prælucentem exanimasset.* alia est metaphora in loc^o & mare, vbi rebus inanimatis tribuitur sensus cum damno tamen coniunctus: est præterea synecdoche generis pro *Diacrino* & litore Campani maris.

*u Translatum est ab auguribus, qui nihil aggrediuntur sine aspectu auium, cui errato similis est libido vitiosa impellens diuitem ad alteram ædificationem priori relicta. itaq; talis libido dum impellit, suadet, consiliũ dat, vt aliquid faciamus, vel fugiam⁹, vel potius dum permouet, dicitur facere auspiciũ, vt Græcè vno verbo *διανοουοναῖσαι*, agere augurium. Tropus autem est partim in epitheto, *inequalis*, quod *πεδύκνως* sumtum sonat scabrum & impoliticum, vt locus, mensa *inequalis.* Gal. *rabetens, mala plain & vni, long dum costè, conet delanter:* atq; translatum ad animum indicat ipsius inconstantia & mutabilitatem, qualis notata fuit Sat. 7. l. 2. in Prisco, *qui vixit inaequalis:* vbi *τὸ inaequalis οὐ ἐρηψίνως*, qui aliquid inaequaliter facit per tropũ supra notatum: qui partim etiã est in *Tonsore*, vt sit metonymia efficientis & inaequaliter tondentis capillos p his ipsis inaequali tonsura curlatis: qualis erit epist. 19. *Exiguæq; toge simulet tectore Catonem.* Est in tonsore synecdoche generis p speciali tonsore pilorum capitis humani, quum sint etiam alij tonsores ouium.

*x Apostrophe est, auersio sermonis ad Architectos vel fabros, quos herus mutato consilio alloquitur, vbi *οὐκ ἐπιδοχμῶς* e ferramentis intelliguntur Architecturæ arma, & quælibet instrumenta ad ædificandum necessaria.

*y *λίχος γαμινῶν*, tanquam torus stratus, per metonymiam

miam subiecti pro ipsis coniugibus. Valet igitur, *Si hic diues est coniugatus & uxorem habet.*

*2 Anaphora est in iteratione *nil* in principijs.
*4 *Επιφώνημα* est, summa Poetae acclamatio ad magnitudinem inconstantiae narratae indicandam.

*6 Alia est Apostrophe ad quemlibet, nisi maui ad ipsum Maecenatem esse reditum.

*8 Hoc dicitur per metonymiam effecti pro tonsore capillos inaequaliter tondente per imperitiam rusticam. Sunt, qui tropum hac designant interpretatione, pro tonsura inaequali, ex efficiente ipsum effectum imprudenter indicantes: sed ramen in *tonsore*, non in epitheto *inaequali*, tropum statuentes.

*10 Rides ter in clausulis sententiarum iteratum cum similitudine eiusdem soni iucunda est epistrophe: ubi dicit, *sed quum pugnancia dico: petita sperno: ommissa repeto cupide: diruta per me ipse reficio: dum deniq; rotunda quadro: non rides, nec reprehendis tales inconstantiae perturbationes, quasi sic inueteratas, & corroboratas in me, ut in quandam naturam iam abiisse tibi videantur.*

*12 Sumtum est ab ignis vel aquae marinae comotionibus & incendijs, quibus aequor concitatur ad turbidos animi effectus indicandos, qui manifesti sunt interdum accessione vocis alterius, ut apud Tullium, *astuat dubitatione. Gal. perplexi & qui nescant, quid doibit faire, & apud Sallustium, astuat inuidia, Gal. il est fort huius propria est notio huius verbi Ode 6. l. 2.*

— ubi Maura semper

astuat vnda, ut alterius, Canicula vitabis astus.

Ode 16. l. 2. quo genere tropi vitur saepe Cicero, ut lib. 3. de Orat. *Te astus quidem ingenij procul arripuit, & 2. de leg. Ne astus nos consuetudinis aborbeat: simili tropo Plutarchus in Coriolano dicit *χειμώνα λαι νδδδωνα τής πόλεως, pro seditione & tumultu ciuitatis. D. etiā Paulus ad Ephes. cap. 4. vers. 14. *ina μμηέτι ώμων νήπιοι, ηνδδωνισμονοι, λαι περιφρόνοιοι παντι αξέμω τής διασπαράξιας, ne amplius pueri simus, qui fluctuemus & circumferamur quouis vento doctrina.***

*14 Allegoria est a remedijs medicorum, ad salubria philosophorum praecipua, quibus perturbationes animorum curantur,

*16 Videretur *σωσδωχμωσ* fumendum, pro irascaris ad leuissimam quamque culpam.

*18 Translatè hoc dicimus a fulcris pensibilibus nutricum pro, sustentari & innitètes tua ope & prouisione, ut lib. 14. ad Articum. *Resp. pendit e Bruno: proprie autem sumitur Eclog. 1. de rupe pedere, & Eun. Act. 6. Sc. 7. Tu iam pendebis, qui stultum adolescentem nobilitas flagitijs.* addam in *de te* metonymiam esse pro consilio & auxilio Maecenatis, e quibus totus pendet amicus. Potest etiam e similitudine soni initio & clausulâ sententiae notari symploce figura dictionis, est simul periphrasis Romani clientis: ac potius orphanum & pupillum propter antecedentia, *pratoris, curatoris tutela: praeterea Seruius lib. 12. Aeneidos ad verba--- in te omnium domus inclinata recumbit* annotat, est a ruina translatio continua: quia tota sententia est immutata: eandem Cicero alijs retulit verbis epist. 11. lib. 3. ad Appium Pulcrum *fam. omnes vires ciuitatis se ad Pompeij ductum applicauerunt. alijs quoque Seneca lib. 1. cap. 1. de clementia, in quoq; carior est, in quem se Respublica conuertit.*

*20 *Επιφώνημα* est, ut apparet *ἐν τῶν τῶν ἐπανορθώσεως, praecipue sanus.* ubi quoque obserues *τὸ rex regum τροπικὸς* summi pro eo, qui regit & domat cupiditates, & in quo appetitus paret rationi, quum imperare sibi maximum sit imperium, ut dicitur epist. proxime sequente ad ver. *animum rege.* e Seneca

*22 Videretur quibusdam allegoria esse a laborantibus phlegmate copioso, quo nummi sine faenore dati in mutuum non minus exhibent molestiae auaro: quam verò illi rectè sentiant, iudicet prudens Lector. Arbitror equidem potius ex interpretatione Porphyrionis, *nisi laetappis imperit,* metonymiam esse causae, id est, huius redundantis humoris pro dolore a prono huius decursu in partes subiectas excitato.

EPISTOLA II. AD LOLLIVM. Theticum.

Quòd e scriptis Homericis doctrina vitae & morum plenius ac melius percipiatur, quam e libris Philosophorum: ad cuius studium Poeta Romanos cohortatur cum reprehensione vitiorum.

Troiani belli a scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Roma Praeneste b relegi.
c Qui quid sit pulcrum, quid turpe, quid vile, quid non,
Plenius ac melius d Chrysippo & Crantore dicit
Cur ita crediderim (nisi quid te detinet) audi.
e Tabula, quâ Paridis propter narratur amorem,
f Gracia Barbaria lento collisa duello,
Stultorum regum & populorum continet g astus
Antenor censet belli h praecidere causam.
Quid Paris? ut saluus regnet, viu atq; beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere lites
i Inter k Peleiden festinat & inter k Atreiden:
Hunc amor, ira quidem communiter vrit virumq;
l Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.
Seditione, dolis, scelere atq; libidine & ira

Iliacos m intra muros peccatur & extra.
2. Rursum, n quid virtus, & quid sapientia possit,
Vtile proposuit nobis exemplar Ulyssem:
Qui o domitor Troie multorum prouidus vrbes
Et mores hominum inspexit, latumq; per aequor,
Dum sibi, dum socijs, reditum parat, aspera multa
Pertulit, aduersis rerum p immersabilis undis.
Sirenum voces, & Circes pocula nōsti.
40 Quae si cum socijs stultus cupidusq; bibisset,
Sub domina meretricis fuisset turpis & excors:
Vixisset cenis immundus, vel amica luto sus.
3. Nos q numerus sumus, & fruges consumere nati,
r Sponsi Penelope nebulones, Alcinoiq;
In scute curanda plus aequo operata iuuentus:
Cui pulcrum fuit in medios dormire dies, &
Ad strepitum citharae cessatum ducere curam.

4. *Ut ingulgent homines, surgunt de nocte latrones:*
Ut te ipsum serues, non expergisceris: 5. at qui
Si noles t sanus curres hydropicus: & ni
Posces ante diem librum cum lumine: si non
U Intendes animum studijs & rebus honestis,
Inuidiâ vel amore vigil torquebere: 6. nam cur
Qua ledunt oculos festinas demere: si quod
Est animum, differs curandi tempus in annum?
 7. *Dimidium facti, qui cepit, habet: sapere aude.*
Incipe: 8. vi. endi recede qui prorogat horam,
 8. *Rusticus expectat, dum defluat y amnis: at ille*
Labitur & labetur in omne volubilis auum.
 9. *Quaritur argentum, puerisq; beata creandis*
Vxor, & inculta z. pacantur vomere sylua
Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet:
 10. *aa Non domus & fundus, non bb aris aceruus &*
Aegroti domini deduxit corpore febres, (auri
Non animo curas n. ec valeat possessor, oportet:
Si comparatis rebus bene cogitet uti,
 12. *Qui cupit, aut metuit, nuuat illum sic domus & res,*
Ut lippum p. Et tabula, fomenta podagram,

Auriculas cithara collectâ forde dolentes.

13. *Sincerum est nisi vas, quodcumq; infundis, acc-*
scit.

Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas.

Semper auarus eget: certum voto pete sinem.

14. *Inuidus alterius macrescit rebus opimis.*

Inuidiâ Siculi non inuenere Tyranni

Maius tormentum: 15. qui non moderabitur ire,

10 *Infectum volet esse, dolor quod suaserit & mens.*

Dum pœnas odio per vim festinat inulto.

Ira furor brevis est: dd animum rege, qui nisi paret,

Imperat: ee hunc franis, hunc tu compeſce catenâ.

Fingit equum tenerâ docilem ceruice ff magister

Ire viam, quam monstrat eques: venaticus ex quo

Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,

gg *Militat in syluis catulus. 16. Nunc hh adhibe*

puro

20 *Pectore ii verba puer: nunc te melioribus offer,*

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem

Testa diu: 17. quod si kk cessas, aut strenuus anteis?

Nec tardum opperior, nec praecedentibus inſto.

Analysis Dialectica.

Q Via è demonstratione rhetici huius comparati elicitur cohortatio ad sapientiæ studium, videbitur Epistola bipartitò distribui posse, vt alterâ parte de optimo docendæ Philosophiæ magistro deligendo disputetur: alterâ, quid ex ipsius cultu capiatur fructus, explicetur: & quid contrâ damni ex eiusdem cõtemptione. Initiò autem, aut si vis, in exordio Epistolæ causam memorat, cur hanc scripserit, quam certè tribuit Iestioni poematis Homerici repetitæ in oppido Præneste, intereâ dum Lollius adolescens Romæ declamationibus operam nauaret: vndè affirmat e comparatione minorû, se tantum fructus percepisse, quantum e sermonibus ieiunij Stoicorum & Academicorum disputationibus nunquam cepisset: quæ solùm nudam Philosophiæ *βωλεῖαν* complecti videntur: sed vtrumque Homeri poema veram eiusdem per exempla praxin comprobare cortò tenemus. Non dissimili commentatione P. Ramus expressit e commentarijs Cæsaris viuam Ethicæ moralisq; doctrinæ imaginem, omisis Sophistarum & Hypocritarum de eadem opinionibus vanis, ac nugamentis prodigiosis, quæ nulli vnquam vsui vitæ humanæ videntur, & fuisse, nec sunt, nec futura erunt. Inclusit autem hic auctor doctrinam vitæ & morum in libellum Latine & Gallicè scriptum, de moribus veterum Gallorum, viuis potiùs & actuosis exemplis illustratum, quàm theorematis intermortuis explicatum: Quamobrem verò Poeta ita ipse sentiat, *ἀπὸ τῆς προσέτιω*, cum attentione postulat intelligi: vbi adhuc habes quinque versibus quandam exordij formam, & propositam quæſtionem: quam duplici distributione totius Homerici operis e subiectis reb⁹, id est, vitijs ac virtutibus, in quibus versatur vniuersum poema, facile ac perspicue declarat: ac primum de inhonesto & turpi ex Iliade disputat. Hæc autem via docendi, quam Horatius hic sequitur, insitit omninò vestigijs Homericæ narrationis rerum ad Ilium gestarum. Nam viciosæ perturbationes Græcorum in Iliade proponuntur, quorum stulticia hic specialibus exemplis arguitur. Quid enim habuit raptus Helenæ, nisi summam Paridis adulteri iniustitiam cū temeritate non minore coniunctam? quid nisi tæter-

rimam effœminati animi libidinem omnibus testatam? vndè quidem certè perspicitur in omnes honesti partes grauiter turpiterque peccatum esse. In Alexandro compertum habemus, quod Herod. in Clione scripsit nulli contingere solitum, *ἡδὲ ἴτω, ἀνὸν τὸς ἰσῆ, ὁ πόλεμος πρὸς ἐπιλόνο ἀπέειπαι, ὃ μὲν γὰρ τῆ ἰε παύδις τὸς πατέρας θάπτοι, ὃ δὲ τῶ ἰε πατέρας τὸς παύδας, nullus aded inconsideratus est, qui bellum pro pace eligat: in hac enim liberi parentis sepeliunt: in illo autē, parentes liberos. Itaq; non est mirū si tota Græcia vehemēter indignitate tanti sceleris commota, & suis urbibus velut effusa, se armaruerit in Phrygiam, & pœnas vltionis festinauerit, quas quum Antenor, atrocitate facti offensus, declinare suaderet, maturâ raptæ mulieris restitutione, vt Græcis præcideretur omnis causa belli: huius tam salutari, tam vtili, tamque prudenti consilio Paris animi impotentia misere intercessit, publicisque commodis priuatam anteposuit & foedissimam libidinē atq; intemperantiam: & maluit se, totamq; patriam in extrema vitæ, famæ, fortunarumque omnium pericula præcipitem dare, quàm mulierem per summam iniuriam raptam a se dimittere: nullum certè postea facinus exstitit, quod non ex illo fonte manaric: nullum flagitium, nisi inde, nullæ innumerabiliū hominum neces, nulla denique vexatio, direptioque fuit, nisi ab illo turpi adulterio profecta: hinc inde grauissimū animorum motus inter principes vtriusq; partis sunt concitati, quos sedare minimè potuit summorum virorum summa prudentia Nestoris & Antenor: nec magnos æstus irarum restinguere: nec infinitis malorum aliorum generibus medicinam inuenire. Ad tantam quoque tot malorum Iliada ex illo rapu accessit, vt ipsum cœlum perturbatis hominum mentibus concitatum sit. Inter Deos dissidia, & discordiæ nata sunt, quæ sola, dum Poeta profert ad Theticum approbandum, non plenè videtur satisfacere illius demonstrationi: *τὰ μὲν γὰρ φαίλα πάθῃ μόνον λυτὰ λήγει, τὰ δὲ ἀγεία παραλείπει.* Prauos enim solum memorat affectus: rectos & laudabiles prorsus præmittit, nisi velis nomine virtutis & sapientiæ hos intelligi postea in Odyssæe argumento explicados. Veruntamen multas*

multas honesti partes cernas in Iliade, perinde atque in narratione Vlyssæ erroris, multas inhonesti. Ad-
dam ad sententiam Horatij non solum Philosophiam
moralem posse disci ex utroque Homeri poema-
te, verum etiam ἐπιμνηστικῶν τινῶν παιδείαν περιέχουσαν, vt
merito illius libros possis Pandectas nominare: quod
vt tibi planius fiat, nec te pluribus detineam, lege vi-
tam Homeri e Plutarcho, vnde primum cognosces
tres organicas artes, quarum vsum in hac enarratione
docere contendimus, Dialecticam, Grammaticam, &
Rhetoricam contineri: deinde morum doctrinam
tam in domestica, quam in publica rerum administra-
tione: postea scientiam vniuersæ naturæ in assidua
commemoratione corporum cælestium, aëriorum,
terrestrium, & aquaticum pro conditione rei tracta-
tæ. Postremo rationem τῶν μεταφυσικῶν de Dijs, &
de animorum immortalitate, quæ sanè omnia tu faci-
le reperces ad hæc duo capita Plutarchi: διὰ μὲν ἢ ἰδία
δὲσ ἀνδρῶν ἀσώμωτος, διὰ δὲ ἢ Ὀδυσσεύος ψυχῆς γενναίου τῆσ.
Redeo iam ad summam Iliados, ex cuius vniuersis exem-
plis melius perspicitur vis totius inhonesti & inutilis,
& mali, quam ex nudis Philosophiæ præceptis insti-
tutisque, velut inter mortuis. Nam primum ex Iliade,
quid in Paride & popularibus adulterijs, quid etiam in
Achillis & Agamemnonis implacabilibus iracundijs
& stulticia fugiendum sit, qui causis, adiunctis & pa-
ribus describuntur, clarè & perspicue intelligitur,
quomodo, inquam, Paris grauissimo, impotentissi-
moque alienæ vxoris amore percussus teneatur: nec
minus hi duo capitali æstu irarum & stultitiæ, altero
feruere videantur.

2. Deinde ex ratione distributionis de prudentia &
honestate, & vilitate, sicut de stulticia, turpitudine &
ignauia agit, quorum effigiem in exemplis Vlyssæ &
sociorum expressit, & in Odyssæa descripsit: quod
noster Poeta hic egregie ac breuiter repetit in descri-
ptione Vlyssæ & sociorum ex adiunctis & effectis,
quam scribit duce, summâ prudentia, continentia,
maximæque militaris disciplinæ scientiâ instructam,
incredibili tolerantia laborum, quibus nunquam ces-
sit, munitum & leptom contra omnem vim fortunæ,
acerrimo studio, vigilantia, solertiâ mirificâ in explo-
randis vrbium propugnaculis, & ingenijs hominum
perspiciendis: denique in prætermittendis volupta-
tibus continentissimum, temperantissimumque
fuisse: contra socios planè stultos, intemperantes &
ignauos, a quibus sumenda sunt exempla sententiæ
Platonianæ, ὅς ἄνθρωποι ἀδελφοὶ τῶν ἰδιωτῶν ἡνδρῶν, qui malo-
rum εἰς αὐτοὺς ἑαυτῶν ἡδονὴν ἀπολαύουσιν, quia profecto ea ho-
mines capiuntur, vt pisces hamo, meretricum autem mo-
res ac illecebraz, quæ tabulâ Sirenium adumbrantur,
ante Platonem a Salomone capite 5. Prouerb. ver. 3.
sic verè per cohortationem sapientiæ describitur,
Quamuis fruum stillent labia extranea, id est, meretricis,
vt expositus Ode 11. lib. 2. ad vocem scortum, ac mol-
lius oleo stillent palatum eius: attramen postterius amarum est,
vt absinthium: acutum, vt gladius bipennis. Hæc sunt vi-
ua doctrinæ moralis exempla ex Homero doctore
deprompta, ad cuius normam suadet Poeta vitam &
mores hominum effingi & conformari debere, vt il-
li honesta & iusta colant & expectant: his autem con-
traria detestentur & fugiant, quæ causa fuit Alcida-
mæ Eleati Philosopho & discipulo Gorgiæ Leontini, cur
Philosophiam appellat τὴν ἀδὲμ ῥαλλὴν & σὸσσαν λε-
γὸν & Ὀδυσσεὺς πῦλιν ἡνδρῶν βίαν ἡνδρῶν ἰσχυρὴν, vt
refert Aristoteles libro tertio capite tertio, Rhetor. ad

Theodor. de frigidis tranationibus, ἡδὲ ὅς ἄνθρωποι
τῶν φιλοσοφῶν ἐπιπέχουσαν τῶν νόμων ἡδὲ τῶν Ὀδυσσεύος,
ἡδὲ ὅς ἀνδρῶν ἡδὲ τῶν νόμων. Hæc autem syllogisticas
possunt sic collocari & iudicari: si Vlysses bibisset pocula
Circæ, versus fuisset in fœdam bestiam: at non est mutatus in
bestiam, non igitur pocula Circæ bibit. Assumptio præces-
sit, quum eum dixit inuictum se præstitisse in illis re-
pudiandis. Vir igitur sanæ & integræ mentis permansit. Bi-
bit quidem, vt ait Homerus, sed in eum nihil valuerunt
antipharmaco munitum, vt idem nihil immutatus,
quali non bibisset, remanserit. Itaque Cicero 1. de Off.
sic de hoc scribit. Quam multa passus est Vlysses in illo erro-
re diuturno, quum & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres
appellande sunt) in eruiret, & in omni sermone omnibus, af-
fabilem & iucundum se esse vellet: sed illa seruitus sicut tole-
rantia contumeliarum a seruis & ancillis, prudenter tegeba-
tur inuolucris simulationum, vt ad id, quod cupierat, aliquan-
do perueniret.

3. Seneca in lib. inscripto, in sapientem non cadere iniu-
riam, anteponit exemplar Catonis sapientis viri huic
Vlyssæ, quum de eo sic scribit. Pro ipso quidem secu-
rum te esse iussi, nullum enim sapientem, nec iniuriam
accipere, nec contumeliam posse. Catonem autem
certius exemplar sapientis viri nobis deos immorta-
les dedisse, quam Vlyssæ & Hercule prioribus se-
culis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiaue-
runt inuictos laboribus & contemptores voluptatis &
victores omnium terrarum. Cato cum feris manus nō
contulit, quas consecrari venatoris, agrestisq; est: nec
monstra igne ac ferro persequutus est: nec in ea tem-
pora incidit, quibus credi posset cælum vnus humeris
inniti excusâ iam credulitate antiquâ, & sæculo ad
summam perducto solertiam. Cum ambitu cong. ef-
fus, multiformi malo, & cum potentia immentia cu-
piditate: quam totus orbis in tres partes diuisus fatia-
re non poterat. Aduersus vitia ciuitatis degeneran-
tis, & pessum suâ mole sidentis iterit solus, & caden-
tem Remp. quantum modo vnâ retrahi manu pote-
rat, retinuit: donec vel abreptus vel abstractus comi-
tem sed insultentatæ ruinæ dedit: simulque extinta
sunt, quæ nefas erat diuidi: neque Cato post liberta-
tem vixit, nec libertas post Catonem. Huic tu putas
iniuriam fieri potuisse a populo: quod aut præturam
illi detraxit, aut togam? quod sacrum illud caput pur-
gamentis oris aspersit? Tutus est sapiens nec vllâ af-
fici aut iniuriâ aut contumeliâ potest. Hanc autem
quæstionem Plato in Apologia & lib. 7. de Rep. tra-
ctauit, & Lucretius lib. 5. ita Hercule cum Epicuro,
vt hic Catonem cum Hercule videtur contulisse to-
distimis moribus sociorū Vlyssæorū: quod vt clarè ap-
pareat, sic dispono: Qui se damnosa libertati, nō rationi, tra-
dunt regendos, vt fecerunt socij Vlyssæ, hi vitis & omni deo-
core infames viuunt, ac misere tandem peribunt: Nos (inquit
Poeta de Romanis) vt illi, ocy, libertati seruiamus, & vniuersis
voluptatibus perflumus: Itaq; cum ignominia & dedecore
tandem moriemur, vt illi socij mortui sunt misere. Huic cer-
tè demonstrationi satis quidem fuisset subditis Aristo-
telica: Qui intemperanter & libidinosè viuunt, misere ac tur-
piter morientur, vt socij Vlyssæ. Præterea hæc assumptio,
quæ poterat simpliciter enunciari: nos sequimur libidi-
nem, non rationem, amplificatur adiunctis & duplici si-
militudine, quod Poeta & ipsius æquales sunt abiecti & viles,
soli abdomini nati, genu hominum inertissimum & desidiosis-
simum, qualem se Achilles profitetur Thetidi matri
ἡνδρῶν σ. ἀνδρῶν ἡνδρῶν ἡνδρῶν ἡνδρῶν ἀνδρῶν ἀνδρῶν:

Sed apud naues sedeo inutile pondus teræ: quale fuit
etiam illud porcorum erga Penelopem; qualis erit m
tute

fuit populus Regis Phæacū, omni genere deliciarum & voluptatum luxurians. Iam aggreditur dehortari, huiusmodi intemperantes, & stultos homines a suis vitijs ad temperantiam & sapientiam: ad quod vitur primum collatione minorum. *Larrones vigilans in perniciem aliorum: Quid tu igitur es minus vigilans in tuam salutem? imò verò sis diligentior custos tua salutis.* Hæc comparatio mirè est implicata. Videtur enim primâ fronte diuerso fine constare: deinde ex aduersis: sed quia ratio comparatorum videtur hic dominari, illam sequimur, quanquam protasis atque apodosis separatim considerata declarantur suo fine & aduersâ verborum notione, *ingulare & seruare*, vbi præterea studiosus Dialecticæ lector notabit Categoriam comparatorū pendere e locis primorum argumentorum.

5. Confirmatio est apodoleos ex adiunctis incommodis, id est, *attamen si, dum non es planè vitijs contaminatus, non curaueris lectione Philosophicorum librorum perturbationibus prauis mederi: serius voles grauisimè agrotans id tentare: neque etiam istud facies sine grauisimo vitæ periculo.*

6. Vrget hominem mox malè afficiendum ad maturam curationem animi comparatione minorum: *si recentibus morbis corporis summâ festinatione medicinam facis, multò citius est tibi animus curandus, nec illius curatio in aliud tempus reiicienda.* Videretur quibusdam hoc etiam comparatum esse e maioribus: verum si illi mecum animaduertant sanationem animi esse hic in quæstione, vt rem maiorem, & curationem corporis, vt rem minorem, sumi pro argumento ad illud maius probandum aliter sentient. Quamquam autem non ignoramus corpus animi gubernaculo, ac vicissim animum corporis ministerio indigere, vt neutrum, si affectum fuerit, rectè suo possit fungi officio: priorem tamen hominis curam particula diuinæ autæ, & moles terreni corporis posteriorem requirit.

7. Hæc trita & communis sententia ponitur, vt mihi videtur, pro argumento assumpto cohortationis ad superandam difficultatem operis aggrediendi. Itaque subnectenda est his, *Aude sapere & incipe: quia cœpisse est dimidium facti.*

8. Tarditatem & procrastinationem meræ & mutandæ mentis arguit similibus: *quod qui differt studium sapientiæ, quod solutus fuerit negotijs omnibus, quæ in vita solent alijs alia succedere, similiter insanit, atque is, qui stultè expectat fluminis transitum, donec totus defluerit.*

9. Docet quatenus progrediendum sit in rebus quærendis e triplici illarum distributione, *pecunia, vxoris fecunda, & agri noualibus aucti: quorum quum tu paraueris tantum & tale, quantum & quale satis sit ad vitium & cultum vitæ, fac oprandi finem nihil quærendo amplius.*

10. Confirmatur modus quærendi iam definitus e negata trium bonorum facultate ad mentes possessorum curis & cupiditatibus per magnum aceruum leuandis.

11. Ratio rectè perfruendi rebus quæsitis, vt saluberrima medicina proponitur ex adiuncta mentis sanitate, quæ præcipuè cernitur in liberatione & vacuitate perturbationum, id est, in animi tranquillitate & securitate, quod tractatur a Plutarcho libel. *περὶ συνέμίας* minorum contentione: *ὅθεν ἔτι διττὰ πολυμυθίας ἔτι χροσὶς πλῆθος, ἔτι ἀξίωμα γούνης ἔτι μέγιστος ἀρχῆς, ἔτι λόγος χάρις ἢ δεινότης συνέμιαν παρέχει βίω ἢ γαλιόνων τὸς αὐτῶν, ὅς τε φύχῃ λυτὰρ ἄνθρωπος παρὰ μὲν τῶν λιὰ βολονμάτων πονηρῶν, λιὰ πλὴν τῶν βίς πυχλὸν τὸ ἴδιος ἀταρχειοῦ ἔχουσα λιὰ δεινότητων.* Itaque *neque domus magnifica, neq; auri copia, neq; generu dignitas,*

neque amplitudo imperij, non dicendi gratia, non virtus præstat vita tantam serenitatem & tranquillitatem, quantum animus à negotijs, consilijsq; prauis purus & vacuus: atque præditus tranquillis & immaculatis moribus, vnde fons vita manet.

12. Imbecillitas superiorum bonorum illustratur similitudine, cuius protasis est triplex sic enuncianda ordine recto: *Quemadmodum tabula pictæ iuuant lip-pum, fomenta podagricum, musica putres & dolentes aures ad tempus leniunt, non autem sanant: sic diuitia suos possessores cupiditatibus, alijsq; perturbationibus concitato, aliquantisper videntur iuuare, sed reuera excruciatte vehementius solent.*

13. Conficit ex argumentis antecedentibus frangendas esse tales cupiditates, aut certè consilij gubernatione regendas, quod idem confirmat ex incommodis adiunctis: quæ videntur obscura similitudine pronunciat, vt *vas impurum & vitiosè imbutum prius liquore cor-rumpit facile, quicquid boni succi postea infuderit: sic animus prauis affectibus sollicitatus in ἀπολαύσει τῆς εὐθυμίας ἀδύνατος, non potest frui tranquillitate vitæ.* Itaque reperit superius præceptum de modo rei faciendæ præscribendo, alioqui, vt avarus, semper egebit: cuius rei locupletissimus nobis est testis e Platone Plutarchus, in vita Demetrii de inexplebili cupiditate Seleuci, qui, quam in suum imperium & ditionem restitutus esset, & quicquid inter Indiam & Syriacum mare interijceretur, teneret, ad eò se inopem & mendicum præstitit, vt focerum suum Demetrium varijs iam casibus afflicto vexaret: vnde illud Platonis monitum existit quàm verissimum, ne quis fortunas augeat, sed frangat, si verè diues esse, & haberi velit, insatiabilem cupiditatem: quam habendi sitim, qui non restinguit, is ne paupertate, nec inopiâ solutus esse potest.

14. Altera est perturbatio, quæ definitione sic primum declaratur a Plutarcho libello *περὶ πολυπραγμοσύνης*, de curiositate: *φθόνος μὲν γὰρ ἐστὶ δυνάμη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς inuidia est dolor de bonis alienis.* Alius est affectus ex oppositis, huic tamen affinis, *ἐπιχαραμνασία ἢ ἰδούνη ἐπ' ἀλλοτρίοις λιανότης, ἀμφοτέρω ἢ ἐν πάλλας ἀντιμέγας λιὰ θυμῶν δὲ γυροσίνται ἢ λιανόθεασι.* Sed *epicharecacia est voluptas e malis alienis, atq; vtrumq; prodit ex immani affectu malitia ferino.* Deinde a Latinis: *Inuidia est de bonis alienis acceptus dolor.* (de quo in Gramm. Sat. 3. lib. 2.) qui testimonijs Phalaridis & Dionysij regum confirmatur: duplici tamen minorum collatione pronunciat, quod grauisissima quaque tormenta à tyrannia Siculis inuenta cruciatu acerbitate superet: quod pertinet hoc elegiacum e Græco factum Latinum & a Diuo Hieronymo citatum:

*Iustus inuidiâ nihil est, qua protinus ipsum
Auctorem rodit, disruciaturq; animum.*

Quod depromptū ex Aiace Soph. *περὶ τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἐστὶν*, inuidia serpit ad sui auctorem, nō autem cui conflata est, qui semper est vir bonus, malum enim ipsaque dignum præterire solet: vt Pind. ait *Νεμείδῃ, ἢ γρηφῆ. ἀπὸ τῆς δὲ ἐδδῶν αὐτὴ χροσίνουσι δὲ ἐν ἐξέσει.* appetit autem semper bonos, nec cum deterioribus contendit.

15. Alia perturbatio definitur e genere furoris, ac præterea ex ipsius effectis, *pœnitentiâ & pudore*, quorum inigne habetur exemplum apud Lucam cap. 16. Act. Apolt. de magistratu Philippenſium, qui repentino iræ impetu Paulum & Sylam indiçtâ causâ *πάβδοις ἢ μέγιστη λιανόθεασι* ἐβαλον eis φυλάκην, virgis & flagris casos coniecit in carcerem: cuius facti postridie vehementer eum puduit ac pœnituit: deinde duplici similitudine indomiti equi & canis venatici illustratur:

ita est

ira est cupiditas vindicta, qua dat multa suis dominis & aliis mala, ut indomitus equus & canis: itaque illa, ut hinc mature domanda & comprimanda est. Sed fufius definitur ab Arist. 2. Rhet. εἰς δὲ ἢ ὄργη ἢ ὀρέξις μετὰ λήπιος τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὄργην ὡς αὐτῶν, ἢ εἰς αὐτῶν πᾶσιν ἀποδοκίμαται. ira ergo fit cupiditas cum dolore ejus puniendi, de quo poena videatur sumi posse propter manifestam contemtionem, quam in nos, vel in nostrum aliquem commisit sine aliqua causa. Sed adversus tam indomitam, effrenatam & præcipitem animi cupiditatem pete remedia e Plutarch. in lib. περὶ ἀσχημονίας.

16. Adhuc docuit vitii declinationem tum exemplis tum præceptis, licet etiam aliquid de doctrina virtutis promiscuè taditum sit; nunc adolescentem Lollium ad studium sapientiae mature excolendum hortatur, idque simili: quod, ut recentissima quæque testa est primi odoris tenacissima; sic adolescens ἡλικίῳ ἀποδοκίμαται ἀπὸ ἀρχῆς τῆς ἡλικίας, ἢ ἀποδοκίμαται vno verbo sic, inquam, illi a teneris honeste eruditus, puerilis disciplina tenacissimus futurus est. Similis est admonitio Chremetis ad filium Chlithiphonem in Heaut. Act. 1.

Enarratio Grammatica.

AD Lollium.] E docto commentario. Justi Lipsii in li. 12. Annal. Corneli Taciti scimus, duos fuisse Lollios, patrem sub Augusto qui moderator Caji Cæsaris datus est: filium virum consularem, cujus quando consulatus fuerit, ignoratur cui filia Lollia Paullina fuit, eaque in certamen conjugii cum Julia Agrippina oblata est, fautoribus utriusque paratis ad commendandam certatim formam eandem Claudio, utra ipsi nuberet. Quod autem quidam existimant hunc Lollium, cujus nomini hæc Epistola inscribitur, esse eum, cui etiam decantata est Od. 9. l. 4. vnde facillè cognoscas, quam vere hic maximus vocetur, eundemque appellant M. Lollium ordinis consularis, fortassis is est filius, de quo Paternulus lib. posteriori, accepta in Germania clade sub legato Marco Lollio, homine in omnia pecunie, quam rectè faciendè cupidior & inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo. De eodem etiam, ut puto, sic Plin. l. 9. c. 35. hoc fuit, quare M. Lollius infamatus regum munitibus, in toto Oriente interdicta amicitia a Cajo Casare Augusti filio venenum biberet. Meminit ejusdem Suet. in Tiber. cap. 12. Namque privignum Cajum Orienti præpositum, quum visendi gratiã irascisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii comitis & rectoris ejus. Hujus etiam meminit G. Peto Albinovanus in Elegia in obitum Mæcenatis Poematis Maronis annumerata, ut dicitur Epistolâ 7. sequenti. Est præterea etiam alter, ad quem Epist. 18. hujus libri scripta est, ejusdem nominis, sed prænomine et cognominis diversis affectus. Hic em̄ appellatur sæpè Scæva Lollius eques Romanus. Si quæ tamen hujus diversitatis conjectura faciendâ est ex epithetis, hæc magnitudo, quæ hic tribuitur Lollio, aptissimè convenit argumento nonæ Od. l. 4. ubi Poeta pollicetur se maximam ejus prudentiam, æquitatem, constantiam suis versibus ab oblivione vindicaturam: cui repugnare videtur argumentum Epistolâ 18. quæ sit cohortatio ad rectè munus amicitie sequendum, & ad mores scenicos & scurriles jocosin amicitia declinandum: quorum speciem hic Scæva Lollius solebat præbere.

Dum tu declamas] Ex hoc quoque verbo nonnulli judicant, Lollium adhuc in eloquentia tyronem & rudem fuisse: quam sumtâ virtû togâ in foro adolescentibus auspiciabantur, & ingenij exercendi, ac uendique causâ in homines aliquo crimine notatos orationibus Romæ olim in vehi solebant. Verbum declaman-

Sc. 2. Verum ubi animus semel se cupiditate devinxit mala necesse est, Clithiphon, consilia consequi consimilia. Hoc scitum est, periculum ex alijs facere, tibi quod ex usu fiet. Nam cuius animus in re mala semel est corruptus, indies fit peior, ait ibi Donatus.

17. Ad extremum e genere disparatorum videtur Poeta libera iter, non ambitiosè, instituere certamen studij Philosophici cum Lollio hac lege & conditione, ut si hic signis in illud incubuerit: ipse tamen unum & eundem instituti tenorem peracturus sit: contra si idem majores in sapientia profectus ipso fecerit, eandem studij æqualitatem ipse reciturus semper. Ingenia enim hominum alia alijs sunt promptiora vel tardiora: sed qualicunque ipse fuerit ingenio præditus, medium inter tarditatem & celeritatem tenebit in hac studiorum ratione. Non sum tamen immemor, hunc locum fuisse in breviori illa Analyti explicatum comparatè, sicut potest: sed præstat id fieri disparatè consideratâ dissensione cursuræ tardæ, mediæ & celeris conjunctè, non comparatione ejusdem in quantitate majori vel minori.

di abijt in consuetudinem palam maledicendi, & de fama detrahendi aliena, ut epist. l. 11. 3. Fam ad App. Pulch. Reperio tamen declamandi usum etiam viris constantis ætatis tributum ut Cic. Tusc. 1. ut enim antè declamitabam causis, quod nemo mediocris fecit: sic hæc mihi nunc senilis est declamatio, in qua studiosè tendenda causam accipe ex Epist. 18. lib. 9. cur eleborarit amisso regno forensi, ludum quasi habere cepti, ubi do operam, ut ipse melior si am primum valetudine, quæ in intermissis exercitationibus miseram: deinde ipsa illa, si qua fuit in me falcultas orationis, nisi me ad has exercitationes rerulisset, exaruisset: quale genus studij significatur Epist. 33. lib. 7. Quod declamationibus nostris careo, damni mihi facio: quod Hirtio invideres, nisi enim amares non erat causa invidendi, nisi forte ipsius eloquentiæ mavis, quam quod me audiret, invidere. Quod si hæc tria ad unum & eundem pertinet, diversis ætatis Lollij, quæ sæpius in varios mores inducunt homines, scripta sit, necesse est, & hic sub finem appellatur:

--- & nunc adhibe puro prætoris verba puer.

Relegi.] Quod Græce etiam dici potest, ἀρλεξάμην ἢ ἐπιλασάμην τὰς τῶν Ὀμήρου ἐπιστολάς περὶ πολλῶν Τρωϊκῶν relegi studiosè libros Homeri de bello Trojano: cujusmodi fortasse Lucian. memorat. ἐγὼ δὲ μὲν ἡλικίῳ ἀποδοκίμαται ἐλέγετο καὶ ἀποδοκίμαται. Ego quidè audiebam, ille vero recitabat pulcra poemata. Cetera Homericæ scripturæ repetitio, ac diligens pertractatio hoc verbo significatur: vnde religio nomen ductū habet, quū quæ ad Deorū cultum pertineret, simili studio & curâ relegerentur. Cic. 2. de nat. Deo. De Præneste oppido Latii, & ratione nominis dictū est in Gramm. Od. 4. l. 5. ad Calliop.

Quid sit pulchrum.] Summa philosophiæ moralis capita his vocibus proponuntur quæ Græcis sunt, πὶ τὸ καλόν, πὶ τὸ ἀγαθόν, πὶ χεῖρον, πὶ ἀχρηστον, ἢ βλαβερόν. ad quæ Cicero videtur officia revocare omnia. Ad hæc Declamandi ratione Seneca jam senex, memoria debilitata se retulit ingratia suorū liberorū, de qua lege præmiū cōtroverliatū. Sed τὸ καλόν, quod est honestū, nō solum est natū a bonū verū etiā ipso usu, cujus posterioris modi tantū est τὸ ἀγαθόν.

Plenus, &c.] Aliàs legitur plenius. De Chrylippo repute, qd̄ dictum est in Grammaticis Sat. 3. li. 1. & 3. l. 2. Crator aut e lib. 3. de Oratore fuit discipulus Xenocratis, & hic Platonis in Academia: sic em̄ ibi Crallus: Nam Spenisippus + latoni sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat & qui Xenocrate, Polemo & Crantor nihil ab Aristotele, qui unā audierat Platonē, magnoperè differunt.

Copia fortasse & varietate dicendi pares non fuerunt: de quo vide Diog. Laert. & 3. Tusc. & 5. de Fin.

Andi] Accipe rationem mei judicij de praesentia scriptorum Homeri supra libros Philosophorum, si non es alijs negotijs impeditus.

Fabula [Hanc Graeci μυθον vocant, definiuntque τὸν μὲν λόγον φαντασίαν, εἰκότα δ' ἀληθινὴν, orationem quidem falsam, sed verò similem. Usurpatur tamen a Latinis pro quolibet genere Poetici scripti, sive sit epopœia, sive comœdia, sive tragœdia, sive quid aliud, ut a Graecis μῦθος, ἢ δράμα, ut Comœdia definitur fabula: similiter Tragœdia, sit fabula ἢ μῦθος ἢ δράμα. Quum igitur Poeta dicit, Fabula continet aëthra, docet in Iliade & Odyseea non quidem præcepta tradi de honestate & de turpitudine: sed exempla utriusque supponi. Syntaxis autem verborum est, fabula, in qua Græcia lento collusa bello Trojano, narratur propter amorem Paridis, continet aëthra, id est, ferinos motus, stultorum regum & populorum perturbaciones.

Duellum.] Duellum definitur a Festo bellum, quo duæ partes inter se contendunt de victoria. Hinc perduellis & perduellio, qui pertinaciter bellum retinet, qui est Varroni hostis. Cic. lib. de Perfecto orat. scribit antiquus duellum, duis, ut Festus duonum, nominata, pro, bellum, bis & bonum.

Collisa.] Accisa, attrita, afflicta longo bello: quod quamvis hic duellum dicatur, non tamen μονομαχία, id est, singulari certamine confectum est, quum illic cæteræ gentes, velat omnes amnes in Oceanum, confluerint, auxilium alterutri ferentes. Hic Agamemnon, Achilles, Ajax, Hector & alij Duces appellantur stulti, ut populi tam Græci quam Troiani.

Populorum continet.] potest hic notari κεφάλαιον, ut Setevius notavit in vers. Aeneid. 1.

Corpera fundat humi, & numerum cum navibus æquet. cacephaton est in sermone, ait. nam post syllabam rum, sequitur cum: sic hoc loco τῶν rum subnectitur τὸ con. Est autem cacephaton, quum in structura vocum sequens ejusdem soni ab ea syllaba incipit, in quam proximè antecedens desierat, ut Dorica castra, & Glauca canentia. Fab. Quintil. libro 8. cap. 3. vocat κεφάλαιον, & definit aliter, sed parùm enodatè.

Barbarus.] Hinc perspicimus ingenium omnium omnino hominum ita comparatum, ut cæteros putent præ se omni humanitate rerumque scientiâ spoliatos. Sic Judæi ceteros populos dicebant τὰ ἔθνη, gentes & peregrinos, & inter hos, Orientales vocabant populos trium aliorum cardinum barbaros, & hi vicissim illos simili contumeliâ nominis notabant, & inter se singuli singulos: præcipuè tamen Græci nomine Barbariæ inter reliquos totius orbis populos, quos a se discludebant, Persas & Medos intelligebant: vnde Thales apud Laertium dicitur Fortunæ gratias egisse, quod nec mulier, nec bellua, nec barbarus natus fuisset, sed Græcus: quod est hic contractum ad Phryges. Plato sub initium Politici in persona hospitis reprehendit hanc distribuendi rationem generis humani, ut alterum sit Hellenicum, alterum Barbaricum, atque illud constituerit unum genus a reliquis omnibus secretum: cæterorum autem hominum genera, quæ propè infinita sunt, moribus, institutis, ac sermone inter se differentia, Barbari nomine designarentur. Origo autem vocis Barbarus ducenda este lib. 14. Strabonis, ubi dicitur effecta κατ' ὄνομα τοποῖαν καὶ ἀντικειμένη τῷ Ἑλλήνι, ἀλλὰ διὰ βέλπον τὰ τῷ Γεωγράφῳ πολλὰ εἶπεν, ἐν ὁλίγοις, Barbarum opponi Græco sed certè præstat longam Geographi orationem paucis re-

ferri, quo modo Eustach. Iliad. 8. ad vers. κατὰ ἐγ.

Νάστις ἀν' ἑαυτῶν ἠγούσα βαρβαροφώνων

complexus est, ὅδ' Ἐυστάχιος παρασημασιεύεται, ὅτι ἐκ τούτων ἔθνων, μόνος τῶν Κάρων βαρβαροφώνος ὁ Πρωτῆς εἶπεν. ἀπολογῶν δ' αὐτὸς τὴν τοιαύτην κλίσην. λέγει δ' ὅτι τὸ βαρβαροφώνον παρὰ ἀρχαίους ἦν τὸ δυσσεφές καὶ σκληρὸς καὶ τραχὺς καλῶντων, ὡς καὶ τὸ βαταεῖεν καὶ τὸ τραυλίειν, τ' ἄρα τραχυομένων, ἐπὶ δὲ τὸν βαρβαροφώνον λέγουσιν. ἐπειδὴ καὶ ὄλλοι οἱ Κάρες ἐπιφανήθησαν τῷ Ἑλλάδι μὲν ἐπὶ τὰς ἀρχαίας καὶ ἠρωαίους, πικρόν μὲν ἐπ' αὐτοῖς, τὸ βαρβαροφώνον, καὶ βαρβαρίζειν ἐκείθεν ἐλέγαντο, τὸ οἷον καλεῖται, ἐπὶ δὲ τὸν κατεχρησάμεθα ἔθνη ὀνόματι, ἀντιδιαφέροντες βαρβαροφώνος Ἑλλήνας. Οὐχ' ἐπὶ διὰ τραχυομένων καὶ ἀρυσίαν φωνητικῶν ὀργάνων, ἀλλὰ κατὰ διαλέκτων ἀνομοίωτα, πρὸς τὸ ἐκ τῶν τῶν, Οὐκ εἰς οὐ μὴ λέγεσθαι βαρβαροφώνον διὰ τὸ μὴ Ἑλλήνας πρὸς εἰς ἀποκαρτίδου ἀντίπαλον ὄνομα: Geographus ille annotat e tot gentibus Græcia (qua ad bellum Trojanum fuerant profecta) Poeta solos Carus vocavit crassilinguos, reddens talem vocis rationem: quod initio sit enunciata de his, qui difficulter & agrè, duriter & asperè loquebantur, ut balbutire & blasè loqui. Asperè igitur loquentes dicuntur barbarè loqui. Quoniam autem Carus Vagarentur per totam Græciam, ere alieno merentes & ignoti, erat in ipsorum lingua quid pingue & asperum: vnde factum est verbum barbarissare, ac huic simile Carissare. Inde, ait, sumus abusi Ethnico & communi nomine, distinguentes ex opposito Barbaros a Græcis: non amplius propter pinguem & asperam oris pronuntiationem, & ineptum vocalium instrumentorum habitum, sed propter dissimilitudinem dialectorum & formularum loquendi: hoc autem non fuerat anti. Thucydides enim ait Barbaros non tum dici, quia Græci nondum in unum nomen adversum distincti fuerant ταῦτα δ' ἀνεκφώνια, istud autem linguæ vitium ad improbitatem morum sic translatum fuit, ut tam Græcè, quàm Latine τὸ barbarus sumtum sit postea pro ignaro, fero & inhumano, idque de persona, atque de re: ad quod videtur respexisse Scholiastes Aristoph. in Avib. ad vers.

Ἐγὼ γὰρ αὐτὸς βαρβαρὸς ὄντας παρ' ἐγὼ

Ἐδίδαξα τὴν φωνὴν, ἕλων πολλὰ χεῖρον.

Nam ego ipsis, quum prius essent imperiti loquendi,

Linguam formavi, diu familiaritate ipsorum usus.

Barbarus, ait, ἀπὸ τῆς ἀρῆς καὶ ἀνηκούσης ἀνθρώπων καὶ μὴ εἰδῶς αὐτὴν φωνῆν. Ita profectò D. Paullum 1. ad Corinth. cap. 14. v. 11. accepisse puto, εἰαν οὐ μὴ εἰδῶ τὴν διῶσαν τὴν φωνῆς, ἔσομαι τῷ λαλῶντι βαρβαροφώνος, καὶ ὁ λαλῶν, ὃ ἐμοὶ βαρβαροφώνος.

Antenor.] Quod ita Græcè interpreteris, Ἀντιώης νομίζε τὴν τῷ πολλῷ ἀποφωλῶ ἐκκοπήσθαι. Hoc autem Antenoris consiliū de reddenda Græcis Helenalegitur sub finem Iliad. n. ad hos versus:

Δδοτ' ἀγὰρ Ἀργείων Ἑλένην κλέματ' αἰμ' αὐτῆς

Δδομέν' Ἀπείσθηπν ἀχεν νῦν δὲ ὄκρια πρὶς

Ἐδοσμένοι μαρτυροῦμεν τῷ ἔνυπ κερδῶν ὑμῶν

Ἐλπομαι ἐκτελέσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὄδισ.

Agite Trojani Argivam Helenam, & quæ attulit bona,

Reddamus Attidis, ut revehant, nunc quidem perfidi

Pugnamus. Itaque nihil spero, quod nobis profuturum sit.

Perfectum iri: si non sequemur hoc meum consiliū.

Videtur Eustathius in hunc locum magis tribuere id consilij timiditati consulentis, quàm æquitati. Hic autem est sensus scholorum: Quum Antenor Trojanus

janus, & publicus hospes Graecorum, qui venerant repetitum Helenam, intellexisset ab illis, ut verisimile est, egregiam Ajacis fortitudinem adversus Hectorem, metuens inde universae civitati, justissimum dat hoc consilium suis civibus: quod Alexander, ut ab homine mentis male sanae profectum, repudiavit: nec desunt tamen, qui propter hospitium Legatorum (sicut canit Pindarus *id. E. αντισ. κωλ. ιδ. Γυθ.*)

—χορηγία τῶν
καλοχόρουμα ἔξοι
Τρώες Ἀντιποείδαι

—quam urbem Cynnaam habitant
Troes Antenoride armis
Gaudentes & Graecorum hospites.)

5 suspicentur de illius prodicione. Hoc Servius annotat in vers. Aeneid. 2. *instar montis*: alij dicunt portam quam illis aperuit Antenor, equam pictum habuisse, vel Antenoridis domum, &c. quam simulatione talis consilij quamlibet utilis callidè texit. Hujus meminit Ovid. 4. Fast.

Adjice Trojanum suaserem Antenora pacis.

Pracidere.] Pro hoc Plaut. occasionem belli opprimere. Gal. *Oster entierement l'occasion de la guerre.* Dicitur etiam detrahare materiam belli.

Quid Pars.] Nempe censet?

Ut saluus.] Hic arbitror Poetam voluisse consultiō Hellenismum Homeri exprimere, qui est in hemistichio versus quarti nunc primū citati, *ἢ α μὴ ῥέξο- μὲν ὄσθ.* ubi Scholiastes monet his verbis: *ἀντὶ τῆ, ἐὰν μὴ ῥέξομεν ἔτι τὸ σωδῆσθαι ὅτι γὰρ ἀντὶ σωδῆσθαι εἰληπταὶ ὡς περὶ καὶ πρὸς δὲ δὴ λῶσαι, pro, si non ista faciemus: convinctio enim est sumpta pro alia convinctioe, quemadmodum etiam prius declaratum est. Sic igitur interpretor, ut saluus regnet, pro, si saluus regnet, & beatus vivat Paris, dicit se non facillè passurum, ut Helena sibi vi eripiatur, & Graecis reddatur, quae sententia videtur anteposenda ei, quae τὸ (ut) interpretatur *τελικῶς.**

Nestor.] Quomodo Nestor jam trisecli senex (ut Nevius dicitur ab Agellio loquutus) auctor fuerit pacis, concordiae & compositionis inter Agamemnonē & Achillem libro α. Iliad. explicatur. Quod autem ejus suasio majorem auctoritatem haberet, & conciliandis fidem faceret, illic memoratur, quemadmodum olim summi clarissimique Principes, si qua fortè inter eos orta fuisset lis, rixa & controversia, hujus summam ad ipsius arbitrium & consilium referebant:

Καὶ μὲν μὲν βαλῶν ξυῖον, πειθοντο τε μύθῳ.

Ἄλλὰ πῶθε δὲ καὶ ὕμμευ, ἔπει πειθεδὸν ἄμενον,

Atque mea (inquit) consilia intellexerunt, & verbis paruerunt.

Vos quoque parete, quum magis utrique sit profuturum.

Μῆδεσὺ τὸν δ' ἀγαθὸς πρὸς ἑὸν ἀποαίρεο κέρω

Ἄλλ' ἔα ὡς οἱ πρῶτα δόσαν γέρας ἴες Ἀχαιῶν

Μῆδεσὺ Πηλεΐδῃ ἔθελ' ἐρίξῃ μεναι βασιλῆϊ.

Neque tu Agamemnonem non fiducia tuae potentiae ab hoc abripias puellam:

Sed sinas hunc sic praemio frui, ut initio Achivi illud dederant.

Tūque, o Achilles, noli concertare cum Rege vi contraria:

ita voluit vir sapientiā & aetate gravis hac compositione & Graeciae iuctum & aegritudinem abstergere, & exultantem Trojae laetitiam propter talem dissentionem comprimere.

Componere.] Sic Palæmon Virgilianus in compositione certaminis musici inter Dametam & Menalcam loquutus est:

Non: nostrum inter vos tantum componere lites.

ubi obiter te admoneo, Lector, de distinctione tali, qualem vides affixam. ut sententia requirit. Non, est *vestrum*, supple, sed nostrum decidere istam controversiam, sicut Ramus in praelectionibus annotavit, Servium sequutus. Idem autem sic interrupte exposuit, quod Palæmon videret certantes pastores occupare iudicis partes: alij tamen legunt, continuato sermone, quod Palæmon viibus ingenii parum confusus, recusaret arbitrium decisionis, ac munus de cantu meliori utriusque iudicandi: sed hic sensus mihi parum videtur convenire cum superiori instituto:

Incipe Dameta, tu deinde sequere Menalca.

Alternis dicitur: amant alterna Camoene.

15 Pro hac Phrafi dicitur etiam dirimere lites & controversias dijudicare. Atrides & Pelides sunt patronymica ab Atreo & Peleo patribus deflexa.

Hunc amor.] Agamemnon quidem flagrabat amore & irā: sed Achilles posteriore tantum perturbatione commovebatur.

Quidquid delirant.] Simplex hujus verbi est *lirare*, quod est *ἄεϋλακας ἐλαίνεν ὀρθὸς ἢ τοῖς ἀϋλαξίν ὑπόδῃς τὸν ἀ- γρὸν διακρίων. i. rectos ducere sulcos, aut agrum rectis di- scriminare sulcis.* Columella autem lib. 11. cap. 2. & 3. scribit *liram* idem esse, quod *portam*, id est, terram inter duos sulcos elatam *Liras* ait, *rustici vocant easdem port- cas: quum sic aratum est, ut inter duos Latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat.* Plinius quoque lib. 18. c. 20. sic docet, quid sit *lirare*, *a- ratione per transversam iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate vel rastro, & sato semine iterata.* Hoc quoque ubi consuetudo patitur, *crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes semina unde pri- mum, id est propria & nativa significatione appellata*

25 est deliratio. Hoc Graece dici potest, *ὁ πᾶν ἀπολησθῆναι οἰ βασιλῆς, πῆπτοντο δὲ Ἀχαιοί, ἔτι τῆ πικρομενῶν ἄξιοι, ὡς τῆ ἀ- δικημάτων ἐπιτοπλῶ μίτοχοι, si pœna digni, ut participis malefactorum magna ex parte fuerint.* Cur autē id fiat, lege scholia in *Ιλιαδ. α.* ubi disputatur initio, hęc quaestio *διὰ τὸ χρῆσθαι κατὰ Ἀγαμέμνονος ἡνέχτο τῶ ὑείσασθαι αὐ- τόν, ἀλλ' ἀκατὰ πάντων τῶ Ἑλλήνων.*

Phœniamur.] De hac pœna, quam populus luit alieni peccati, vide enarrationem Od. 6. l. 2. Hoc autem verbum videtur factum e Graeco *πῆπτα*, percutio, unde *πῆ- γη*, plaga & ictus, & accommodari saepe ad offensiones & clades, quae in praelio accipiuntur, quales hic memorantur, ut e lib. Thucydiden *πολλὰς τὰς πρὶν μάχαις κεπλη- γμηνοί: qui in multis ante praелиs clade contraxerant: qui π- νοῖετ' ἐστὲν battus & defaictus en plusieurs rencontres.* Hic versus est interpretatio hujus apud Hesiod. in Operibus & diebus:

Ὅφρ' ἀποπῆσθαι δὴμ. ὁ ἀτὰρ δολίης βασιλῆων.

Ue populus tu ut pœnas ob scelera arguam.

Seditione.] *Ἀμαρτάνεται ἀμφοτέρωθεν καὶ τῶ τὰς εἰσῆσι καὶ διαγορεῖς ποιεῖσθαι, ἢ διγορεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους καὶ τῶ τῆς δό- λου ῥάπτεω πρὸς ἀλλήλους.* Hanc autem seditionem Cicero *περὶ ῥοσσιῶν* dicit in Orat. pro Sestio *popularem concita- tionem, & discordiam induxerunt.* Gallice. *Us firent mu- tiner le camp.* Ulysses dolum malum & fraudem con- finxit in Palamedem, qui per calumniam falsae pro- ditionis lapidibus a Graecis obrutus est. Scelera quoque in Deos, & in ipsorum Sacerdotes, & templa non se- mel commissa, vei um etiam alijs alia cumulata.

Dolu.] Ratio hujus vocis repetenda est e notis Gram in Oden 10 lib 1

65 scelere. [Ratio hujus vocis videtur petenda ab hac Graeca *χέτλι*, unde inclinari quibusdam putatur quae *ὄδωσ. ἰῶτα* tribuitur Polyphemo vers. 351.

Σχέτις, πῶς αὖτις, &c. & ibi sic ἐτυμολογῆται ab Eustathio: ὡς ἢ ἐχέτην τε καὶ ὀχέτην ὡς τῶν αὐτῶν ῥημάτων σύγκληται, ὅμοιως διαφόρᾳ εἰσιν, ἐχέτην μὲν γὰρ, ἢς ἐχέται τις πλημόνος ὀχέτην δὲ, ὃν ἐχέτω ὀχέται καὶ τλήω. id est, quamquam haec duae voces ex ἴσδῃ verbis conjunguntur, inter se tamen differunt: prior enim dicitur Latine striga, cui ante ac misere quis detinetur affixus: posterior sonat eum quem oporteret improbis laboribus ac miseriis exerceri ὠμόν, πικρόν, θνητόν, ἀγνώμονα, & saepius vsurpatur in crudelibus factis & personis. Alij malunt τὰ scelus & scelestus παρὰ γὰρ τὸ σπείλειδαι, τὸ ξειροβιδαι, ex eo, qd' dignum sit exsiccatione. ὡς σκελετὸν σώμα, ut cadaver aridum, & projectiū: quod Germani οὐμαντικωτάτος linguā expriment sua Schelme: de quo amice monuit me Joannes Obsopæus juvenis peruditus, ac pius. Damnosā præterea libidine Paris notatus est, ut in Dialecticis dictum est, & eodem vitio Agamemnon etiam laboravit, & implacabili irā, quā non minū confragavit Achilles. Ita utrosque & oppugnantes & propugnantes communiter improbitatis & infelicitatis convicit. πὸ (rursus) videtur hic ordini servire, ut primū exempla Iliadis apposuerit, deinde Odyssæ.

Exemplar Ulyssæ.] Hujus vocis etymum, sicut Achilles habes in Gram. Od. 6. lib. 1. Hęc Græci dicunt ἀρχέτυπον, ἢ πρωτότυπον, ἢ ἀπὸ γράφων. Et totam phrasim per ἐκφέρειν χεῖρισμον δείγμα, καὶ σημείον ἀρετῆς, ἢ δὲ ναὶ ἀπόδειξις, edere & præbere exemplum. Ita loquitur Cicero pro Muren. Est illud quidē exemplum tibi propositum domi, sed tamen natura similitudo illius ad te magis, qui ex illo ortus es, quā ad unumquēmq; nostrum pervenire potuit. Ad imitandum vero tam mihi propositum exemplar illud est, quā tibi. Potest hic observari discrimen utriusque vocis a Grammaticis notatum, & certē perexiguū est. In Odyssæa autem exemplar vitæ & morū magis exprimi videtur, quā in Iliade: vel Eustathii iudicio in proœmio illius, ἠθικωτέρα δὲ τῆς Iliadὸς κατὰ τὴν παλαιὰν ἀλήθειαν, ἢ Ὀδυσσεῖα: Accommodatior est ad conformationem morū Odyssæa, quā ipsa Iliad, ex vero antiquorum testimonio: cuius rationem inde repetē, vndē vetus Orator Alcidas Odyssæam vocavit præclarum humanæ vitæ speculum, καλὸν ἀνθρώπων βίην καὶ τὸ πῆρον, ut exemplar sapientiæ ipsum Ulyssæ.

Domitor Trojæ. Non videtur planē exprimere τὴν ἐπινομίαν αὐτῶ. διὰ τὴν ἰδίαν πείρον πολέμοιο ἐπινομάσει. Quia propter excidium Ily sic fuit cognominatus. ut apparat ex Odyssæa l. 1. v. 2. tale cognomen Senec. scribit epist. 9. Demetrioj impositum fuisse, cui, ait cognomen ab exito virbium πολιορκίης fuit. Ratio autem expugnationis ex Homero talis est: οἷσι ἦλα βουλῆ πόλις Πελαμοιο. Tuo consilio capta est urbs Priami. αὐτὸς γὰρ εἶλε τὴν Τροίαν διὰ τὸ Δάρεος ἠππομυχανῆς. Ipse enim cepit Trojam machinā equi lignei.

Multorum providus.] Sic Cicero libro 2. de Divinatione dicit, *Mens futurarum rerum provida*: id est, gnara, solers, cauta, sagax. Est quidem certē interpretatio epitheti Homerici πολυπρόπτος, quod non eum sonat, ὡς ἄλλο μὲν κεύθει ἐν φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζει, qui aliud mente occultat, aliud loquitur, ut rectē monet Eustath. vel, ὡς μεταβάλλεται πρὸς πολλὰ ἦθη, ὡς ἀντικρυς Εὐείπτος ἠχμαλλέων τὸ ἦθος, οἷον κακίει Ποιπῆς. Qui mutat se in multos habitus, ut fœctum Euripus, aut bestia chameleon, qualem Poeta indicat improbum. Hac autem voce (πρόπτος) non illὰ ἦθος, utitur Homerus. Πολυπρόπτος αὖ, inquit Scholiastes, ὁ διὰ πολλῶν ἐμπειρίαν πολιορκῶν, ἀσπίδιόρων, πολλὰς ἀσπίδας βολιδμάτων πρόπτοι, πολλαμυχανῶν τὸ ἔσθ, παντοίους δόλοισ κεκοσμημένῶ, πολυβου-

λῶ, δύναντος, πολυμήτης, ἐπιχειρηματικός, πολυβίος. Polytropus est, qui per experientiam, multa & varia sapit, multas vias & rationes consiliorum tenet solers: id est, variis dolis instructus, & industrius ad machinandum, mergendum multa consilio abundans, solers in omnibus egrediendis. Præterea hæc, vrbes & mores hominum inspicit, sunt interpretationes v. 3. a. Ὀδυσσεῖας Πόλλων ἀνθρώπων ἰδὼν ἄστα καὶ νόον ἔγρα.

Multorum hominum vidit vrbes & mores novit. sicut hæc etiam: *Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa Pertulit.* interpretantur 4. & 5. vers.

Πόλλὰ δ' ὄγ' ἐν πόντῳ πάθειν ἄλγῃ, ὃν κατὰ θυμὸν ἄρνυμαι ὅτ' ἦν τε θυμῶν, καὶ νοσῶν ἐπιτρον. Ille multos dolores in mari jaectatus tulit animo suo, Redimens permutatione vitam sibi & sociis reditum in patriam.

de hoc verbo ἀρνύμαι sic Eustath. Ἐστὶ κείως τὸ ἀρνύσαι, τὸ ἀρεὰ δίδόντα, ὡς ἐν καταλλὰς ἢ ἀντικελεύων τὴν ἔτερον χεῖρισμον, κατὰ χεῖρισκῶς δ, καὶ τὸ ἀπὸ ὧς ἀπικαταλάσσειδαι, ὡς πέρ δὲ ἀπὸ τῶν ἀρνῶν τὸ ἀρνύσαι εἰληπαί. ἔτω καὶ ἀπὸ τῶν ἑσπὸ τοῖς ζώοις πάλων, εἰρηται τὸ πωλεῖν. ἀρῆσαι δὲ πα καὶ ἀπὸ τῶν ὄνων κατὰ ἐκλασιν τὸ ἀρῆσαι πωλεῖν, id est: propria autem notio verbi ἀρνύσαι est, quum, velut permutatione, aliquid aliud (ut pretium) accipitur pro dato agno: sed sine proprio vsu & delectu, quum quid vis rependitur & compensatur. Quemadmodum autem τὸ ἀρνύσαι sumtum est ab agnis, sic etiam τὸ πωλεῖν ab equinis pullis dictum est: quibus etiam placet τὸ ἀρῆσαι deflekti ab asinis, primāliterā productū. Hujusmodi permutationibus fuit olim locus ante numisma repertum: sed hunc mihi locum Ant. Muretus subindicavit. Verbum autem parat est emtionis, ut alibi annotatum fuit.

Immersibilis.] Hoc epithetum, quod valet, qui non potest mergi, quamvis speciem præ se ferat notationis ab immerso, as, cujus simplex fuit propriè sumtum Od. 4. lib. 4.

Mersa profundo, pulchrior evenit. non tamen inde flectitur: quia si hinc ortum esse diceremus, a sensu Poetæ recederemus, in contrarium affirmantes Ulyssæ posse immergi & obrui, mole rerum adversarum, tanquam diceret ἔμβαπτικόν, quum contrā intelligendum sit, eum nullā rerum adversarum asperitate unquam debilitatum & fractum, nullā negotiorum tempestate obrutum & submersum, ἀδύπητον denique. Itaque (in) hac in voce eandem vim habet, quā ἀσπρητικόν in Græcis conjunctis, licet mersabilis simplex vel invsatum sit. Videtur autem Horatius alludere ad parabola Pindari Γυθ. ἐδδ. 6.

ἀβα-
ἠῖσός εἰμι φελλός εἰς
ῥωρῆς ἔρητο ἄλμας.
Immer-
sabilis ego sum, ut suber-
natans super dorsum, vel murum maris.

Quod Scholiastes clariùs sic enunciat: ὡς ἀδύπητος ἔστιν ὁ φελλός καὶ ἐπιπλήσει ῥωρῆτι καὶ θαλάσσης ἐπιάνειαι οὐσί. ἔτω καὶ ὡς τὰς τῶν ἄλλων κρητοῖας ἀδύπητος εἶμι. Ut suber non potest demergi, & superficiei maris supernat, sic ego Pindarus calumniis invidorum apud Heronem neque obrui. Sic προπῖως Chirurgi vocant ἀδύπητον τῶν πάλων τῆς τῆρας immerabilem: quia non potest aliùs descendere in cranium, vel in cavitatem ipsi subiectam circulo quodam super mucronē terebræ exstante, vel altiorē rempius descensum retinente ne lædere possit meningas

mingas: vel ad oraculum Sibyllæ de Athenis, cuius meminit Plutarchus in Theſeo: Ἀσὸς βασιλῆος, αὐτῶν δὲ τοῖς ἐθεμῖς ἀσι. quod ita Interpres Gallus vertit:

Le cuir enflé flotte bien sur la mer,
Mais il ne peut au dedans abîmor.

sic passim βασιλῆος καὶ μεταβατικῶς καὶ παθητικῶς invenitur translatum, de homine valdè obætrato dicimus βασιλισμένον τοῖς ἀρελάμασι, immersum ære alieno, de temulento βασιλισμένον οἴνω, madidum vino, sic Latinum immergo in conluetudinem & voluptates.

Sirenum.] Di Sirenibus dictum est abundè in Gram. Sat. 3. lib. 2.

Circe.] Genus Circes ita describitur ab Hesiodo sub finem Theogoniae:

Ἡελίω δὲ ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ Ὀκεανίη
Περσηῖς Κίρκη τε καὶ Αἰήτιω βασιλῆα.

Soli vero indefesso peperit inclita Oceanina
Perseis, & Circe & Aetem regem Colchorum.

Subjicit Poeta ex Aëte & Idyia Medeam proceatam fuisse. Vires autem Circeæ potionis ex eo apparent maximè, quod Simetha εἰδυλ. β. Theocriti precatur Hecaten, ut venena, quæ parabat Delphidi pariter æqualitèrque responderent venenis harum triumpharum & veneficarum:

Χαῖρ' Ἐκάτα διασπῆτε, καὶ ἐς τέλει ἄμμιν ὀπίδει
Φάρμακα ταῦτ' ἐρδοῖσιν χεράσιν, μὴτε πὶ Κίρκης
Μήτε πὶ Μηδίας, μήτε ξανθῆς Γεεμίδας.

Salve Hecate terribilis, & nobis ad extremum comes esto.

Hæc venena reddens nihilo deteriora, quàm illa 30
Circes,

Nec Medæ, nec flavæ Perimedæ.

Talia pharmaca Ulysses subterfugit, ac devitavit, consilium sequutus Mercurij, ut est Ὀδυσ. η. qui illum docuit præsumere antipharmacum & antidotum ex moly herba. Meminit præterèa Virg. vim talis potionis post citatum modò Homeri locum Aen. 7. Verùm Xenophon veritatem hujus fabulæ libro 2.

Ἀπομυ. hoc modo interpretatur, ut de edacitate, & crapula quorundam intelligat, qui se epulis & im-

modicis poculis ita ingurgitant, immundissimi & spurcissimi sues fiant: atque hinc canes libidinosissimi, & intemperantissimi. Similis est interpretatio Dionis Chrysostomi in Oratione inscripta, Diogenes, sive de virtute, ubi nomine Circes intelligit voluptatem omnium malorum escam. Præterèa Cicero 3. de Nat. Deor. describit genus Circes convenienter descriptioni supertori Hesiodi, sed addit eam veneficio sustulisse maritum suum Regem Sarmatarum, & imperio expulsam venisse in promontorium Latij de suo nomine Circeium, variarum ferarum feracissimum. Huic tamen Virg. Eclog. 8. tribuit non veneficium ex herbis, sed incantationem:

Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis.

Et certè Circe fuit scortum flagitiosæ ac perditæ libidinis, cuius illecebris homines capti, nihil postèa mente agitare, nihil ratione scrutari, nihil denique cogitatione consequi possunt: quippe in his omnem mentis lumen exstinguatur: quod contigit socijs Ulyssis, qui Sirenum cantus non præterierunt, ceratis remigibus: id est, qui suos sensus voluptatibus patefecerunt: quos hinc ipse occlusit, & ita devitavit ratione his perturbationib. semper imperante.

Stultus cupidusque.] Ἀντισεία est, pro stultè & cupidè, vel more stulti & cupidi. Serv. in vers. Aen. 1. navibus infandum amissis, &c. annotat, pro infandè. Figura hæc, in qua nomen pro adverbio ponitur, poetica est: Oratores non utuntur, ubi proferuntur alia

exempla. Possent etiam admirationem Græcorum explicari, qui hoc efferunt per participium ut dictum est Epistolâ 1. ad verba, contemnas luppis, ἀσύνετος καὶ ἐπιθυμητικὸς ὄν, si stultus & cupidus fuisset, & pocula Circeæ bibisset, vel denique stultè cupidus. In Ulyssæ ac ipsius socijs periculum fit illius Thucydidei, ἀμαθία μὲν θρόσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει τοῖς ἄλλοις. imprudentia temeritatem & audaciam, ratio & consilium ignaviam & timorem affert alijs. lib. 2.

10 Sub domina.] Dominationem meretricis eleganter Cicero depingit Paradoxo quinto, ac primum servitutem ad eam, tanquam ad libertatem mutuâ affectione relata: Si servitus est obedientia fracti & abjecti, & arbitrio carentis suo, quis neget omnes leves, omnes cupidos, omnes denique improbos esse servos? An ille mihi liber videatur, cui mulier imperat, cui leges imponit, præscribit, jubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti negare potest, nihil audet: poscit, dandum est: ejicit, abeundum: minatur, exti nescendum. Ego verò istum non

20 modo servum, sed nequissimum servum, etiam si ex amplissima familia natus sit, puto. Simili servitute Perſius Satyrâ 5. exagitat Marcum Damam:
— si tutus & in jecore agro
Nascantur domini, quid tu impunitior exis,
Atque hic, quem ad strigiles scutica, & metus egit
herilis.

— si tutus & in jecore agro

25 Nascantur domini, quid tu impunitior exis,
Atque hic, quem ad strigiles scutica, & metus egit
herilis.

cujusmodi dominatio mulieris venalis notata est Sat. 7. lib. 2. ad hunc locum:

Poscit te mulier, vexat foribusque repulsam
Perfundit gelida: rursus vocat, eripe turpi
Colla jugo liber. Liber sum, dic age, &c.

Huc non me pigebit proferre quod Servius in ver. Æneid. supra notatum sub initium, induerat Circe in vultus ac, &c. Circe autem idèd Solis fingitur filia, quia clarissima fuit meretrix, & nihil Sole clarius. Hæc autem libidine suâ & blanditijs homines in ferinam vitam ab humana deducebat, ut libidini & voluptatibus operam darent: vnde fabulæ datus est locus, & nostri Poetæ hic versus citatur:

Sub domina meretrice fuisset turpis & excors

Excors.] De hac voce dictum est Satyr. 2. lib. 2.

Amicus luto.] Idèd Epist. 2. lib. 2. dicitur, lutulentus fuit, & a Plutarcho in præceptis de Sanitate: οὗς ὑπὸ φορτῶν μαρνανῶσαι, sus colluvione insaniens & impense gaudens, quî cum D. Petrus Epist. 2. cap. 2. vers. 22. c. comparat eos, qui post agnitam justitiæ viam redeunt ad pristinam vitæ spurcitiã, ut canis ad suum ipsius vomitum, & sus lota ad cœni volubrum: ubi Apostolus vititur voce βορβόρος, quam Galli per quandam nominis affinitatem bourbier satis commode vertunt, quanquam Græci βορβόρον κνέας ἐτυμολογοῦσι, καὶ διορίζουσι τὴν ἐκ τῆ βορβόρου, definiunt stercus e pabulo brutorum & cibo hominum, quem vocant illi τὴν βορβόν.

55 Nos numeri.] Idem valet quod Græcum ἐτώσιον ἀχθὸ ἀρέσιν, nos sumus inut le pondus terre. Idem, quod μηδὲν ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἀριθμῶ εἶναι, id est, μηδὲν ἔχει λόγον ἀξίον, nullo in numero haberi, nullâ ratione dignum. nihil denique hominem esse, & ad quidvis ineptum, (quam

60 lem Cicero appellat quandam Bambalionem nullo numero hominum, quo nihil erat contemptius, Philip. 2.) postrema autem interpretatio alludit ad e-tymum & rationem vocis Græcæ, ἀριθμὸς, dictæ quasi ἀριθμὸς, ut amicitia sit apta voluntatum, con-
65 censio παρὰ τὸ ἀρεῖν τὸ ῥυθμίζειν, aptare & congruenter res inter se coagmentare, ac velut numeros cum numeris componere: ad quam conjunctionem planè est ineptus, qui nullo est in numero: sed est numerus

Solum ad nihil aliud accommodatus, nisi ad aliorum numerum perficiendum, nec valet quicquam per se sine rei cuiusdam ad iunctione. Ita vsurpatur αειμῶς in

verba Aristoph. actus 4. sc. 3. sublinem. Στεφ. Εὐγ. ὡ κακοδαίμονες, ἢ καὶ αὐτὸ ἀβέλτερος, Ημετέρα κέρδη τῶν σοφῶν, ὄντες λίδες, Δειδῶς, πρέβεται ἄλλως, ἀμφορεῖς νερασμένοι. I. O vos miseri! quid ignavi desideratis. Nos nostram rem facimus, qui recte facimus: at Vos estis caudices, lapides, numerus, ovis. Vos amphore vino explete. i. euacuate.

& in Heraclide Euripidis qualem Hom de scribit Irum Ὀδυσ. Σ. initiō:

— μετὰ δ' ἐπαρπε γαστέρι μ' ἄρρη Ἀγχῆς παρμένει καὶ πένθει. ἔδδ' οἱ λῆϊς, Οὐδὲ βῆι. εἰδ' ὅθ' ἴμαλα μέγας λῆ ἔρεσάδαι.

Irus insatiabili cupiditate comedendi & bibendi excellēbat, cui vis pernotius, (quod est Eustathio αείνωσι) neque vis ulla, nec robur ei aderat: staturā autem & habitus valde magnus erat ad aspectum. ad quod Interpres addit, 2 ο εἰρηνητικός, τὰ δὲ ἄλλα ἀρχαῖα, cetera inutilis erat, ut hęc Alcinoi iuventus. Nati autem consumere Ἐλλυπῶς dicitur, pro quo Latinus Orator diceret, ad fruges consumendas nati: sic enim Græci, πειρηκότες καταφαγεῖν καὶ καταλίσκων τὸς τ' ἡὲς κέρπες Vt Demosth. Olynth. ἀναλίσκων τὰς 2 γῆματ'α sicut Ifoerat ad Philip. scribit, πάντες πένθει φυνεμεν ἔξαμαρτάνειν, ἢ καταρθεῖν, ita sumus omnes naturā comparati, ut plura soleamus male, quā bene facere. Dicitur etiam περικῶς πρὸς ἀετῶν. Sed de varia syntaxi vocis (natus) dictum est in Gramm. Od. 27. l. 1. & fanē 3 ο hoc genus hominum a fororum & nepotum recte compararetur cum fūco Virgiliano, qui mellificium consumet 4. Georg.

Immuniſque sedens aliena ad pabula fucus. contrā Cic. scribit Epist. 13 ad Brut. ipsum Reipublicæ ijuvande ac tuende genitum, non ad voluptates natum perfrueudas: Quare omni studio a te, mi Brute, contendō, ut Ciceronem meum ne dimittas, tecumque adducas: quod ipsum, si Rempublicam, cui susceptus es respicias, tibi jamque faciendum est.

Sponsi.] Hic ellipsis est particule similitum, ut, vel, tanquam Sponsi Penelopes, qualis fuit Epodis 17. Et Esquilini Pontifex venefici.

Hęc vox non satis videtur τὸ μνηστῆς Homericum verbum exprimerē, nisi κατὰ ἔθνος quod παρὰ τὸ μνηστῆς, 4 5 quod est alicujus conjugium affectare, & quod proprie significat procius. Sponsus autem est Agellio libro quarto, capite quarto, qui sponderat ducturam puellam, quæ promissa in matrimonium appellabatur sponsa. Cautum enim fuerat lege, ne quis uxorem duceret, priusquam a iquis sive pater, sive tutor, sive quisvis alius, si filia esset sui juris eam ipsi despondisset: cuius exemplum habes lib. Dionis 58. de Lolvia Paulina & ipsius viro Memmio Regulo, & in Aulularia Plauti: quibus assentiuntur Iuriscōns. in l. 1. 2. & 3. d. de Sponsal. 5 5 vnde facile animadvertas Donati notas in Andr. act. 1. scen. 1. Item Heaut. act. 4. Sc. 5. & 4. Sc. 7. & illas Servij in lib. 10. Aeneid. non satis veras esse: quæ firmissimè asseverant sponsum non spondere, sed a patre desponderi. Plura lege in observat. Hotomani de veteri ritu nuptiarum. Utrum huiusmodi contractus stipulationū & sponſionū inter Penelopen & procos inter venerit planè ignoro: neque viri est simile a tot viris stipulatūm fuisse, atque sponſum. Græci fortassè dicerent τὸν μνηστῆρα, ut sponsa, τὴν μνηστῆρα, jam nuptam. Sed de prociis Penelopes vide Odyss. a. Poeta hic vitur genitivis Circe & Penelope, tanquam a rectis Circe & Penelopa. Hi tamē possūt declinari a rectis in e, Circe, Penelope: sic Catul-

lus ad Ortalum usus est nomine sponsu, pro prociis. Ut missum sponsi furtivo munere malum Procurret casto virginis e gremio.

Alcinoique.] Alcinoūs fuit filius Nausithei, & Rex Phæacum, qui Corcyram insulam inter Epirum & Calabriam tenuit, ad quem Ullises naufragio illic facto ereptus se recepit. & ab eodem præter cætera intellexit luxum & mores Phæacum ut est Ὀδυσ. θ. sic igitur Alcinoūs Ulyſſi.

1 ο Οὐ γὰρ πύγμα χεῖ εἰ μὲν ἀμύμων, ἔδδ' ἑαλαίταις Ἄλλ' ἀποσι κραί πρῶς θεῶν, καὶ ἴπυσιν ἀεῖσι, Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίτε φίλην κίθαρίον χέροτε Εἴματα τ' ἔξῆμοια, λῶττα τε θυρια, καὶ ἰούα. Non quidem certè pugiles sumus irreprehensi, nec paleſtrite

1 ἰ Gallice, Οὐ ἢ ni ait que redire. Sed pernitate pedum valemus, & nauticam paleſtre tenemus. Semper nobis sunt cordi convivium, & cithara, & chori, Vestes permuatoria, balnea calida, lecti.

ideoque Athen. lib. 1. τὸν ἐκείνων βίον καλεῖ τὸν ἀπολαυστικὸν καὶ τὸν φιλοδονῶν, vitam illorum voluptariam vocat. In Alcinoō iuventus, repetendum est a communi, nos sumus iuventus Alcinoi: id est, similes juvenibus Phæacum, qui parebant Alcinoō nimis indulgentes suo genio & corporis voluptatibus, tam domi, quā in hortis amœnissimis, de quibus Virg. 2. Georg.

Pomaque & Alcinoi sylvæ &c. — & Plinius libro 19. capite 4. Antiquitas nihil prius mirata est, Hesperidum hortos, ac Regum Adonis & Alcinoi.

In cute cur ad a.] Pro hoc dixit Satyr. 5. lib. 2. pelliculam curare: quod equidem posse puto explicari verbo Græco δουρξίδου, Gal. faire grande chere. Sed de Phæacibus lege Ὀδυσ. η. & θ. Hic operari non est rem sacram, sed opus, facere, & in re aliqua elaborare. quemadmodum prius vsurpavit, Lucretius lib. 4. ultra d. midium, Usque adeo magni refert studium, atq. voluntas, Et quibus in rebus consuevit esse operati.

4 ο Non homines solum, sed verò animalia cuncta quod imitatus est Seneca lib. de brevitate vitæ cap. 12. quid illi, qui in componendis, audiendis, discendis canticis operati sunt? id est viroque, ut hic occupati & versati sunt? Pro, in mediis dormire dies Cicero dicit per ad, libro 1. de Divinatione, ad lucem dormire. pro quo etiam dicit Epistolā 18. dormi & in lucem, quod est minus, quam in meridiem dormire & Philippicā 2. ad vespertam perpotare. quod accedit sape τὸ usque. Ibi volo esse usque ad pridie Calendas Martias. Sed exemplum Poetæ videtur imitatio Græcorum, qui dicunt, εἰς πολὺν χρόνον καθύδου, ad multum usque tempus dormire: vel μήχρη πρὸς τὸ τ' ἡμέρας μέσον καθύδου, usque ad medium diem dormire hanc autem alti somni ac longioris soporis descriptionem hi versus Ὀδυσ. ἦτα sub finem complectuntur de somno Ulyſſis in arbutis post procellam navigationem dormientis.

Ἐνθα, μὲν ἐν φύλλοισι φίλον τετμημένος ἦτορ, Ἐὐδον πανόχου καὶ μέσον ἡμῶν. 1. Hic quidem in folijs charo afflicta tuis corde Dormivi totam noctem, etiam usq. ad auroram & meridiem.

Dicam obiter, quod Scholiastes hic adnotavit ad verba ἐν φύλλοισι καὶ φίλον ὅτι παρηχείν δοκεῖ. i. quod similiter hec sibi videntur assonare per paronomasiam: quam quidem opinionem Philopappus, sive apologeticum pro Germana lingæ Græcæ pronunciatione pag. 76. e typio. Leonharosté. Basileæ 1563 refutavit. nulla enim est sibi similitudo in ὀψιλό & ἰώα. Legitur illud per u Gallicū & hoc verò ἰωά pronun-

pronuntiatis, neque in diphthongo oi & o simplici, altera est ibidem annotatio ejusdem interpretis, *ἡμεῖς τὴν ἡμέραν ἐπέμενον, ὡς καὶ ἀλλὰ ἕτεροι, ἢ γούνης παρῶν, μεσημέριον καὶ δείλιον. i. tripartitō diem secuit, ut alias, in diluculum, meridiem, & crepusculum, sive vespertum. Duce-re curas cessatum, est illas eximere & abigere, ut ipse a libi loquitur, & illas sopire & dormitum dimittere, quomodo Græci dicunt, κοιμησάμεθα κοιμησάμεθα δειλίως, so-pire & sedare dolores sonitu catharæ.*

Latrones. De ratione hujus vocis & fur, hisque re-spondentium Græcarum, revise Grammatica Satyr. 3. lib. 1. ad vers.

Ne quis fur esset, nec latro, &c.
De nocte. Ita Terentius delignat tempus, Adel-phis Act. 5. Sc. 9.

apparare de die convivium.
hic tamen Donatus explicat, repente, neque præ-dictum ante, nec pridie constitutum. Gallice *tout a l'heure & sur la champs.* aliter, de medio potare diei. Gal-lice, *des midi.* In 1. Georg. vers.

Multa adeo melius gelidâ se nocte dedere.
Servius annotat Virgilium præpositionem subticuif-se: *nocte*, inquit, *nomen est adeo ut & Horatius junxe-rit præpositionem, Ut jugulent homines de nocte.* nam τὸ *nocte*, adverbium noctu facit, sicut τὸ *die*, diu: Sal-lustius, *Diu noctūque laborare, festinare.* Id Græci ef-ferunt, ἐκ νυκτὸς καὶ διὰ νυκτὸς, καὶ ἀνὰ πᾶσαν νύκτα, pro eodem atque Plaut, in Rud. *de nocte multa exsurre-xi.* Plato Πολιτ. 1. 1. ἀλλὰ σκοπεῖν διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, aliud versabant animo die ac nocte. Sed in his locis, de medio potare die, Sat. 8. lib. 2. & de media nocte missus equitatus, Comment. Cæs. præpositio designat po-tius spacium temporis: Gallice, *des le midi, & des la minuit*, quam terminum ejusdem.

Expergisceris. Hoc verbum dicitur a porrectione membrorum e somno suscitatorum, quæ prius modice contracta inter somnum jacebant: qualem certe situm placida quies requirit inter contractionem & distensionem eorundem, ut Medici docent: tum enim spiritus, qui inter illam quietem erant velut in centrum corporis recepti, distendere solent membra permeando: quam quidem porrectionem Festus appellat correctionem membrorum, quæ inter cuba-tum prava & curva, potest excitata diriguntur.

S; noles. Hic exple, expergisci ad te servandum Hoc autem, *sanus*, Græci reddunt per participium, ὑγιάνων, ἢ δρωσών, dum valet & integer es

Hydropici. De hydropisi dictum est Ode secundâ libri secundi.

Ni posses. Hoc valet, etsi non posses, etsi non intendes, &c. id est, si non repetes e libris Philo-sophorum medicinam vitiorum jam inde vsque ab ipsorum origine, incides in affectus exitiosos. Pro, intendes a-nimum in res honestas, Terentius, *Appelles & ad-jungas illum ad studium rerum honestarum.*

Si quid est. I. si quid ex cruciat tuum animum & depascitur, & erodit, tanquam ἐλεῖ καὶ κατακείδεται, ulcus ser-pens similiter cancro membrum aliquod corporis. Hic τὸ *est*, deflectitur ab edo. edit. Sic Homerus loquitur Iliad. 2. Ὁν θυμὸν καὶ τείδων, πατορ ἀνδρῶπων ἀλείων.

& similiter Cicero reddidit:
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

item Aristoph. in Vesp.
Μηδὶ ἔτω σαιτὸν ἔστῃ, μηδὶ ἀνανάλει.
Ne te exedas, neve angas dolore

& Catullus pro hoc canit Epigramma Cæcilium arcē-scens:

— ex eo misella
Ignes, interiorum edunt medullam;

Virgilius item *Æneid. 4.*
— est mollis flamma medullas.

Ex his perspicis, hanc phrasin a principibus Græci & Latini sermonis affectatam.

Dimidium. Hoc consilium sumtum est ex initio operum & dierum Hesiodi, ubi Poeta suadet fra-tri suo Persæ ut ommissis litibus, in quibus perse-quendis rem familiarem contumebat, totum se de-dat operi faciundo, & præsertim agricultoræ stu-dio: quia summa in omni re incipiendâ difficultas quidem habetur, sed qui illam semel exforbuit & rem est bene aggressus, dicitur, dimidi m i lius con-sequutus. Itaque graviter Reges, id est, Judices illius ætatis perstringit, dum illos appellat δωροδότης μνηστῆ-res & ἑλλήνοες μνηστῆρες, quæ a litigantibus ipsis fe-runtur: ita scribit:

Νήπιος ἐδὲ ἴσασιν, ὅσον πλεονήμιον πάντῳ,
Ὀδὲ ὅσον ἐν μαλακῇ τε καὶ ἀσφοδέλω μετ' ὄνειρα.
Stulti nesciunt, quanto dimidium sit plus toto,
Neque quam magna capiatur ut litase malva &
hastula regia herba.

& certe tres versus sequentes mihi videntur paræmi-am interpretari.

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι,
Ῥηϊδίως γὰρ μὲν καὶ ἐπ' ἡμᾶτε ἐργάσασθε,
Ὡδὲ σὲ καὶ ἐν αὐτῷ ἔχων, καὶ ἀεργὸν ἐόντα.
Du enim occultum habent hominibus vitulum,
Si alioqui tamen nullâ contentione unum diem
opus feceris,
Sic te in annum sustentens, etiamsi nihil agas po-
stetâ.

Celebrârunt hanc sententiam non so lum principes Philosophorum. Crates in Laertio λέγει, τὸ τε εὖ ἀρχεῖν καὶ μικρὸν μὴ εἶναι, παρὰ μικρὸν δὲ. i. dicebat bene *incipere par-vum non esse, sed max. mu.* Plato libro 6. de Legib. ἀρχὴ γὰρ λέγεται, πλεονήμιον πάντῳ εἶναι. Idem 2. verbapo-stremi loci sūt in fine 7. cap. Ποικίλον πλεονήμιον τὸ ἡμῶν ἴσται-τος εἶναι ἢ ἀρχὴ καὶ πολλὰ ἐμφανῆ ἵνεκα δι' αὐτῆς τῶν ζητημένων. i. videtur igitur principium plus, quam dimidium esse totius, ac multa fieri aperta claraque vi ejusdem princi-pij, de quibus antea magna dubitatio erat. Hic autem consilium Aristotelis est investigare definitionem felici-tati, ad quam melius exactiusque invenierdam in-gressus est in questionem de principijs, & modis, qui-bus ea intelliguntur, acute indicavit. Illis enim cuncta recte definiuntur: vnde fluctus percipitur non me-diocris, ut momentum permagnum ad ea, quæ inde nascantur, intelligenda: quod pervulgatâ confirmat sententiâ, ut jam præmonuj in dialecticis, ipsiusque veritatem auget. Quum autem hæc Ita se habeat, *di-midium facti qui caput, habet*, Philosophus plus addi-dit more præceptoris sui Platonis & Hesiodi, ac de principij facultate dixit, ipsiusque, ad miniculoq; mul-ta fieri perspicua: quæ prius obscura erant, nec parum lectores perturbantia, qui perspicue vident hic voces, tam Græcam ἀρχὴν, quam Latinam principium ὁμωνύ-μους, vel clarius συνεκδοχικῶς sumendis ad r. i. c. jus libet Inceptionem aperte indicandam: vide Aristoteles il-lam vulgi sententiam ad rationem definiendæ felicita-tis distorsit. de Republ. Aristot quoq; 5. Polit & Ethic. 1. sed etiam alij ut Plutarch. lib. de audiendis Poetis, ut denique Aufonius:

Incipi: dimidium facti est cœpisse, supersit
Dimidium, rursum hoc incipe, & efficies.

huc & Terentium Heauton. Act. 5. Sc. 5. v. 14. agrega-bo eandem eleganter expressit: *Hæc dum incipias gra-via sunt: ubi cognō-tis fac. Ita.* Hæc est Gallice declara-tam Od. 2. lib. 1. ad versum *Ἡε δὲ δὴν, &c.*

Rusticus.] Existimo hic esse ἀνήμερον, pro stultè & insipienter, & sine iudicio, vel more stulti expectat, ut sit ellipsis τὸ tanquam, qualis est initio ad Pisones, affuitur pannus, id est tanquam pannus: vel est Hellenismus, qualis paulò ante notatus est, in stultus cupidusque b. b. sset, ubi τὸ ἀνήμερος, ἢ ἀνήθης μὲν suppleri videtur.

Beata uxor.] Intelligitur hic ἡ γυνὴ γαμήλιος fecunda uxor, ut Epod. 16. dixit, ἀρῶ πέταμος beata, id est fertilia, καὶ ἄλλοι δὲ ἢ ἀλάστος, ut Sat. 6. lib. 2. divitiis beatus & virtute.

Sylva.] Id est, loca prius arboribus consita fiunt cultura fertiles agri, ut docet Virg. 2. Georg.

Fundus.] Dicitur a fundendis quotannis opibus, ut loquitur Epist. 2. lib. 2. vel ab illorum fundamento, ut fufius definitum est Satyr. 5. lib. 2. Fuit autem sententia huic similis Ode. 1. l. 3. ad vers.

Quod si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sidere clarior
Delent usus-

ubi hunc locum & alios citavimus auctores.

Aceruus aris, &c.] Est hic quædam hyperbolica pecuniæ significatio, sed multò est maior frumenti, ut res postulat, in Pseudolo Plauti quum ἐπεὶ ἐξ ὀσμῶς dicit, frumentariis esse montes maximos, acervos esse frumenti.

Deducere febres.] Pro quo Celsus dicit demovere febres & ab illis liberare, cui opponitur ilud Epistolâ 7. opella forensis adducit febres.

Aegroto corpore.] Quamvis hoc ab æger inclinatur, Grammatici tamen illud tantum corpori tribuunt, hoc etiam animo.

Prorogat.] Sic Cic. 2. Phillip. dies paucos ad solvendum illi propter inopiam prorogavit. Idem valet, producit noctem illi a allongè terme de payer pour sa pauvreté. Dicitur autem febris a fervore, sicut πυρετός ab igneo calore.

Rebus comp. &c.] Id est, bonis comparatis, fructibusque collectis, repositis & conditis, τῶν συγκομιδῶν καὶ κερπῶν ἡδύων, sicut bene uti, qui est animo perturbatione libero, ut ἐν κερπῶ συγκομιδῆ εἶναι, occupati in frugibus comportandis.

Qui cupit aut metuit.] Hæc verba ponuntur absolute, pro, qui deditus est cupiditatibus & affectibus alijs, noscit rebus partis uti.

Lippum.] De lippo dictum est Sat. 3. l. 1. sicut de podagra Sat. 9. l. 1.

Sincerum.] Ratio hujus vocis exposita est in Grammat. Satyr. 3. l. 1. in hoc versu existimavit Erasmus aludi ad Proverb. cibum in massulam ne immittas. Σίσιον αἰς ἀμύδα μὴ ἐμβαλλεν. quod Plutarch de animo impuro interpretatur, in quem non sunt inferendi sermones honesti, velut Margaritæ non debent Porcis projici. Oratio cibus animi est. insincerus corrumpitur, & in vitiorum cruditate vertitur.

Vas.] Quamquam Ifidorus hanc vocem declinet a vescendo, ut sit escarum διαχείων, receptaculum, est tamen generale ad quidvis capiendum, ut τὸ ἀγγεῖον & ἀγγείον, pro eodem. Tabulae autem, fomenta, Cathara, sunt illa Ciceronis dissoluta, διαλυμένα, quæ Grammatici dicunt ἀσώδη.

Sperne.] Hoc translum est ex apophthegmate Solonis, ἡ δὲ πῶς εἰδὲν αὐτὴ γὰρ λυπῶν τίθει, fuge voluptatem: ἴψα enim parit dolorem. ἐπὶ καὶ ἡ δὲ πῶς ὄνυχ' ἡ λυπῶν, ἐνέφρονα ποιεῖ, quod etiam mentem voluptas non minus, quam molestia solet adimere. Hoc etiam ad verbum interpretaris, κατὰ τὸν οἶον ἡ δὲ πῶν. εἰ δὲ γὰρ τοι λοιμὸν ἐρασ- κη' ὁ Ἀρχύτας Ταυεντῆος, ἀδελφῶν δὲ δόξαι κατὰ τῆς φύσεως ἐλαθριώτερον ἡδονῆς, τῆς δὲ τῶ σώματι, μῆτε δὴ ἐν αὐτῆς βί-

αλεία διατάται ἀρετὴν οὐκ ἀβύσσου. nullam pestem, dicebat Archytas Tarentinus, hominibus datam a natura perniciosiorem voluptate corporis: nec certè in ipsius regno virtus potest consistere.

Semper avarus. Rerum omnium est satietas, ait Aristophanes, præterquam divitiarum, quibus nemo dum invetus est, qui expletus fuerit, cujus acorie, id est, inexplibilis cupiditatis caussam lege l. i. Politicorum.

Certum voto.] Statue modum tuæ cupiditati, neq; vltro citroque verferis, Gallicè limite res biens sans te tourner in au plus, ni aux moins, Plutarchus quoq; citat hunc factientem ἐν τῷ περὶ φιλοπλοίας.

Platō δ' εἶδεν τέρμα περὶ αἰσθητῶν ἀδρότητα.

Haud est finis opum certus & fixus mortalibus ullus, Addit Plutarchus per quandam exceptionem, ἐπεὶ τοῖς γὰρ νοῦν ἔχουσι ὁ τῆς φύσεως ἀλύτῳ ὄρειται, καὶ τέρμα παρὰ τῆς χρείας, καθάπερ κέντρον καὶ διαστήματι περιεγραφομένον, id est, attamen his, qui prudentiâ valent, definitus est modus divitiarum a natura, & terminus adest commoditatis

ipsorum, veluti centro & intervallo circumscriptus. Sapienter admodum Seneca lib. 2. Epist. 15. rationem modi cupiditatibus addendi præscribit Lucillio: Sub

inde, Lucille, inquit, quam multa sis consequutus, recordare: quum aspexeris, quot te antecedant, cogita etiam, quot sequantur, si vis gratus esse adversus Deos, & adversus vitam tuam, cogita, quam multos antecesseris

Hunc vitæ modum Pind. Ολομπ. εἰδ. ε. σπορ. β. Pfamidi Olympionica cōprecatatur præter hæc, τῆρας εὐδουμονῆς-νικηταῦν, senectutem faciliorem, cruciatu & perturbationibus

vacillam, ad finem usq; vitæ, atq; præterea εὐτακτείας, sobolis felicitatem, καὶ εὐλογίας, honestam nominis celebritatem, hunc autem modum nominat ἀδύλακταν, quo quis se sustentat. Seneca interrogatus quis modus esset divitiarum, respondit, primo quod necesse, secundo, quod satis est. Ita

finis certus hic intelligendus est, non ille bonorum, ad quem homines conferunt sua studia, & quod, tanquam ad summum bonum, referunt omnia.

Invidia.] Cic. quum hanc definitionem invidiæ Græcam interpretatus est. Tusculanâ 3. εὐδὸν ἐστὶ λυπῆ ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, maluit uti nomine invidentia vs hæc sit agriusda propter alterius res secundas suscepta: atque ut ego conjicio, deflectitur παρὰ τὸ τὸν νοῦν ἢ δὲ- μιον εὐθίην, ἢ γὰρ εὐθίην, quod animum & mentem maceret & excedat, quæ causâ fuit Pindaro, ut εἰδὲν τὰ σπιδίον, φθονοῖ δ' ἀμύμοντος ἀτῆ dixit, a seipsis invidios damno affici. & Menandro, ὁ φθονεὶς αὐτῷ πολέμιος καὶ βίβλατος, invidus sibi ipsi est inimicus, dum se jucundo accepti & quæsi boni fructu soliat & invidiæ morfu animum lacerat, & se, qui deest longo perniciosius, gratiâ

Dei privat, pro vocans ipsius iram in se, quum contrâ deberet rebus alterius secundis congratulari. Sed quid plura, quum jam Satyr. 3. lib. 2. de hac perturbatione satis dictum sit: addam tamen ex Thalia Herodoti hunc affectum pravum, ut reliquos, esse homini naturâ insitum, εὐδὸν δὲ ἀρχὴν ἐν μέρει τῆς ἀνθρώπων: cui vitio Paul. 1. ad Corinth. c. 13. opponit τὸ

ἡσυχία εἶναι εἰδὲν τὴν αὐτὴν ἐναντιομενον τῇ φιλαυτίᾳ.

Tyranni.] Atrocissimorum tormentorum inventores fuerunt Phalaris, Agathocles, Apolliodorus, cujus meminit, ut Phalaridis Senec. lib. 7. cap. 19. de Benef. 2. de ira: his autem tribus Suidas facit Hieronimum Tyrannum saeviore, siquidem ut Senec. 2. de Clem. cap. 4. illi crudeles vocantur qui puniendi quidem causam, non autem modum habent: sicut in Phalari, quem aiunt non quidem in homines innocentes, sed superhumanum ac probabilem modum saevisse. Dionysius quoq; fuit Sicilia Tyrannus, de cujus vicijs ratione repete e Gram. Odes 17. lib. 2.

60

65

Animum reges] Pro hoc Cicero lib. 3. Epist. 1. ad Quintum frat. dicit: *excit a te, non, ut cum aliis, sed ut tecum iam ipse certes*: e quo quidem certamine qui superior evadit, supra omnes victores nobilitandus est ex Agefilao Xenophontis, καλὸν μὲν δοκεῖ εἶναι, τεῖχρον ἀνάλογον ἢ τῆς ἀδυναμίας πολεμίου. πολὺ μὲν τοῖς ὄσιν καλὸν κέρως, τὸ πῶν ἐαυτὸν ἐπιβῶν ἀνάλογον κατασκευάσαι καὶ ὑπὸ χρεμμάτων καὶ ὑπὸ ἰδίων καὶ ὑπὸ φόβου, i. gloriosum quidem videtur murum abeneum capi ab hostibus, sed iudico clarius *animum pecunia voluptate, metu invictum reddere.* 10 item e Platonis sententia l. 1. de Leg. τὸν μὲν ἀντὶ τῶν παλαιῶν νικῶν πρόσηλον καὶ ἀρίστην τὸ δὲ ἠτῆσθαι αὐτὸν ὑπ' ἐαυτῶν, πάντων ἀρχιστὸν πρῶτα καὶ κέκιστον, se ipsum vincere est omnium *victoriarum & prima & optima: sed a se ipso vinci, omnium & turpissimum & pessimum,* sed talium victorum 15 paucitatem Cicero Epist. 4. lib. 15. ita videtur apud M. Catonem conqueri, in omnibus seculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupidates, quam qui hostium copias, vincerent. Mutuatus est hoc etiam Poeta a sapiente Chilone, θυμὸς κρείττερος (uti monuimus Od. 16. l. 1. ubi Poeta interpretatur compesce mentem, & detrimenta irae multa colligit) & quod sequitur a Phocylide:

Μὴ πρὸς πρὸς τῆς χεῖρας, καλῶν δ' ἀρχὴν ὄργῳ.
Πολλὰ μὲν γὰρ παλῆσας ἀέκων σφίον ἔξετέλεσεν.

No sis promtus ad manum, sed refrena immanem iram. 25 Nam sepe quum percusseris, eadem feceris nullā voluntate. Hic ipse Poeta videtur hos cordis motus ita distinguere:

Θυμὸς ὑπερζόμενος μαντικὸν ἰδιότροπον τ' ἄχει.
Ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις ὑπερβαίνουσα δὲ μέτρον.

Immodica animi permotio gignit perniciosum furorem. Ira vero est cupiditas quadam, sed inveterata & permanens nullum servat modum: & μῆτις dicitur, ut Odis 6. & 13. l. 1. docuimus. Hæc postrema videtur etiam Græcè dici πικρία, amaritudo, quæ partim est ὄργη καὶ partim μνήσικακος, memor in iuria: ita ratione prioris est ὄργη, ratione posterioris est μῆτις: unde Plutarchus dicit ἀμβλυθεῖν τὴν πικρίαν retundere & hebetare amaritudinem. De his affectibus lege cap. 13. Epist. 1. ad Corinth. ubi videntur τὰ θυμῷ ὑπερβαίνον καὶ ἀμβλυθεῖν πικρίαν comprehendere verbo μακροθυμίᾳ, charitas differt iram, & hominem reddit lenē. & c. 4. Epist. ad Ephes. qualis commotio fuit illa Peliadæ Iliad. 2. Cic. 4. Tuscul. quæst. definit iram ex genere libidinis, ut sit libido puniendi ejus, qui videatur laesse injuriæ. & ibidem, aut est quicquam similis insanie, quam 45 iræ λέγει, Ennius eam dicit imitari insanie, ut ira definita a Themistio: ἡ μαντικὴ ἰδιότροπος καὶ quæ sonant verba nostri Poetæ: ira est furor brevis. Notatæ sunt Od. 6. l. 1. voces Græcæ hujus affectus, ratio autem Latine Ira hic reddatur a verbo iro quod fit feror sanguinis. Eandem 50 ethymi rationem habet radix Hebraica vocis Haron, ab harach, excaudit: sed hap aliquid vehementius notat, ab hanap succensuit per nares efflando. eandem definit ex altero genere lib. 2. de ira: quæ est animi concitatio ad ultionem voluntate & iudicio pergentis, quem locum vide ortu & progressu præsentis affectus, quem definit ex opinione sapientum virorum huic convenienter, mutatis tantum verbis, iram esse insaniam brevem. Quam autem insaniam, quos ira occupavit, ex ipsorum habitu facile perspicias, præsertim cum illo furentium comparato: quam collationem repete ex eodem loco. Idem Philosoph. Epist. 112. sub fin. impotentiam Alexandri circa hunc affectum sic arguit, cum scribit homines diligenter quidem se contra hostes suos instruere, sed contra fortunam inermes procurrere. Ille quidem Per- 65 sus, & Hyrcanos, & Indos, & quicquid gentium usq; in Oceanum extendit Oriens, vastabat, fugabatq;: sed ipse

modo occiso amico, modo amisso, jacebat in tenebris, aliàs scelus, aliàs desiderium suum mirrens, victor tot Regum, atque populorum, iræ tristitiaq; succubuit, id enim egerat ut omnia potius haberet in potestate, quam affectus. O quæ magnis homines erroribus tenentur. & paulò post. Imperare sibi, maximum imperium est.

Fingit equum ira.] Hellenismus est, pro quo orator diceret, fingit equum ad viam ingrediendam & tenendam, quam monstrat eques, quemadmodum in arte dicit, fingi ad rectum, & Cic. pro Muræna: Natura ad honestatem te finxit, & finget se totum ad arbitrium tui nutum alterius, quod parum Latine diceretur, finxit te vivere honeste, & fingit te placere alteri. Huc adde alterum Hellenismum in ire viam, quem Scholiastes Sophoclis nomiat χηματισμὸν initio Oedip. Tyran. in ἐπὶ τῆς θρόνου, sedes sedetis, quales opponit, καθήμεν τὴν δὲ τὴν καθῆδον βαδίζοντα τὴν τὴν δὲ τὴν λόγον, γράφω γράφω καὶ τὰ τοιαῦτα.

Cervina.] Cynegeta & venatores mature formant catulos ad prædam aliquâ feræ imagine simulatâ, quod vehementius se tentur veram & vivam. Hunc locum citat Servius in vers. Aeneid. 7.

Hic subitam canibus rabiem Cocythia virgo
Obijcit & nota nares contingit odore.

Ut cervum ardentem agerent καὶ ὄργῳ γενναῖον, ἀπειροπείρας φέρεται, canis generosa & inexperta temerè fertur in caprum. Lycurgus dicitur ab his Cynegētis exemplum accepisse, quo doceret quantum afferret momenti recta & maturâ institutio, ad vitia mendosæ naturæ vitanda & corrigenda, propositis duobus Populo canibus, quorum alter quamvis ex ingenerosis parentibus procreatus fuisset, ad hunc tamen modum, qui hic præscribitur, mature informatus, vitam cervam ἀπαλείας καὶ ἀποδύμους insequutus est: alter contra licet e generosissimis natus, ad primum quoque cibi odorem restitit ferâ relicta, propterea quod ἀπειρος ἦ τῆς νουθεσίας.

Nunc puer.] Id est, dum pueritia tibi adest, nullis mordacibus confecta curis, Adhibendi autem verbo significatur largior quædam potio e conjunctione, ut ex hac impudentis Clitiphonis contumelia in suum patrem Act. 2. sc. 1. vers. 8. Heautontim. perit, is mibi, ubi adhibet plus paullo, sua quæ narret facinora: Offer e se melioribus, est tradere se in disciplinam Philosophorum, & dare se studii sapientiæ. multo autem major notaretur potio, si ex more Senecæ Epist. 36. legeretur, ut hic, perseveret modo colere virtutem, perhibet studia liberalia: non illa, quibus perfundis satis est: sed hæc, quibus tingendus est animus. In offer melioribus, subijce, documentis tingendum & instituendum.

Testa.] Non admodum ad sensum interest, utro modo sumas recens, pro nomine ne, an pro adverbio temporis, præstat tamen meo iudicio, ut sumatur pro nova testa & novo vase.

Si cessas, &c.] Cessare Donato est desidiofi, cui opponitur strenue antere: sed quiescere & requiescere cujusdam est cessationis post defatigationem.

Nec tardum.] Si descendo tecum in curriculum stadii, & tu sequeris me tardius, non te expectabo sed institutum cursum tenebo neque contra, si tu me cursu superaveris, tibi non ambitiosius instabo præeunti. Ex his perspiciamus, eos optimè in doctrina morum proficere, qui neque præcoces, neque immaturi intempestive illuc acedunt.

Nec præcedenti.] Ut hoc antecedenti, nec tardum operior, responderet, videretur legendum, nec præcedenti insto, nisi malis Poetam de se loquutum modestè

modeste: qui plures habuerit se profectu ante euntes, quam posteriores sequentes. Aristot. apud Laert. interrogatus, quo pacto discipuli egregie proficerent,

respondit, si cursu praestantiores prosequantur, nec tardiores expectent. *ἔγω γὰρ πρῶτους διώκοντας, τῶς ἕποντες μὴ ἀναμένω.*

Explicatio Rethorica.

Duplex est hic tropus: prior est synecdoche generis *κατ' ἐξ ὅλου* (quod alii fuerint ejusdem scriptores) pro Homero: alter est metonymia causae pro liberis de bello Trojano scriptis a Poeta: qualis metonymia est in Chrylippo & Crantore, pro libris Philosophicis ab utroque compositis, qualis quoque passim reperitur in omni scriptorum genere, aded est hic tropus fecundus & auctoribus perusitatus.

b Metaphora ab iis, quae manibus capiuntur & colliguntur, ut leges & poma & flores, quomodo proprie loquutus fuit Epodis. 2.

omnem relegit iabus pecuniam.

adea, quae oculis & inde mente percipiuntur, quales sunt litterae & sententiae quae velut colliguntur oculis. Servius ducit a nautis, qui colligunt funes, dum praetereunt aspera loca.

c Polyproton est, ac praeterea Epanaphora in ejusdem vocis sono, quater in titis incisorum iterato.

d Senecdoche est vel potius allegoria e continuatis synecdochis specierum pro Stoicis, Academicis, reliquisque Philosophis.

e Fabula *αὐτὸς ἑαυτοῦ* dicitur pro Epopoia Iliad.

f Metonymia duplex est, subjectorum pro incolis Graecis & Phrygiis, sed est praeterea in *Barbaria* modus quidam synecdoches, quod ex hoc genere significantur singulares populi, quum nomen *Barbaria* communiter attineat iudicio Graecorum ad populos, qui non essent Graeci, etiam ad Romanos: sic Epodis 9. harmoniam Phrygiam appellat carmen barbarum propter odium belli Trojani. Sententiam igitur sic proprie potes enunciare: *In illa epopoia Homeri Graeci & Phrygia commemorantur se & res suas attrivisse propter raptum Helenes & adulterium Paridis bello diurno. In stultorum Regum & populum videretur hic notanda synecdoche generis pro Hectoris, Achillis, Agamemnonis Antenoris Paridis, Ajaci, populi Graeci & populi Trojani sed quia mox quod in genere dixerat, in specie velut per appositionem reponit, ad inonitione tantum opus est.*

g Metaphora est a mari procellis exagitato ad populares turbas & vehementes animorum commotiones inter principes exortas, ut in, *estuat*. prima Epist. notatum est.

h Altera est Metaphora satis nota & si forte nescis, a corporibus: prope enim dicitur praecidere anchoras, manum, caput, fistulas, quibus aqua suppeditabatur templis: hinc praecidere amicitias, libertatem, spem, pro auferre dicimus.

i symploce est, similitudo soni circa principium & clausulam commatum.

k Synecdoche generis pro Achille & Agamemnone.

l Videtur hoc pronuntiandum per exclamationem Poetae miserantis tantas populi utriusque armorum propter iras regum & principum. Ubi quoque est observandum *delectare* sumtum esse ab agricolis, dum arando rectos non ducunt sulcos, ut significet reges ab religione sui officii declinare, & a ratione & honesto deflectere.

m Anadiplosis est, circa principium & clausulam ejusdem sententiae similitudo soni.

n Epanaphora, circa principia sententiarum ejusdem vocis iteratio, qualis est in, *dum sibi, dum suis reditum parat.*

o Simili tropo usus est Cic. in Orat. pro Milone quum dixit: *Domitor Hispania*, in quorum etiam utroque est metonymia, pro, domitor Trojanorum & Hispanorum, sed propria significatione Virg. 7. Aen. quum Laulum domitorem equorum vocavit, ut Hom. Iliad. 7. *Κάτορα δ' ἰσθμοδουμω.*

p Quidam arbitrantur allegoriam hic esse, qualis fuit 1. Epist. *Mors civilibus iudis*. Cur autem ita sentiant, eò videntur adduci, quod, *undis rerum*, recte putent intelligendum de malo successu negotiorum ipsius. Non equidem istam interpretationem sperno, sed quum omnibus constet, Ulysses multis periculis, erroribus, naufragiis defunctum fuisse, malo locum pro re sine ulla translatione accipere, ut Ulysses, nullis casibus, nullis tempestatibus, nullis denique rebus adversis victus fuerit.

q Sumtum est ab Arithmetis, qui quum diu multumque se omni parte numerationis exercuerint, nihilo plus argenteorum, vel aureorum nummorum in suis crumenis reperiunt, quam si notas notis nunquam addidissent & multiplicassent. Inanis est ille numerus sine praesentia rerum numeratarum.

Consumere fruges. Ex notis Gram. Odes 2. lib. 3. cognosci potest, quae tripartita hic in *fruges* statui debet. non ibi constituam metonymiam materiae pro pane frumentaceo, atque hinc postea dicam more Hebraeorum, pro quolibet cibo & potu; sed ex hac specie intelligat, quicquid eorum, quorum humanae vitae usus atque cultus indere solet.

r Simili metaphora pro hominibus otio & inertia diffluentibus, & omni voluptati sine ulla rationis limite mancipatis. Similis quoque in *Juventus Alcinoi* pro juvenes Phaeaces, i. pro luxuriosis & voluptariis.

s Synecdoche est membri pro integro corpore pauld habitiori: quod utramque Graeci verbo *μεδίο, χρεός*, complectuntur, sed qui in cute, velut in superficie, apparet praecipue talis habitus, partem eam usurpavit Poeta.

t Allegoria est e continuatis metaphoris a gravissima corporis aegrotatione ad animi aegritudinem sic enuncianda: *ut qui nascens in rebus non occurrat adhuc validus, cogitur in grave morbo gravissime aegrotans sero confugere ad medicos: sic qui vitis animi & perturbationibus non mature medetur studio Philosophiae, & remedia illorum elubris Philosophorum non requirit, diros animi cruciatus, deest affectus effugere non potest.* Hujus autem allegoriae duo primi verus sunt interpretes.

u Verbum a venatoribus translatum, qui etiam intendunt ad feras capiendas, aut a lagitantiis, qui arcum, etiam ad aliquid aliud efficiendum. ait Donat. in Heaut. A. 3. Se. 2. vers. 1. *intendenda in senem fallucsa.*

v In *torquere* metaphora est a corpore quod proprie dicitur torqueri & cruciari in quatuoribus, ad tormenta & cruciatus animi notandum ut in *horam* synecdoche speciei pro, prorogat tempus.

x Sumtum est ab agricolis imperitis, qualem se profiteretur.

etur Corydon Eclog. 2. Rusticus es, Corydon, id est, stultus. ubi Servius annotat, arguit se stultitiae, quod eum se sperat placare muneribus, qui potest habere meliora. Ita Fab Quintil. lib. 2. cap. 11. dicit manus indoctas & rusticas, & Cicer. lib. 3. de offic. urgent sane rustice, negant enim posse. & in eo perstant.

y Hoc etiam μετανομικός dicitur, quod locus, id est, alveus fluminis sumatur pro aquis volubilibus, ut eas Od. 11. 4. ad finem. vocavit.

y Hoc verbum ab animatis ad inanimata traductum est: deinde sylva metonymiam habet adjuncti pro tellure, ubi sylva prius steterat, pro, tellus ante a boribus occupata versatur & perstringitur rigido vomere.

aa Epanodos est, ejusdem soni regressio circa principium & medium.

bb Metonymia materiae pro nummis aureis & aëris.

cc Metaphora a corpore ad animum, pro, sit possessor vacuus ab omnibus vitiis & affectibus pravis, si vult bene uti rebus partis. in hac autem sententia proverbiali, quae videtur de promta e lib. 1. de leg. bus Platonis & post repetita lib. 2. Rhetor. ab Aristotele, quidam fortassis existimabunt, quod valeat non ad statum animi τρωπιχός referendum, sed ad bonum corporis habitum, persuaasi illo veterum popularium ordine, qui est in loco Platonis modò citato sic constitutus, ἡγέτης μὲν ὁ γίγνεται, καὶ ἄλλος δὲ ἀεὶ ἡγεῖται, τὸ δὲ τρίτον, ἰσχυρὸς, τὸ τετάρτον δὲ πλεῖστος, ἡ βέλτερος, ἀλλ' οὐδὲ βέλτερον. Sanitas praecedit, pulchritudo est loco secundo, robur tertio, divitiæ quarto, non caeca, sed acutum cernentes. Verum quum haec quatuor sedare turbidos animi motus, pravosque affectus corrigere nequeant, puto verbum valeat ad sanitatem mentis referendum, atque requirendum, ut sit una mens sana in corpore sano: quale Plebeius quidam Satyræ 3. lib. 2. desiderat in Agamemnone, *Stas animo, es purum est vitio tibi, quum tumidum est cor?* Quia in Dialecticis hoc enuntiatum est comparatè, non simpliciter, acceptum, ephegetica metaphora videtur notanda, Ira infaniae brevi assimilatur, vel est velut brevis infania. Fuitque paulò antè in *scinti Tyranni* synecdoche statuenda generis per enallagen numeri, pro Phalaride atque similibus saevitiae principibus aliis.

dd Quia ex Diogene Laertio in Zenone: Intellegimus τὸν θυμὸν εἶναι ἀστυλὸν ἀρχαίως ἰθὺς ἢ ἀρχαίως ἰθὺς, dicimus in (animum regere) esse metonymiam subiecti pro ipsi adjuncta perturbatione tali, quam mature curat repressam: quo tropo Graece dicitur δάμνη θυμὸν, iram mordeas, id est, reprimas primam illam animi commotionem: quod mihi videtur verbum illud postremae legis divinae pertinere, ἕκ ἐμβουμῆσεως.

ee Anaphora est, & metaphora duplex in fractis & catena, unde sit allegoria pro, instrue & orna sanctissimis grauissimisque praecipis & institutis Philosophiae tuum animum: verum hic intellige meliorem hominis partem e mente divina delibatam, non affectum illum, quem monet regendum rationi minime obsequentem.

ff Synecdoche est generis pro equisone, quem Graeci ἰσπιδύμιον vocant, ut modò dixi.

gg Translatum ab hominibus, qui sub imperatoribus aere & stipendio merent, & militarem navant operam, ad canes, qui persequuntur feras in sylvis.

hh Sumtum quoque est hoc ab infantibus, qui fugunt ubera nutricum, ut doceat sapientiam unà fere cum lacte animo pueri instillandam esse, quum adhuc ille est purus, nullisque malis exemplis contaminatus, pravisque documentis pollutus nullaque labe culà aspersus.

ii Synecdoche est partis pro integra oratione de honesto & virtute.

hk Allegoria est e stadio dromis, qui spatium sexcentum pedum decurrere solebant, sed ab hujusmodi cursu certantibus, qui non admodum ambitione curabant antevertere vel anteverti a suis syndromis, ad contingendam primi metam: atque idcirco illi se vinci facile patiebantur: praesertim quum summà familiaritate & amicitia cum ipsis essent conjuncti, ad significandam Philosophici maturitatem & aequalitatem. Hoc genus allegoriae est per familiare omnibus fere scriptoribus nec solum profanis, sed divinis etiam atque sacris, ut D. Pau. 1. ad Corinth. c. 9. v. 13. & Philip. c. 3. v. 14.

EPISTOLA III. AD IVLIVM FLORVM.

Theticum.

Quò callidius Poeta rationem praecipendi Floro de studio Philosophiae, & fratetna concordia susciperet dissimulatà percontatione quaesivit primum ex ipso, quid viri tam armorum quàm litterarum periti, & ipsemet agerent in castris Claudii Tiberii Neronis Caesaris.

I Vli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti privignus, scire laboro,
Thracane vos, Hebrusne anivali compede vincit
Etus.

An b freta vicinas inter currentia turre,
An pingues Asiae campi colleq, morantur?

2 Quid studiosa cohors operum struit? hac quoq,
Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit? (curo, 50

3 Bella quis & paces longum diffundit in avum?

4 Quid Titius Romana brevi venturus in ora,
Pindarici 8 fontis qui non expalluit haustus
Fastidire lacus, & rivos ausus apertos?

Ut valet: ut meminit nostri: b fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musà?
An tragica deservit & ampullatur in arte?
4 Quid mihi Celsus agit monitus, multumq, monendus

m Provat as ut querat opes, & tangere vitet
Scripta, Palatinus quaecunq, recepit n Apollo.
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas moveat cornicularisum,
Furtivis nudata o coloribus? Ipse quid audes?
Quae circumvolitas p agilis thyma? non tibi parvum
Ingenium, non insultum est, nec turpiter hirtum
Sen

Seu linguam caussis & acuis: seu civica jura
 Respondere paras: seu condis amabile carmen:
 Prima ferēs cedere vitricis premia: & quod si
 Frigida curarum fomenta relinquere posses,
 Quō te caelestis sapientia duceret ires.
 Hoc opus, hoc studiū parvis properemus & ampli,
 Si patriæ volumus, si nobis vivere cari.

7 Debes hoc etiam rescribere, si tibi curā,
 Quante conveniat Munatius: an male facta
 Gratiane quicquam coit, ac rescinditur? at vos
 Seu calidus sanguis seu rerum inscitia vexat,
 Indomitā cervice feros: ubicunque locorum
 Vivitis indigni fraternum rumpere fœdus.
 8 Pascitur in vestrum reditum vota juvenca.

Analysis Dialectica.

Initid generatim quæritur, ubi Imperator militet, quibusq; cum populis bellum gerat, quid etiā commententur & meditentur circum ipsum tot viti doctrinā & ingenio clari: in quali percontatione equidem statuo partem Epistolæ priorē, ut posteriorem in præceptione: ac de locis primū castrorum & exercitus, deinde de personis inquirat, quum se in dubio scribit esse, bellū mne Cæsar faciat in Thracia & Asia, an in mari Hellepontico, ubi Tiberius e causa conservante & tuente describitur, ut Hebrus & fretum Helleponticum & Asia e suis attributis, quod ille, ubi e Livia Drusilla, sicut Drusus, natus fuisset, postea factus sit privignus Octaviano Augusto, qui matrem ipsius duxit uxorem, Scriboniā repudiātā. Possit etiam hoc argumentum esse e categoria relatorum. Augustus fuit vitricus Claudii: hic igitur fuit illius privignus: quod mihi videtur magis probandum: nec tamen vis illa conservandi ac tuendi ab hac mutua affectione habebit. Quod etiam flumen illud Thraciæ sit gelu constrixtum: fretum deniq; Lesbo & Abydo urbibus e regione sitis ornatum, & Asia soli fecunditate valde celebrata.

2. Jam inquiruntur hominum personæ, ut ex illis iudicet, qui digniores, & ad res Augusti tam in bello, quàm in pace gestas scribendas aptiores.

3. Hujus ingenium perspexerat antè natum ad aliquod opus aggrediendum. Itaque ex adjunctis & majorum comparatione sic de eo loquitur, quasi magnū & memorabile nomen brevi esset adepturus publicā prædicatione scripturæ: quod non solum ausus sit spernere mediocres Poetas, quos prius conlectabatur: verum etiam ipsum immensum, sublimem Pindarum, qui aliis semper visus est inimitabilis, conatus sit imitari versibus Latinis. Intelligimus tamen ex Porphyriōne hæc esse posse sumi.

4. Quia hic Celsus alienæ scripturæ laudem sibi impudenter arrogare solebat, movetur e diversis & paribus, ut in posterū a scriptis furtivis abstineat: sed ipse aliquid in sua officina cudat: quod postea in publicum possit cum maximo ipsius honore prodire: contra, si facere perget, non minus ipsum fore omnibus ridiculū, quàm olim fuerit cornicula plumis aliarum avium spoliata, quibus antea superbè & insolenter gloriabatur.

5. Jam ex antecedentibus tibi constat, quā insinuatione ad alteram Epistolæ partem accedat, de præcipiendi ratione, quam nunc instituit ex adjuncta ingenii bonitate, & etriplici subjecto, ut hac

laudis titillatione stimulus, libentius studium Philosophicum amplectetur, & philadelphiam, i. amorem & concordiam cum fratre suo confirmet, relicta cogitationum anxietate. Dicit igitur illum eximio & præstanti ingenio esse: illi primas partes in causis forensibus agendis facillè ab omnibus concedi: illi easdem in jurisprudentia, quoties jus publicè civibus respondet: denique parem honoris gradum tribui in præclara poetica.

Quum Horatius animadvertisset, Florum abuti facultatibus his, eloquentiā jurisprudentiā & Poeticā ad ambitionem & opum cupiditatem, quæ nemo sine acutissimo morfu curarum persequatur, monet, ut se inde transferat ad studium sapientiæ, cujus præceptis ad summam virtutem, immortalēque gloriam perventurus sit. Ratio cohortationis est e efficiētia sapientiæ, & absumptiōnis ita concluditur, & iudicatur: Qui valedicet artibus homines ad ambitionem & cupiditatem sollicitantibus, & se referet ad cultum sapientiæ, ista tranquillitatem, & gloriam immortalē consequetur: studium igitur sapientiæ in primis excolatur, a nobis cujuscunq; simus conditionis, obscuræ sive claræ, primū in augenda Repub. deinde in privata: quia sapiens manent in gloria, qui solum curant privatam, neglecta communi. Huc certè nos vocat naturalis quædā & necessaria causa & Euripid. 8.—*ὄνα δὲ δῖος ἐχέει παλαιοὺς ἐγγὺν ἄναρτος. i. Inheret omnibus e necessitate quadam, ut ament patriam: Quamobrem Seneca lib. 1. de Clementia definit hominem, ut sit animal sociale communi bono genitum: quod pertinet illud Lucani. Nec sibi, sed soli genitum se reddere mundo. Eodem illud Juvenalis Satyra. 9.*

*Principio inducit communis conditor illis
 Tantum animam, nobis animum quoq; mutuum ut nos
 Adfectus petere auxilium, & prestare juberet.*

7. Nunc ita se præstat suamorem mutui inter Florum & Munatium fratres amoris, ut modò præceptorem vivendi gloriosè & quietè. Argumentum autem suasionis videtur esse e paribus, & adjunctis, ut frater fratrem, & res ipsius tantum debeat curare, quantum sanguinis vinculum videtur postulare: quod si dissensione & discordiā fortè disruptum sit, manet utrumq; grave periculum famæ.

8. Hæc quidem gratulationis prædictio mihi videtur adhiberi ad conciliandos fratrum animos, quam fortassis illi fallere verebuntur, præsertim a communi utriusq; profectam.

Enarratio Grammatica.

Flore.] Non est aliunde petendum, quis hic Julius Florus fuerit, nisi ab hoc ipso Poeta, qui præter alias ingenii dotes hic memoratas sic illum affatur Epist. 2. lib. 2. versu. 1.

Flore bono clarog, fidelis amice Neroni.
 undè non est dubium, quin hic etiam comes fuerit Tib. Claudii Neronis ex illa doctorum virorum cohorte, quā vallatus Imperator literarum & literatorum studiosus tantum non ire solebat.

Claudius.] De Tiberio Claudio Nerone, qui Augusto vitrico fuit successor in majestatem imperatoriam, nō sunt plura hic referenda, quā de ipsius genere & vita in manibus habeatur hystoria multorū, maxime Livii Sueto. Dionis, undè dicas, quod hic fortasse desiderares.

Privignus.] Privignus a Festo descriptione declaratur, qui antequam mater secundò nuberet, est progenitus

bus: & quæ gote est dici ex parte patris, qui natus est ante v-
xorem illius secundum: quales vulgò appellantur filia-
stri & filialtra, Gall. beaux & belles filles. Pri enim anti-
qui pro pra dixerunt, πρὸς ὄν & Græcè.

Thracane.] Monimus Od. 16. l. 1. Thracæ & Thra-
ca Poetis usitata, ut Thracia oratoribus & historicis,
vnde etiam repete vocis etymon, & topograpiam, in
qua ponitur Hebrus flumen, & Od. 25. lib. 1. sodalis hy-
emis vocatur.

Anfrosia.] Hellepontum intelligit, ad cuius op-
posita littora duæ urbes sitæ sunt; Sestus & Aby-
dus, de quarum intervallo sic Eust. th. lib. 2. Iliad.
κατὰ τὸν Γεωγράφον διέχουσιν ἀλλήλων Σέσθου καὶ Ἀβυδῶν
τριάκοντα πλεῖστα ἀπὸ λιμῆνός ἐστι λιμένα, auctore Geogra-
pho Sestus & Abydus distant inter se triginta stadia ab u-
no littore ad alterum. quod spatium Xerxes ponte tra-
vit, undè Lucan. l. 1.

Xerxes pontibus admovit tum Seston Abydo.

Hæc quidem fuit in Asiâ patria Leandri: illa ve-
rò in Europa patria Herus puellæ: de quibus Ovid.
in Epist. & Musæus, De utraq; urbe vide Strab. l. 13.
& Melam l. 2.

Milites oris.] Hic militare de belli duce, non so-
lùm de milite dicitur: quod quidam putant καταχρησι-
κόν, fortassè ducti notatione vocis, quam in Gram-
maticis Od. 3. l. 1. posuimus, quod militare sit
actio hominis collectivi & gregarii, non ducis aut
Imperatoris. Græci autem τὰ στρατεύειν καὶ στρατεύειν
usurpant de utroque, sed illa distinguunt syntaxi: nam
στρατεύειν καὶ στρατεύειν vel ἐπιπύνα est exercitum du-
cere in aliquem vel locum vel regionem, aut bel-
lùm inferre: sed cum casu dandi vel cum ὑπό est me-
rere stipendium sub aliquo, ut στρατεύειν Καίσαρι vel ὑπό
Καίσαρος, facere stipendia sub Cesare: hoc est militis, il-
lud ducis.

Turres.] Varro l. 4. de ling. Lat. tradit τὸ τῦρρι δι-
είατορῆς: quod hæc prospiciat ante alios. Ita He-
bræi τὸ τῦρρα, ante murale & arcem interpretantur,
sicut Græci τὸ πύργον definiunt, τὸ φυλακτικόν καὶ προ-
μαχικόν, propugnaculum. & Eustath. in Iliad. l. 1. no-
tat πύργον λέγεσθαι καὶ ὁμοίωσιν τῶν οἰκοδομημένων διατῶν
τῶν στρατιωτῶν πύργων, dici per similitudinem a defensorum
a densitate militum.

Adorantur.] Sic Cic. ad Attic. Epist. 4. Quid te A-
pulia moretur: pro quo etiam usurpat teneo, ut lib. 16. 45
Epistol. ad fam. Epist. 9. Si id non tener, advola.

Quid operum.] Pro quo Cic. dicit i. de Nat. Deor.
opera moluntur & utrumque conjungit pro Cluentio,
struere & moliri aliquid alteri.

Colours.] Veriverbium hujus vocis vide in Gram-
mat. Od. 3. lib. 1. Item ipsius patres.

Quoq; curo.] Videtur dictum ἐπιτηδεύω, pro supe-
riori, laboro, vel quero scire.

Sumit.] Græca est & Poetica syntaxis. Græci e-
nim dicunt ὑπολαμβάνω ἐκφέρειν τὸ εἰς οἶκον, hoc susce-
pi in edes ferendum. Cic. quoque dicit l. 16. ad Attic.
hoc pro conjunctione & benevolentia nostra mihi susse,
ut id a te peterem, non petere, ut hic: pro, quis sumit
scribendas Augusti victorias, vel, ut scribat & memo-
ria prodant.

Expalluit.] Sic loquutus est Od. 12. l. 1. quem sumes
utrum celebrare Clio? non veritus est hatirire, de qua
syntaxi neutrorum verborum cum accusativis dictum
est Od. 37. l. 1. ubi est hoc ipsum verbum.

Ut valet?] Sic loquitur Plautus in Persa, ut valet?
Item, ut munus muro tibi v. sum est oppidum? pro-
quomodo.

Et dicitur.] Pro, studetne e Græco Pindaro face-

re Latinum? sic loquutus est Od. 12. l. 2.

Nolis longa fere bella Numantie

Aptari mollibus citharæ modis.

Desaut tragica in arte.] Hoc potest rectè explica-
ri per illud Epist. 1. l. 2. sperat tragica? Id est verstrag-
gicos fundit: hic deest ἐπιτραγικόν, ut Græci loquuntur,
pro valde sævit, ut in defringere in Milite glorio. Plaut.
nisi hercle defregeris talos, ut etiam in debacchari, &
similibus, qualia Donat. aliquot locis notavit in Teren.
de amare, de jerare, demirari. Interdū etiam est εὐτραγικόν,
ut illud Aen. 4.

Dum pe ag d sævit hyems.

id est, dum tempesta se remittit, ut Donatus ad signi-
ficat in hoc ipso verbo, quod pro defervisse scribit aliàs
legi defævisse. Adelph. Act. 1. sc. 2. sperabam jam deferv-
visse adolescentiam: defervisse, quasi deorsum a fervore
tenuisse, ut defævisse, deorsum a sævitia posset dici.

Ampullatur. i. confectaturne grandiloquum sty-
lum & inflatum, vel scribitne & facit poema tumi-
dum & magnificum? Hoc autem verbum, ampullari
valet idem, quod pigmentis Rhetoricis, & ver-
bis lesquipedalibus, id est, magnificentissimis, & gra-
vissimè sonantibus uti: In quibus rectè proferen-
dis opus est ore valdè diducto & dilatato, quod Græ-
ci dicunt, ut Helychius: συμπλέειν καὶ συμπλοῦν καὶ
ἀκροθίλειν, proferre verba buccam implentia, cuius-
modi est hoc Aristophanis in Ranis, quum Aeschyl-
lum appellat κομποκαλοφρήμονα, qui gravi & ampul-
los a verborum juncturâ uteretur. Eam autem oris
vastitatem ferè verba ex multis conjuncta, qualia
familiariter usurpat hic Græcus comicus, requi-
runt.

Quid mihi Celsus, &c.] Quidam annotarunt τὸ μὴ
esse παρέλκον, ut Eclogâ 8. Tu mihi seu magni, & c. ubi ta-
men Servius supplet, Tu, o Auguste, faveas mihi.

Monitus.] Monemus consilio: hortamur impulsu,
ait Donat. in Hecy. Act. 1. ut alibi quoq; annotatum
est, te sedulo & moneo & hortor.

Palatinus.] De hac Bibliotheca repete e Gram. Od.
31. quod potest hunc locum illustrare.

Cornicula.] Hinc Apologum alii graculo affin-
gunt, ut Themistiis, non corniculæ. Utriliber autem
tribueris, nihilo infirmius futurum est argumentum
admonitionis.

Movere risum.] Hom. solet dicere ἐνδύειν γέλωτα ἢ
τὸ χεῖρ, ut Iliad. a. sub finem Ἄσβετος δ' ἄσ' ἐν ἄσπετο γέ-
λωσ μακάρεσσι θεοῖσιν. Risus inextinctus Divi beati exci-
tatus est. ubi Scholiastes notavit, ἀπὸ ἐκτιμῆς θεοῦ
τὸν γέλωτα γινέσθαι ἢ περιμύνησιν ὅτι τὸ ἐλθῶν, signifi-
cat e quadam caloris copia, tanquam e materia, nasci ri-
sum, quem vocant helen. sed medici Philosophi paullò
alter sentiunt, dum ex effectu ipsius affirmant τὸν γέ-
λωτα μὴ εἶναι τὸ τῆ θεοῦ αἰνεῖν αἶνον, risum esse causam vel
effectorem calefaciendi corporis. Oratores γέλωτα πνιπῶ-
σεν χεῖρ κινεῖν, ὅσ' ἐστὶν δάξιν, ποιεῖ δαι, μὴ χεῖρ αἰδῶν dicunt.

Quæ circum volitas.] Pro, undè futuro poemati qua-
ris materiam, & flores decerpis ad concinnos & suavi-
lòquos versus? Amabile carm. n condere dicitur Græcè
ἡμεῖσιν ἐπὶ ποιεῖν

Ingenium.] Donat. definitione sic hanc vocem de-
clarat, ut ingenium sit naturalis sapientia in homine, id
est, naturaliter in eo ingenta & insititia.

Jura civicæ.] Dicit, ut Ovid. 1. Falto. civicæ pro iropi-
dis quum tulit arm: reus. sic 3. Od. 2. Memia h stica.
pro quibus Orator diceret civilia & h stilia, præter-
quam civicam coronam: de qua vide Agellū lib. 5. cap. 6.

Feres premia] Simplex est pro conjuncto aufere &
accipere, ut in Pleud. Plauti: dimidē aui plus hinc feres.

Edera.] De edera dictum est in Grammat. Od. 1. & 36. l. 1.

Hoc opus.] Sic dixit Od. 2. l. 3. Properare pecuniam indigno heredi, & deproperare coronas: Od. 7. l. 2. quorum vide interpretationem. Hic autem interpretor, Properare hoc opus, summâ ope nitamur, ne mordacibus curis ambitionis & cupiditatis animos nostros conficiamus.

Parvi & ampli, &c.] E definitione amplitudinis quæ est l. 2. de inventione, cognoscitur quid τὸ ἀπλῆν valeat amplitudo est potentia aut majestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia: unde videtur latius patere, quàm auctoritas vel dignitas: quibuscunq; enim valemus aut animi aut corporis aut Fortunæ bonis, ea omnia complectitur nomen amplitudinis: quibus qui destituuntur, parvi habentur. Sic ex oppositis constat versus ille Odes 3. lib. 3.

Defino magna modis tenuare parvie. Attamen quia est latioris significatus τὸ ἀπλῆν, quam magnus; (& videtur propè sonare quæ Græcum ἀπείρητος). i. incomprehensibilis. oppositio est hic gravior: quod ita esse comperies in notis ad verba Od. 14. l. 2. qui ter amplum Geryonem, &c. ubi docuimus Ciceronis exemplis τὸ ἀπλῆν subitui solitum τῷ μεγάλῳ per auxilio.

Vivere cari.] Quod Græce dicitur, εἰ βολοίμεθα φίλοι καὶ ἀγαπῆτοὶ τῇ πατρὶδι βίβισθαι. πατρικῶς enim carum sumitur pro, si volumus esse grati patriæ vel amari ab ea, ut Cic. sumit Catil 4. Hoc commune patriæ solum cum sit carum, tum verò dulce atq; iucundum. Itaque ἴνα φίλοι μὴ ἡμῶν εἴμεν ἀν φίλοι δὲ τῶν ἡμῶν ἀξίον καλῶν ἡ ἀμετῶν, honeste factis prestemus nos amabiles.

Si tibi cura] Bisariam hic locus legitur. Quidam quum sit, legunt, ellipsin τῆς ἀν, explent & ita explicant: tu Flore, debes ad me scribere, an Munatius frater tuus tanta te fiat, tantæque sit tibi curæ, quantæ deceat fratrem esse fratri: Alii censent Hellenismum esse, in quo τὸ εἰ non semper connectit sententias, sed interdum ad dubitando suspendit, ut apud Xenophontem ἐπὶ ἡρώτα εἰ ἐλάτῃ, quærebatur an dixisset. Item Lucianus πειρῶμεν ἐμὲ μὲν ἄν: fac periculum & explora an ego insaniam. Hoc quidem certe multis in locis Poeta imitatus est, idque maxime cum verbo possum, ut Epist. 7. hujus libri, ἴσπισσε, si possim, quod Græci dicerent ἐφορῶ εἰ δυνατὰ μιν. Sic Xenophon Paed. 5. ἀλλὰ ἄλλοτε ἀλλὰ πειρῶμαι ἐφωρῶ τε εἰ πέμψῃτο, εἰ περὶ δέοντο verum ille interdum obsequians alibi observabat & diligenter curabat, num aliquid egerent. Item Epist. 6. Si posset certum. Item Epist. 1. li 2. S. dignè vertere posset. Quamvis autem hunc Hellenismum agnoscas, explenda tamen tibi erit ellipsis τῆς ἐστ.

Malè facta.] Pro hoc Suet. in Octav. 16. M. Antonii societatem semper dubiam & incertam reconciliatibusq; variis malè fultam abruptè tandè: ubi male legitur focillatam. Galli sententiam Poetæ sic interpretantur, une amittit malè fouldes & consue netsent & sed effact incontinent. Sedposito verborum aucupio cōsideremus, quanti sit ponderis ac momenti res, ad quam Poeta Florum hortetur: in quo certe Horatius mihi videtur

imitari Socratem, qui, sicut refert Xenophon de factis & dictis illius lib. 1. censebat omnia tentanda esse, ut dissidentes inter se fratres in gratiam restitueremus. Quo enim arctiori conjunctione homines cōstricti tenentur, eò acerbiora sunt odia, & vehementiora dissidia oriuntur inter ipsos illa diremptâ. Itaque cohortatione Chærephontem & Chærekratem fratres inter se contententes ad concordiam revocavit Philosophus ille: acerbitas autem & vehementia offensionis fraternæ & contentio præ cæteris nota fuit nostro sapienti Salomoni, qui Prov. cap. 18. vers. 19. illam μάλλιν ἀσπασθῶν, id est, magis rebellem, & tanquàm dicere liceret, magis irreconciliabilem esse docet, quàm oppidū fossis, vallis, mœnibusque firmissimis munitum contra suum principem: magis quoque obfirmatam, quàm pessulos repagulaque regii Palatii, ubi ararium & armamentarium collocata sunt, adversus nocturnos fures. Ut igitur illa loca non facillè perfodias, effringas & expugnes: ita ira fratrum non facillè reprimi potest.

Quod ita Polynices in Phœnissis Euripidis queritur: ὦ δεινὸν ἔχθερ μὰ τῆς εἰκείων φίλων καὶ δούλιότητος ἔχθερ τὰς διαδράχας. Hic puto legendum, εἰκείων φίλων familiarium & amicorum, id est, quàm gravis est inimicitia o mater, similitum amicorum. & quàm difficile concitatur. Idem Poeta in Iphigenia Aulide: δεινὸν καὶ πηγήτοις γίνεσθαι λόγους, μάχας δὲ ὅταν ἐμπέσωσι εἰς εἶν μίσηρον & grave est inter fratres exoriri quæstiones & rixas de quavis re, vel quum incidunt in contentionem. Hujus rei rationem affert Aristoteles lib. 7. Polit. cap. 7. Quod a quibus beneficium debet, sibi arbitrantur, ab ipsâ præter officii prætermisionem damnatum accipiant, unde in proverbium abiit. Bella inter fratres esse acerbissima: qualia memorantur inter sacra Caini & Abelis, Esau & Jacobi: inter prophana Polynices & Eteoclis, Romuli & Remi. Fuit quoque odium Antonini Bassiani Caracallæ, qui fuit filius Severi Imperatoris in fratrem Getam infelissimum, cui non erat satis illum in gremio matris occidisse, nisi illius cædem postea cumulasset nec amicorum. Facit igitur prudentei Horatius, dum fratrum animos mutuis incensos odiis maturè restinguere conatur.

Cervicè indo.] Servius in Virgil. scribit, hanc vocem in singulari dici de collo, in plurali de superbiâ: sed fallitur: quia & cervicem & cervices frangi dicitur de amputatione hujus partis & quod de fastu & arrogantiâ dictum inveniatur, hoc translato sita bestiis contumacibus, refractariis & jugum detrectantibus. Hanc autem phrasin, indignum prope fœdus, Cic. enunciaret, vos indigni & inhonesti, qui pacta fœdera & reconciliationes renovato odio frangatis & violetis, quomodo loquitur Terentius in Eunu. Act. 5. Sc. 2. Nam si ego digna hac contumeliâ sum maxime, at tu indignus, quis faceres tamen. Sic loquitur Plato Epist. 7. ἢ ἀπείριον ἀκείσειν καὶ μὴ νέειν. Non est indignum juvene & non juvene audisse. Indigni rumpere. Gal. Cervicis est de honore de ne garder pas la reconciliation & paix faite entre vous, quod Græce dicitur, ἀνάξιον μὲν ἐκ ἐμὲ μὲν τὰς συνθήκας, καὶ τὰς συνθήκας, ἀλλὰ ἀντὶς λυεῖν ἀίχρως.

Explicatio Rethorica.

Allegoria est e metaphoris a captivis in quorum pedes inducuntur lignæ vel ferreæ compedes vel catenæ. Similis fuit Ode 11. lib. 4. Tenesq; gratâ compede victum: quod uno verbo potest Græcè dici πεπεδημένον κατὰ χεῖρας, ut Hebrus vincus compede nivali sinetropo, ἔβρε τὰς χεῖρας πεπηγῶς. Hebrus glacie nivali concretus & compactus

Synecdoche est generis per Enallagen numeri periphrastica Helleponti, ut turres pro arcibus Sestu & Abydi, & potius pro ipsis oppidis. Metaphora est nota pro conventu & comitatu doctorum virorum, qui comitantur Tiberium. Paullò aliter est translata hæc Od. 3. l. 1. ubi cohors ebrum dicitur,

d Metony.

d Metonymia est subjectorum pro libris scriptis de rebus Augusti in bello & in pace gestis: quarum memoria diuturna est futura.

e Sumtum a liquidis, pro, commendat memoriae multorum posterorum.

f Metonymia subjecti pro nomine Titii, qui ipse scriptis celebratur, & in ore omnium versabitur.

g Allegoria est ab aquarum abundantia & paucitate, ad significandam ubertatem carminis Pindarici, & aliorum jeunitatem.

h Metonymia est subjecti pro versibus Lyricis & Latinis, qui fidibus canebantur, ut Thebanos modos pro Pindaricis, quorum scriptor Thebanus fuit, & Dirceus Ode 2. l. 4. dictus.

i Metaphora est ab ampulla, & lecytho, vase ventris tumidi, & oris stricti, Gall. *Phsolle*, pro, loqui & scribere magnifice & superbe, ac velut edere sonitum similem ei, quem reddit liquor ex ampulla effluens, simili tropo dicit *θήσει λικυθῶν* lib. 13, pro amplificare, & pigmentis oratoriis illustrare, & Scholiast. Aristoph interpretatur in avibus, *μικρὸν βοῶντι καὶ φασίην*. *vehementius clamare & strepere*, *ὅτι λίκυθὸν περισημένῃ ἵχυν ἀποτέλει*. quod ampulla vel olearia, vel unguentaria, vel pigmentaria fluitu distenta sonitum edit, ut follis.

k Agnosco hic synecdochen generis pro Poetica. Sensus igitur est: Titius condit poema turgidum & inflatum, & superbum, quod tamen potest intelligi *εἰρωνικός*, ut dictum est in Dialecticis.

l Simile est polyptoton illi prioris Epistolae: *dicte & dicende*, quod Graece reddas *πρόσῳτοι κέλευσος ὕν διαλέξει, παρὰ τὴν εὐθείαν, μάλα καὶ παρὰ τὴν εὐθείαν*.

m Metaphora est a corporis bonis ad illa ingenii: quales sunt libri strictae vel solutae orationis & aliam mentis opera, quae ne compilet, neque pro suis venditet, Celsus hic monetur.

n Aperta est metonymia adjuncti simulacri pro aede Palatii sacra Apollini, juxta quam instructa fuerat bibliotheca omni genere Graecorum scriptorum & Latinorum referta, ut dictum est Ode 51. l. 1. Simili tropo dicit Suet in Octav. c. 11. *Supra duo milia librorum fatidicorum undiq; contracta cremavit, ac solos retinuit Sibyllinos, hos quoq; delectu habito, condiditq; duobus forulis accuratis sub Palatii Apollinis basi*.

o Metonymia est adjuncti pro plumis versicoloribus.

p Allegoria est ab apibus, quae circumvolitando explorant suavissimos quosq; flosculos, & suaviores delibant & carpunt ad mellificium, ut significet Poeta, id se valde cupere, ut sciat, quod genus melliti & suavis carminis Florus meditetur. Tale loquutionis genus fuit Od. 2. l. 4. comparate tractatum, eamq; ob rem proprie sumtum.

q Nota est metaphora ab asperis, incomtis & hispidis corporibus ad ingenium limatum, docile & subactum.

r Nota est quoq; translatio qualis est in Bruto Ciceronis, *Linguam acere exercitatione dicendi*, pro praeparare & exercitare Gallice: *affiler & habiliter salangue*, quod proprie dixit Ode 20. lib. 3. de laena: *que dentes accuit tremendos*. Haec certe exercitatio perutilis est turbide & blasè loquentibus, ut Alcibiadi & Demostheni dicitur profuisse.

s Ita Virgilius Eclog. 8. *victrices lauros* per quamdam metonymiae speciem, pro, denunciantes victoriā, vel, ornantes victores: quomodo videtur Cic. 1. ad Attic appellare *litteras victrices*: sed proprie hic Poeta Ode 4. l. 4. Rhetorum & Vindelicorum catervas diu lateq; victrices vocat, non denunciantes victoriam, sed etiam consequutas saepe olim & diu ea potitas.

t Metaphora est a chirurgis, qui fatus quosdam ad sedandum & leniendum dolores adhibent partibus corporis male affectis, & ad pus maturandum: attamen haec fomenta sunt saepius longe diversa. Non enim avellant malum, sed efficiunt, ut ingravescat: ideoq; remota, ut minime profutura, quemadmodum dixit Epistola proxima, podagram non sanati fomentis, sed recrudescere postea morbum. Sic studia honorum & divitiarum vocat fomenta curatum, id est, alimenta & pabula cupiditates alius alias mordacesq; curas cummulatura.

u Ex hoc duplici genere synecdochicis intellige, collocandam esse operam & curam in percipienda primū sapientia, deinde in actum vitae moribusq; proferenda: si volumus nostris civibus prodesse.

x Metonymia subjecti pro civibus & popularibus nostris unā cum epanaphora.

y Allegoria e metaphoris a corporibus frustra compactis, quum statim dissolvantur ad malam animorum conjunctionem indicandam: talis fuit reconciliatio Flori & Munatii, talis Antonii & Augusti. Similibus tropis utitur Cic. Epist. 50. lib. 3. *Hoc mihi da atq; largire, ut Manl. Curium sartum ac rectum, ut ajunt, ab omniq; incommodo, detrimento, molestia sincerum integrumq; conserves*. Ubi interpretes annotant, id, quod est rei inanimatae ad hominem translatum esse. Proprie autem eundem loquutum Epist. 11. ejusdem lib. *Arpinatum quidem omnia commoda omnesq; facultates, quibus es sacra conficere & sartum tecta a dium sacrarum, locorumq; communium tueri possint, &c.* sed de sartis tectis vide Festum.

z Hoc verbum translatum est ab his, quia alieno arbitrio vehuntur, minime sui potentes, ut Od. 9. l. 2. annotatum est ex Agell. ad vehementiam cruciatus, quo imperitirerum & irati anguntur indicandam. Est praeterea in *calidus sanguis* synecdochica periphralis *ira*, ut metaphora a bestiis indomitis.

EPIST. IV. AD ALBIVM TIBVLLVM.

Theticum.

Cui nihil deest a Diis ad aliquod nobile facinus obeundum, huic quilibet dies tanquam postremus in illo efficiendo consumendus est.

Albi nostrorum sermonum a candide iudex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pa-
dana?

Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula vincat?
An tacitum sylvas inter reptare salubres,
Curantem quicquid dignum sapiente bonoq; est?
Nō tu corpus eras sine pectore? Dī tibi formam,
Dī tibi divitias dederant, artemq; fruendi.
Quid voveat dulci nutricula majus alumno,

Quam sapere & fari, ut possit quae sentiat & cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde,
Et mundus victus, non deficiente crumena?
4. Inter spem, curamq; timores inter & iras,
5. Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.
Grata superveniet quae non sperabitur hora.
5. Me pinguem & nitidum bene curat a curae vises,
Quum ridere voles, Epicuri de grege h porcum.

ET si ethetico facile est cuivis vel mediocriter erudito ratione differendi perlecta, & ex Epistolae hypothesi penitus perspecta & plane cognita hoc assumere, Albio Tibullo post magna bonorum iacturam a Diis superpetere necessaria adhuc ad opus memorabile faciendum, & concludere itaq; non esse dubium, quin ille in secessu Pedani praedioli quotidie curet, quicquid est viro bono & sapiente dignum: Non nihil tamen me suspensum & sollicitum detinuerunt haec tempora. *Non corpus eras, item, Du dederant*, ut ita e propositione assumeret. Nam per haec mihi videtur Horatius subindicare Tibullum pristinis fortunis eversum: aut certe bona illarum parte: quod potest etiam ex his versibus Panegyrici ad Mellalam in titulo 4. ipsius comprobari:

*Languida non noster peragit labor otia, quamvis
Fortuna, ut mos est illi, me adversa fatiget.
Nam mihi quum magnis opibus domus alta niteret,
Cui fuerant flavi ditantes ordine sulci,
Horrea, secundas ad deficientia messe:
Cuiq; pecus denso pascebat agmine colles,
Et domino satis, & nimium furig. lupog.
Nunc desiderium superest: nam cura novatur,
Quum memor ante oculos semper dolor admouet annos.
Sed licet aspera ora cadant, spoliata relictis,
Non te deficient nostra memorare Camena.*

unde conjicio istam bonorum iacturam iam tum factam, quum Elegiam i. lib. 1. scripsit, ubi innuit se ad rei familiaris tenuitatem redactum:

*Divitias alius sub vo sibi congerat auro,
Et teneat multi iuger a multa soli:
Quem labor assiduus vicino terreat hoste:
Martia cui somnos classica pulsa fugent.
Me mea paupertas vite traducat inertis,
Dum meus exiguo luceat igne focus:
Nec spes destruat, sed frugum semper acervos
Praebet, & pleno pinguis musta lacu.*

Verisimile autem est e lauto patrimonio tantum illi superfuisse Pedanum agellu, quod se recepit & abdidit: quod Horatius etiam postea hanc Epistolam misit. Quidam suspicantur avitas & patritas ipsius opes non claudibus belli Aquitanici, ubi eum diximus Ode. 33. l. 1. interfuisse, vastatas fuisse: neq; naufragio pugnae navalis effusa: sed conviviis & amoribus dissipatas: quod equidem facile crediderim. Jam redeo ad nostram argumentationem: cujus complexio in titulo est minoru collatione illustrata: quod poema faciat melius & elegantius poematis Cassii Parmensis: deinde e paribus quod ille inter salubrem & sylvestrem ambulationem res tam praclaras & graves com-

mentetur, quam sapientissimus quisq; & optimus soleat meditari.

2. Assumptio est amplificata distributione bonorum animi, corporis & fortunae, quae tria sunt velut subjecta, quibus haec adjunguntur: animo sapientia corpori dignitas formae; fortunae opes & divitiae.

3. Eadem facultates iterantur paullo fusius, sed tractatur comparate, quod nihil a quoquam possit cuiquam majus optari sapientia, eloquentia, favore, bono nomine, incolumitate, munditia victus, & mediocri pecunia, quae videntur ipsi post iacturam restare omnia: unde ipsi facile suppeditatur ad bene beateq; vivendum necessaria.

4. Haec e categoria adjunctorum eruta videntur, tanquam Prosyllogismus quidam, quem Hermogenes vocat *κατάσκευον λόγου* concinnam orationem, datur, inquam ad assumptionem pertinere, & consolationem de superiori iactura, atq; adeo admonitionem continere de sedandis animi perturbationibus, ut quemcunq; vitae statum Dii ipsi concedant, quamcunq; huius lucis vsuram donent, ea existimet postrema. *Habet enim*, inquit Plin. in Paneg. *has vices condicio mortalium, ut adversa exsecunda, & secunda ex adversis nascantur.* Idem suadet Torquato lib. 4. Od. 7.

*Quis scit, an adstent hodierna crastina summa
Tempora Di superi?*

Ita enim abjecta omni cura rei augendae jucundius ac tranquillius viveretur: ita quaecunq; fiat accessio vel rei vel temporis ad id praesens, quod extremum judicabit, multo gratius illud consequetur. Sic Tibullus de spe:

*Tum mala finissem loto, sed credula vitam
Spes fovet, & melius cras fore semper ait.*

5. Hoc mihi appositum videtur tanquam exemplum persuadendi Tibullo superius consilium, & accommodate ad sectam Epicureorum: de quorum familia erat hic Albius, & quorum magister sic docet suos discipulos lib. 2. de finibus: *Non ego intelligo, quid sit, aut ubi sit summum bonum, praeter illud, quod cibo & potione, aut aurium delectatione, & obscena voluptate capiatur.* Illud tamen ejusdem auctoris lib. 1. de finibus bon. *Clamat Epicurus non posse jucunde vivi, nisi sapienter, honeste, iusteq; vivatur: nec sapienter, honeste, iuste, nisi jucunde: quae sunt a Tullio expressa Latine ex Epicurei tertia Epist. apud Laertium: καὶ ἐστὶν ἡδὴς ἡν ἂν δὲ τῷ ἁριστῶς, καὶ καλῶς καὶ δικαίως. ἰδὲ ἁριστῶς καὶ καλῶς καὶ δικαίως ἂν δὲ τῷ ἡδὴς, &c.* Illud, inquam, sicut superius *Di tibi divitias dederant*, pugnat e diametro cum dogmatis Epicuri, qui Deos commentus est & confinxit nihil curare res humanas: unde vides Poetam nulli addictum esse familiae Philosophorum, ut praemonuit Epist. 1.

Enarratio Grammatica.

Albi.] Ex hoc versu Sat. 4. lib. 1. *Nonne vides Albi ut male vivat Filius?*

Cruquius suspicatur hic Elegiographu non intelligendum, sed potius avum ipsius, qui indulgentia profundendi bona sua filium Elegiographi patrem perdidit. Non dissimilis est suspicio Xylandri ex inscriptione veteri, ad Albiu amicum suum, sed ego hoc relinquo lectione historiarum magis illustrandum.

Judex scriptorum.] Quis in posterum audebit, ubi eloquentiae parentem & lyrae Latinae facili principem habuisse Titone & Albium Tibullu audierit, qui ipsorum scripta & examinarent & aliquando emendarent, quis, inquam, audebit se ἀναμαρτήτως ποιῆν πάντα. praedicare, *ἁριστῶν ἀρετῆ ἢ καὶ πρὸ τῶν ἡδῶν ἐλάττω;*

Nostrorum sermonum.] Ex hoc loco quidam argumentu sumunt, quo demonstrent Satyras describen-

das esse nomine sermonu, & hac descriptione distinguu ab Odis & Epodis. Verum de hac tituli controversia dictum est in Grammaticis Sat. 1. lib. 1.

Regione.] Sic dicitur regio, quae quid regi solet aut fepiri, ut regiones urbis, regiones agrorum & caeli. Galli interpretantur: *les quartiers de la ville, des champs, du ciel*

Pedana.] E Porphyrione intelligimus hanc regionem non procul esse Roma in Latio. Plin. l. 3. ca. 3. & adhuc retinere appellationem Pedanam: sed Pedum oppidum, unde regio nomen accepit. Pedana, sua jam aetate non existit. Ex eodem quoq; accepimus hunc Cassium Parmensem steterisse a partibus Cassii & Bruti, & Tribunum fuisse militum: quibus victis confugit Athenas quod missus Varius vel Varus & nactus eum studentem interfecit, eoque libros Romam asportavit, inter quos Thyeste tragicodiam memorat praeter alias multas ab eo conscriptas, ut con-

ut constare 10. Sat. li. i. ubi Etarufcus cognominatur un-

Tacitum reptare. Est spatium sylvestris in ambulatione...

Carmina secessum scribentis et otia quarunt, aut ad sectam Epicuream...

Tacitum. Grammatici sine magno Latinae linguae usu...

Sapiente bono. Ita geminat in arte, virum bonum et prudentem...

Non tu. Circumloquitur, quod uno verbo sepe dicit, excors...

Hunc ire tu speras hominem sine pectore, dotes posse satis forma...

Artem finiendi. Quod praeceptum Oeconomicum Menander prius tradiderat...

Quid voveat. Pro quid cupiat et optet alumno majus istis? De hoc verbo fuit Sat. 6. l. 2...

et. Quam quidem lectione non improbo: sed votum hujusmodi nutricibus tribuit...

Gratia. Hic significat studium et favorem potentiorum...

Mundus vitium. Sic definitus est Satyra secunda libri secundi...

Omnem. Sicutam institue vitam, tanquam hodie morte obiturus...

Grata hora. Eustathius in vers. Iliad. e sub finem lib.

Automatou epulou, moukon heron, des heron orai...

Sponte autem creperunt portae caeli, quas custodiebant...

ex hoc aperiendi ac claudendi caeli officio Horis mandato...

Me pinguem et nitidum. Habitiorem et succipien- tiorum...

Tunc nitidus plenis confusus rusticus arvis...

Phrasis autem Poetae posset Graece reddi, με λιπαρόν τε κη δαν...

quanto aut ego parcius, aut vos O pueri nituisistis?

unde videatur cutis nitescere et resplendere. Gal. gras, et en tel point que ma peau semble reluire...

Vifer, et. Hoc verbum distinguit Donat. in Hecyr. Act. 1. sc. 2...

Explicatio Rhetorica.

Metaphora est a lucidis corporibus ad integritate et aequitatem animi...

b Aporia est, addubitatio de occupatione et studio, quod Albius in agello Pedano abditus persequatur...

Πιστός ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντὶ τοῦ σώματος (fecit: Λεῖον ἐν χαλεπῇ Κόρυς, διχομοσίαν, Vix fidus et auro et argento dignus est, qui redimatur In gravi seditione, o Cyrne.

modus *inculta pacantur vomere sylva*. Scio equidē hos versus duos, *An tacitum, etc. & curantē quicquid*, ita explicari, ac præcipue verba prioris, *sylvas salubres*, a Porphyriōne, ut ex his libri Philosophici intelligantur: quā tamen explicationem quidam scribunt restringendam esse ad solam *sylvas* vocē, quasi verò altera, *salubres* abhorreret a facultate Philoſophiæ: quæ ab omnibus prædicatur medicina & cultura animorū, alii contra per *reptare inter sylvas salubres*, volunt locos graves & obscuros Philoſophiæ intelligendos, in quibus enodandis & ad usum revocandis oportebat Tibullum esse totum. Quod si hæc posterior explanatio vera est, referri debet ad continuationem verborum translatorum, i. ad allegoriam ex illis factā: quam ne omnino approbē, sed sententiā propriè intelligendā censeam præter *reptare*, ut ante dictum est, impediunt hæc, *scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes* Epist. 2. l. 2. Item Virgil. *nobis placeant ante omnia sylvæ*, ubi liberior est mentis agitatio, & ab interventoribus maxime vacua.

d Metonymia est subiecti pro animo & mente, 20
sedem Epicurus in pectore locabat, sicut dictū est Od.

§ 1.1. Quia autem annotant esse synecdochen, videntur definitionem hujus tropi ignorare, quæ est positio vel totius pro parte, vel generis pro specie, vel contra. Itaque quattuor modos habet immutandi, quorum nulli relinquitur hic locus potest, ut apparet ex annotatione Gram. & Rhet. in hunc versum Epist. 1.

Fervet avaritiâ miserq; cupidine pectus.

e Anaphora est in ejusdem vocis & soni repetitione.

f Metonymia est subiecti, pro non deficiente pecunia & nammis

g Altera est Anaphora, licet alterum *inter* nō occupet statim principium incisi secundi, ex hac particula existimo *σωμὴ δὲ λογισμῶν*, id est, per synecdochen membri, intelligendum totius corporis habitum, ut observatum est Satyræ §. lib. 2. in *Pelliculam curare jube*, quod est interpret. verba relatum.

h Quædam est hic Allegoria a sordidis bestiis ad immunditiam scholæ Epicuræ notandā: quæ se ita in voluptates abjicit & proſternit, ut immundi sues in volutabra.

EPISTOLA V. AD TORQUATVM.

Theticum.

Torquatus ad vulgarem & tenuem apparatus, frugalemque cœnam vocatur, ut omiſſâ sollicitudine suis heredibus divitias congerendi, defraudato genito, hilarius, ac jucundius discat vivere.

Si potes Archaicis convivâ recumbere lectis,
Nec modicâ cœnare times olus omne patellâ:
Supremo te Sole domi Torquate manebo.
Vina bibes iterum & Tauro diffusa palustres
Inter Minturnas. Sinuessanumq; Petrinum;
2. Sin melius quid habes, arcesse, vel imperium fer.
3. Jam dudū splendet focus, & tibi munda supellex.
4. Mitte leves spes & certamina divitiarum,
Et Moschi caussam & Cras nato Casare festus
Dat veniam, somnumq; dies: impune licebit
Aestivam sermone benigno tendere noctem.
6. Quò mibi fortunas, si non conceditur uti?
Parcus ob heredis curam nimiumq; severus
Assidet insano. 7. Potare & spargere flores
Incipiam, patiarq; vel inconsultus haberi.
Quò non ebrietas designat! Operta recludit:

Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem;
Sollicitis animis onus eximit: addocet artes.
Fœcundi calices, quem non fecere disertum?
25 Contracta quem non in paupertate solutum?
& Hoc ego procurare, & idoneus imperor, & non
Invitus, ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget nares: ne non & cantharus & lanx
Ostendat tibi te, ne fidos inter amicos
30 Sit, qui dicta foras eliminet: ut coeat par,
Jungaturq; pari, Brutum tibi, Septimiumq;
Et, nisi cœna prior potiorq; puella Sabinum
Detinet assumam, locus est & pluribus umbris:
Sed nimis arcta premunt olide convivâ cœ-
35 præ.
Tu quotus esse velis, rescribe, & rebus omiſſis
Atria servantem postico falle clientem.

Analysis Dialectica

Quam Di tradunt alicubi bona possidenda, & utenda, eum esse summe stultum & miserum, qui non illorum usurâ fruatur, nec finem ipsi faciat augendi libido: huic certe Torquato patrono, quò plures a Diis suppetebant opes, eò majori studio flagrabat novas paradi, nec præsentibus fruebatur: unde ei reliquū erat, ut miserè insaniret. Ita meo judicio Poeta voluit hunc sordidum Pleonectem Aristotelicâ crypsi, non apertè convincere insanix Argumenta autē hujus syllogismi sunt ex adjunctis & factis Torquati, quorum turpitudine Poeta studet illū ad cultum vitæ mūdiorē & elegantiorē a sordibus traducere. Elicio autem talem assumptionem ex his:

Mitte leves spes & certamina divitiarum.

& propositionem etiam ex his.

Quò mibi fortunas, si non conceditur uti?

Hic ellipsis est, quorsum desiderē, aut congerē fortunas? Quæ sic brevius dispono: Cui adsunt fortunæ, is miser est & insanus, si abstinet illis uti: Torquato adsunt, nec utitur: ergò miserè insanit. Verum crypsin Poetæ nunc

λεπτομαρτῶς ac sigillatim examinemus. Ab eo prudenter formula frugalis cœnæ initio proponitur ex populari accubatione veterū, victu tenui, vino exiguarum virium, summā tamen suppellectilis mūdicia, ne se putaret Torquatus ad lautam & magnificā cœnam vocatū: cujus vitandā specie rusticā & incultam parsimoniam homines sordidi & præparci confectari solent, & quasi illa Torquati esset nostro Poetæ ignota, & eum existimaret solitū elegantius describere, lautius cœnare, & melius bibere, dicit non sine tacito joco, *si potes*, quū hominis rustica parcitas satis indicaret eū valdè abhorre a mūdicia & elegantia convivorum recentium.

2. Hæc videntur tollere antecedens enunciati cōnexi: quò facilius intelligentiæ gratiā sic repeto, si potes, vel ut verius enunciatur, si soles more veterū in convivis discumbere, tenuiter cœnare, & vinū minimè generosum bibere, veni sub vesperū mecum cœnatū. Nunc pro, quò rectum videbatur, non soleo tam tenuiter cœnare, Poeta reponit ex majoribus, si domi tuæ meliores epulas, & vinū generosius habes, jube huc afferi, vel eò me voca-

ei, vel

si, vel paterè tibi potionem apud me infundi, & olus apponi de meo. Non dissimili quidem conditione Catullus invitat Fabullum ad cœnam, & ad epulas: Cœnabis bene, me Fabulle, apud me paucis, si tibi Di favent, diebus: Si tecum attuleris bonam atque magnam cœnam.

3 Quasi huic inde jam condicta esset cœna, denunciatur triclinium luculèto foco & nitidâ suppellectili jam instructum: quod attinet ad formam superiorem talibus adjunctis explicatam.

4 Quia studium & expectatio divitiarum ampliorum semper anxios affert animi motus, jubet illa de poni, ut gravissima voluptatis & benè nutriendi corporis impedimenta.

5 Ad intermissionem curarum ex adjuncto invitatur: Dies crastinus est natalis Augusti Cæsaris, quo licebit in meridiem usq; dormire, & reliquâ lucis ab omni cura & opere vacuum transmittere. Indulgeamus igitur genio, & demus nos liberalibus & jucundis sermonibus per totam noctem.

6 Propositio hæc constat ex fine quem urget, velut contrarium apophthegmati Di-nynisii, qui vetabat ne cives sui perabusum efficerent, ne utilem pecuniam defodiendo, aut aliter includendo, & recondendo, redderent inutilem, cum Grecè nominetur ab usu, quo quidem caret defossa, ac proinde inconclusionè tali quod prius erat fit tanquam diceret, propositio inquam augetur adhæc verba, affidet in sano similitum collatione, qui parat & asservat opes, sine usu & modo, est ferè timilis infano.

7 Colligit ex antecedente per quoddam confectarium sibi propositum deponere omnino studiù talis Pleonexia atq; genio indulgere, itaq; ad hilaritatè cœnulæ se Poeta cõparat ex ebrietatis causis, potu immoderato, & copiâ odorum, quibus tamen calefactum cerebrum solet laborare: undè postea existunt hæc septem effecta, quæ Plinio sunt ebrietatis opera, lib. 14. cap. 22. de vitanda ebrietate, quod leges. Illa sunt iudicio intemperantium laudabilia: qualia ipsemet Poeta probat, ut hominem præparcum a sordibus vitæ abducere queat. Egregium verò consilium, ut quis vitato altero intemperantiæ extremo in alterum turpiter intidat, & ex eo evadat infanus. Est enim Senecæ Epist. 84. Ebrietas nihil aliud, nisi voluntaria infania: que arcana prodit, stultè confidentem ostendit: cornua pauperibus erigit: temerarios reddit: curas mordaces abigit: falsam scientiæ persuasionem temulentis inducit: garrulos & loquaces facit: demque in summa paupertate dissolutos & prodigos efficit. Insignis est ibidem comparatio ebrietatis cum dolo vinimulti; non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus: quemadmodum musto dolia psarum puntur, & omne, quod in imo jacet, in summam partem vis caloris eiecit: sic vino exastuando quicquid in imo jacet abditum, effertur & prodit in medium. Quemadmodum onerati vino non continent cibum vino redundante: Ita ne secretum quidem: quod suum alienumq; est pariter effundunt. Hæc autem vini opere racensentur ab Aristotele in 30. Sectione quæstione 13. proplem. per septem, ut in hac epistola, gradus potationis autificos. ut Lucretius loquitur & quales eadem conse qui toleant gravissimi morbi, ibidem memoratur: cujus quidem loci attentæ lectio non parum juvenibus magnis poratoribus profutura est: ut inde discant parcè, temperanter ac sobriè vivere, nisi malint per summam stultitiam & miseriam suâ intemperantiâ corpus tradere effectum & morbidum senectuti. Propter tales ebrietatis effectus dicitur ois illeis Homero Odyss. 5. sub finem, quod epithetum Hesychius interpretatur μερὸ ποίος, potorem

reddens stultum & insipientem. Ideoque Solon præmonebat, πίνων μὴ πολλὰ λάλει, ἀμαρτήσῃ γὰρ, inter vinaloquens multa peccat. Leges ibidem similes his effectus vini, undè videtur Horatius præsentis defumisse, & Plinius caput superioris libri, sicut contracta quem, &c. e Diphilo apud Stobæum de Baccho:

Οταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῆς μοι. ut versus hunc antecedentes ex eodem ibidem quò quidem addi potest parecholis, hæc vitia posse nomine τῆς ἀτασθαλίας ex Athenæi lib. 1. & Eustathii in Odyss. 1. comprehedi. prioris interpretatio Latina hæc est, Quum primi homines, quibus minime copiosus suppetebat cibus, in primum oblatum confertim ac certatim irruerent, habentibus ipsum eripiebant, ob idq; cædes fiebant, nullo ordine recto, nullis frenis licentiæ injectis: Unde versum simile videtur τὸ τῆς ἀτασθαλίας ἐνέμασμα γεγονέναι: quia homines in convivio primum omnium cœperunt alii aliis dare damnum nec a mutua temperantia noxa. Sequitur interpretatio Eustathii, ac potius definitio per quandam notationis speciem, atasthalia est dementia non damnis tantum celebrata, sed noxâ etiam: quæ in convivio contrahitur e temulentia. Quum autem hic dicitur, spes jubet esset ratas, in prælia trudit inermem, hoc videretur nonnullis quandam præle ferre fortitudinis speciem; sed Aristoteles illos notat tali opinione lib. 3. Ethic. ἂν δὲ οἱ ἐνελπίδες ὄντες εὐδρείοι. διὰ γὰρ τὸ πολλὰ κί, πολλὰς νενικηκέναι διαρρῶσιν ἐν τοῖς κινδύνοις. i. neq; tam quos bona spes tenet, fortes existunt? nam quòd sæpe eosq; multos vicerunt, fidunt sibi in periculis: ad quos ibidem aggregantur ebrii. τῶν δὲ ποῦσιν κἰ οἱ μεθύσι μὲνοι. ἐνελπίδες γὰρ γίνονται. i. tale quiddam faciunt etiam temulentis. bonâ enim spe sunt præditi. Sed vinû eos prohibet provisione atq; præcautione periculorum: de quo etiam leges lib. 3. ad Eudemum & 4. Tusc. Cic. de fortitudine. atq; præter hos omnes leges Seirachidem ca. 31. ἐν ὄνῳ μὴ ἀνδρῶν, πολλὰς γὰρ ἀπώλεσεν ὁ οἶνος. Gallicè, ne monstretam vaillancè abien boire, carle vir en a fait perir plu siers: Huc libet præferre, q; Michael Hospitalius Franc. Can. scripsit epist. 15. ad Jac. Fabrû. quò deduceret Margaritâ Reg. Henrici 2. sororem ad Sabaudum ducè ipsius maritum. Epistolæ initum est, Treis adeo totos descripsit & amplius orbes Lima ferens; deinde sequitur pag. 4.

Vis etiam monstrem curæ nos esse Deorum,
Ac memorem non visa prius miracula quadam:
Et que votivâ videat si picta tabellâ
Posteritas hominum miretur? ut ad juga montis
Venimus, a Tara cœpit qui nomina vico;
Dum male firma loco vestigia ponit iniquo;
In præceptis cadit, inter equorum terga rotasq;
Et memor usque suis ferventem sistere currum: ubi de familia Manlia & ratione nominis Torquatus, satis egimus:
Obnoxius frustra pedibus conatur: at illi
Per medium pectus, per viscera ferrens orbis
Volvitur, attonite certatim tollere corpus.
Accurrunt socii. Jam se se exererat ille
Impiger, ostentans nudum sine vulnere pectus.
Credatur ebrietas, multos que perdidit olim.
Hunc servasse virum. Nam multo quum gravis esset:
Inflatus venasq; mero, robustius actas
Sustinuitq; rotas, & pressum ponderis omnem.

Hæc equidem protuli, ut essent documento inventuti magis parcè, continenter, sobriè ac severè, quàm luxuriosè vivendi.

8 Munus architriclini distributione quadam e fine quintuplici explicatur, quod, quum mentis sanitatem & integritatem requirat maximè, ante ebrietatem explendum, atque aded describendum esse videretur: Libenter, inquit, mihi partes architriclini mandari

pator, & scitum convivatorem me prebere gestio, ut omnia nitecant in triclinio: lecti discubitorum honestis toralibus insternantur: mappae sint munda: Pocula & catini ablutione ita splendeant, ut ad motorum corporum imagines intuentibus facile reddant: ut nemo ad cenam vocetur, qui dicta convivalia foras efferat: ut conviva paris

ordinis, aut non admodum disparis congregentur. Haec quoque: ut proximè consequentia de numero convivarum pertinent ad formam cenae superioris. Postremo, Ne sit in mora cum paucis umbris, ut sit accubatio laxa, taterque odor vitetur, & clam suis clientibus exeat domo per posticum, admonet.

Ennaratio Grammatica.

Torquatum.] Hunc credo esse Manlium Torquatum, ad quem scripta est Ode 7 l. 4. de non speranda homini in hac vita immortalitate, sed de illa jucundè ac mundè degenda. Hujus nominis fuit acerrimus potor Novellius Torquatus Mediolanensis, cui inde cognomen fuit Tricongius, quod uno impetu epotasset tres vini corgios, spectante Tiberio principe miraculi gratia. Plinius libro 8 capite in Dialecticis citatis.

Archaicis lectis.] Archaicis desceditur a voce Graeca ἀρχαῖος & haec ab ἀρχαῖος, quae utraque sonat idem, quod παλαιός, antiquus, priscus, vetustus, & quia antiquitas, alioqui veneranda, artibus parum fuit exulta, & primae institutioni nimis superstitiosè adhaerens, & politici inimica, factum est ut ἀρχαῖος sumatur pro simplici, rudi & imperito, unde ἀρχαῖος φρονέω in Aristo. hanc, pro redolere & respicere rem ac simplicem antiquitatem: quod tam interpretantur alii per μωρὸς φρονέω, quomodo loquitur Sophocles in Ajace:

Μωρὸς μοι δοκεῖ φρονέειν, εἰ τῆ μὲν ἡδὲ ἀρετὴ παύειν νοεῖς.
Desipere mihi videris, si putes nunc meos formare mores.

alii vero per *sapis* & *oles rudem* & *simplicem vetustatem*, ut jam dixi. Itaque videntur hic lecti Archaici declarandi, qui rudi & imperito artificio sunt fabricati, *facti ala vicille* & *grosse facon* & *mode*: quali contentum fuisse Augustum Suetonius scribit in ipsius vita, cap. 73. *Instrumenti ejus & suppellectilis parsimonia apparet etiam nunc residuis lectis atque mensis: quorum pleraque vix privata elegantia sunt.* Sic Plutarch. in Public. vocat ἀπλὴν ἀνδειάντα καὶ ἀρχαῖον τῆ ἐργασίᾳ: id est, *simplicem statuam, & rudi artificio factam*: quem locum Xylander & Cruquius in asserenda lectioni, veritate ex auctoritate codicum manuscriptorum prudenter notarunt, & ante utrumque Lambinus, lib. 2 Dion. Halic. ἀρχαῖον, ῥαγε, protulerat, *τραπέζας ἐυκλῆας ἀρχαῖας.* Gall. *tables de bois faictes a la grosse mode.* vetus tamen Interpres Porphyrio putat dici ab Archia rudi artifice, quem Turnebus est imitatus sicut etiam a Seneca, ut refert Agell. lib. 12. cap. 2. memorantur lecti Soterichi, ut jam relictis atque contempti propter imperitiam artificis: quibus quoddam Seneca comparasset orationem poeseos Ennianae, reprehenditur ab Agellio: sed mihi potior videtur prior ratio vocis.

Canare olus.] Sic loquitur Epist. 2. l. 2. De voce, *olus*, dictum est Sat. 6. l. 1. Dicit autem omne, pro cujuslibet generis. Querit igitur, num vereatur Torquatus, ne tenuis ac duivus solito apud se cenaturus sit. talem mensae instructionem praescribit puero suo Ode ultima lib. 1.

Modica patella.] Hoc ideo dicit, quia cives ditiores & magnificentiores grandibus utebantur patinis, ut e Sat. 2. Perfr. paret:

— sed grandis patinae tucetae, crassa
Annueret his superos, veteres, Jovemque morantur.
de quarum luxu Plin. l. 10. c. 51, Suet. in Vitell. c. 13. de

illa famosissima patina, quam ἀγλαία πολλύχη vocabatur: id est, *clypeum urbem tuentis.* De grandibus patinis sunt notae Sat. 2. l. ad v.

Occupat humanam? grandes rhombi patinae.] Hic autem modica patella intelligitur, in qua tenues ac viles epulae apponebantur tam Diis patellariis, id est, Laribus, ac Penatibus, quam infimis hominibus: sunt enim utrorumque hi gradus Cicero Philippi. 13. *Omnes te Di, homines, summi, medii, infimii, &c.* & Plaut. in Cistell. *Dei me omnes magni, minuti que, & patellarii.*

Manebote.] *Exspectabo te.* Ter. in Phor. Act. 3. sc. 1. *Manfurus patrum pater est, dum hic adveniat.* ita Graeci sumunt τὸ μένειν, pro *exspectare.* Homerus Iliad 7.

Διώτη δ' ἐπὶ Ἡλίον μὲν ὄσ' ἐν δόμασιν ἡμῶν.
Occidentem usque ad Solem te domi nostra expectabo.

Vina diffusa. Italoquitur Cic. 3. de Fin. *Quibus vinum diffusum è pleno sit anophoro* pro quo Varro dicit: *Ubi dies triginta praeterierint, transfundito.* pro quo barbarè *transvasare* dicitur, quum vinum in titid vel elacu, vel e cuppis, vel postea e doliis in testas & cados, & amphoras, in aliave dolia transfunditur ad aetatem diuturniorem, & usum probatiorem.

Iterum Taurus.] Concisa est admodum oratio, ubi ellipses sic explenda: Tu bibes vina jam ex eotempore diffusa, quum T. Statilius Taurus Consulatum gerebat secundum: quem Glareanus dicit in catalogo Consulatum minimè reperiti, & suspicatur eum in alterius locum subrogatum; quem Lambinus memorat L. Cannium Gallum fuisse, qui se moverat Consulatu, cujus collega fuerat Mar. Vipsianus Agrippa. Quantum autem interfuerit inter hunc alterum Magistratum & primum, sic Lambinus describit: *T. Statilius Taurus Caesaris Augusti collega primum fuerat Consul anno ab Urbe condita 717. iterum Consul ab Urbe condita 728.* Deinde subjicit haec vina non admodum esse vetera, nempe superioribus annis proximis diffusa. Hoc cerè nihil necesse erat addere, si verus fuit uterque numerus 717. & 728. quorum distantia est undenarius nomine annorum superiorum significatus obsecrare

Inter Minturnas.] Strab. l. 5. collocat Minturnas inter Formios & Sinuessam, utrinque ad stadia 80. Sinuessam autem notat a Setano sinu nominatam, ut jam dictum est Satyr. 5. l. 1. & Minturnas palustres appellat, quia, ut ibi scribitur, ingens palus in ea regione Taracinae objecta est: quam duo amnes efficiunt, e quibus majorem Aufidum appellant, & fortasse alterum Lirim, vel Erim: unde non est mirum, si vinum Minturneum & Sinuessanum sit virium imbecillarum. Bacchus enim amat colles.

Petrinum.] De Petrino nihil dum comperi, nisi quod quidam putant vinum esse Minturnensis regionis, ex eo tamen comperi Petrinum esse nomen villae a vico Petrino, qui fuit in Sinuessano, cujus meminit Cicero Epist. 10. ad familiarem Leptam: *Ne eare Petrinum tuum deseram: nam & villa & amoenitas illa commoratio nis est, non diversoria.*

Arceffe.]

Arceffe.] Gall. Envoie querir du meilleur vin, & autres choses, si tu en as: vel si melior cana tibi est domi parata, libenter ero tuus conviva: vel mihi convivatori pare, si non est. Imp. rium autem ferre est voluntati alterius subijci & obsequi.

Splendet focus etc.] hoc Græcè dicitur ἐπιπέπυτον ἀνθρώπων, ratio autem foci reddita est tam Græcè, quàm Latine Ode. 9. lib. 1 & Epod. 2.

Mitte leves spes.] Quod Græci dicunt, χαλὰς ἢ ὑπόπεμα τὰς ἐπιπέπυτον ἀνθρώπων, dissolve vel praevide leves spes: id est, leviter & inconsideratè conceptas, & levia gaudium præ se ferent. s. De Cæcubo tamen hoc Geographus scribit: Licet Cæcubum paludibus adiaceat, vineta tamen feracissima vini præcipuis enutrit arboribus.

Et moschi.] Moschus fuit unus e clientibus Torquati, cujus causam defendere parabat patronus ex ipsius officio.

Nato Casare.] Suetonius natalem Augusti collocat 9. Cal. Octobris: sed Dio, ut Horatius in Julio, quum notes sunt breves: idè hic dicitur,

At fixam sermone benigno tendere noctem.

Tendere noctem.] Nox æstiva brevis est, quam per natalem Caesaris Augusti licebit nobis multo sermone extendere & facere longiorem, vel, ut Cicero loquitur in Som. Scip. Licebit sermone in multam noctem producere, quum multa nos negotia vel suscipere, vel administrare, vel conficere cras oportebit.

Benigno.] Id est, prolixo, & longius producto.

Quo mihi.] Hoc Græci dicunt, ἐπὶ τῷ ἢ ἡ χάρις ἐπιθυμῶσά τῷ πικρῷ, ἢ τῷ πικρῷ εἰ μὴ μοι ἐξήντων παρόντων ἀγαθῶν ἀπολαβῆναι. Ellipsis est verbi alicujus: Quorsum mihi divitias optabo, quæram, ac asservabo conditas, si non audeo uti ac frui? Alij contendunt posse legi, Latineque dici, ac distingui,

Quò mihi fortuna, si non conceditur uti?

sed ita opus etiam erit eodem supplemento ellipseos, quò, pro, ad quem finem & utum, quorum quæram & comparem eam fortunam?

Parcus ob heredu.] Sic hunc eundem Torquatum, ut puto, hortatur Ode 7. lib. 4.

Cuncta manus avidus fugient heredis amico, Quæ dederis amico.

Vox autem parcus Agellio lib. 3. cap. 19, neque ab arca, neque ab arcendo, sed ab eo, quod est parum & parvum

Severus.] Pro quo Cic. lib. 3. de Offic. dicit acerbè severus in filium, ad cujus normam explendum hic videtur, avarus est nimium severus in seipsum ob heredis curam.

Affidet insano.] Affidere insano, est proximè ad insanum accedere mentis imbecillitate, quum quis se nec respiciat, nec curet, ut suis heredibus amplissimas opes relinquat. Hoc Græci exprimunt per ἄγνος εἶναι τῷ, ut Strabo de Elephantæ, quum narrat, ἀγνὸς εἶναι λογικῷ ζῴῳ, eum affidere animali ratione prædito: id est, ferè similem esse. Sed ad interrogationem, Quo mihi fortunæ? respondet ipsemet Poeta Od. 2. lib. 2.

Nullus argento color est avaris, Abdite terris inimice lamne Crispe Sallusti, nisi temperato Splendet usu.

Acerrimum autem querendi studium & perpetuum, infinitosque divitiarum acervos avari hac Theognidis sententiâ tuentur:

Φείδεσθαι μὲν ἀμεινον, ἅπει βαλὺν ἀπολαίει Οὐδεις ἀνὴρ μὴδ' ἄν, χεῖμα ἅλα λεπτόμενα.

Parcere quidem est melius, quam nemo mortuum lugeat,

Nisi videat divitias relictas.

Levissima sanè & vanissima tot laborum remuneratio est luctus, vel ex animo & verè permotus, quum vt plurimum fictus & simulatus sit. Sed qui sunt tam stultè providi posteritatis, audiant Davidem Psalm. 31. Ad eò imaginariam vitam ducit homo: ad eò temerè tumultuatur congerens, quæ quis sit percepturus ignorat. Audiant quoque Ecclesiastem cap. 2. Idem ego odi, & omnia, quæ sub Sole elaboravi, quæ sum successori meo relicturus. Quis autem scit, sapiensne sit, an stultus futurus, qui dominus futurus est omnium, quæ tanto labore ac sapientiâ sub Sole comparavi? Et certè hæc Salomonis sententia fuit prædictio & præsentio quædam stulti Roboami, a quo propter summam ipsius imprudentiam decem Tribus Israel defecerunt, & florentissimum patris regnum dissipatum est.

Incipiam.] Intolerabilis est hæc hominum persuasio qui putent neminem fore satis scitum vel convivatorem, vel convivam, nisi poculis se ingurgitet & vino madeat totus, οἶνο κατόχο, vino corruptus. vndè illos deducit sententia Theognidis:

Ἄφρονος ἀνδρὸς ὁμῶς καὶ σώφρονος οἴνου, ὅταν δὴ Πίνῃ ἕπερ τὸ μέτρον κερῶν ἐθνηκείνον. Ἐν πνεύμῳ χεῖρον τε καὶ ἀργυρον ἰδέεις ἀνδρας Γηνώκους, ἀνδρὸς δ' οἴνου ἐδείξει νόον. Καὶ μάλ' ἀπερ πικρῶν τὸν ἕπερ μέτρον ἦετο πίνων, Ὅς τε μετριομίαι καὶ πρὸν ὄντα σοφόν.

Tam desipientis, quam sapientis, vinum, quum immoderatè bibitur.

Levem & ventosam reddit mentem.

Igne aurum & argentum homines periti explorant:

Sed vinum arguit mentem hominis.

Et maximè sapientis: quod supra modum cepit haustu,

Ut notam infamie inurat ei, qui prius sapiens erat

De hac ebrietate dictum est Ode 12. lib. 1. Hæc profectò sententiæ e sapiente Hebræorum Salomone omnis sapientiæ fonte manarunt e 20. 21. 31. Capitibus Proverb. ac præcipuè 23. cap. ilias quædam malorum, quæ dat ebrietas, colligitur, quum ita queritur, cui va? cui dolor? cui rixæ? cui querimonia? cui vulnera impunè, cui oculorum rubor? Deinde subijcitur: Vini sectatoribus, & computationes timatum euntibus. Didicerat ille sapiens, quantum malorum dedit ebrietas Noachi & Lothi posteris ipsorum Cham tidis, & Ammonitis, & Moabitibus. Hæc ideo profero, vt adolefcentia maturè discat sobriè & temperanter vivere & ebrietatem fugere, & quibus vinum, & quorsum dandum sit, detur, inquit, idem sapiens, periclitanti temetum, & vinum marcenti animo, vt potus egestatem suam obliviscatur, suumque laborem non recorderet: cui simile est Socratis illud apud Xenoph. in συμποσι. οἶνος τὰς μὲν λύπας, ὡσπερ μανδραγόρας, ἀνδρας κομιζέει. τὰς δὲ εὐδαίμονους, ὡσπερ ἔλαιον ἀλατὰ, ἐξείρει, id est, vinum dolores, vt Mandragora hominem, sopit: letitias verò, ut oleum flammam, excitat. Hinc Poeta, lib. 7. lib. 2. vinum obliviosum appellat, quòd mala obruat oblivione. Item Ode. 11. lib. 2. Dissipat Enijus curas educes Item Ode 21. lib. 3. tales effectus tribuuntur amphoræ: Tu sapientum curas. &c. Itaq; teneat hoc adolefcentis Theognidis:

Οἶνος πρὸς μένος πούλους καὶ χόσ, λυδὲ τις αὐτὸν Πίνῃ ἐπειμείνας, οὐ κακὸς ἀλλ' ἀγαθός.

Vinum largè bibitum nocet: sed si quis illud bibat moderatè non nocet, sed prodest.

Patiārg.] Hujus Hellenismi meminimus Od. 2. lib. 1. ad verba: *patiens vocare Caesaris ultor*, hinc pro, patiar me inconsultum vocari.

Quid non.] Hoc Budæus ita Græcum fecit: *τί μὲν ἢ μὴ ἢ κἀποποιεῖ*. Est autem Donato τὸ *designare* vtrāque in partem & bonam & malam aliquid novi facere, quod altero etiam verbo sic conjuncto Græci efferunt: *τί ὁ μὲν βυβος ἢ κἀμυροῦ*: *quid ebrius novus non edit?* Hic antiphora universalis subjectio intelligenda est, nihil non designat, quanquam aliquot facinora subiciantur: affectus est admirantis & significanti r quam simplex pronuntiatio, nihil non designat. *ἔξειπεί τὰ ἀήρητα. δετέγει secreta*, quod animo concepit, sperat certum ac indubitatum fore. Hoc superiori opponitur, *leves spes*. Maxima quæque pericula intrepidè subit, vel inermis: in summa rerum tenuitate profusa est. Arist. probl. 102. hanc vim talia efficiendi gradatim vino tribuit: *Vinum enim paulò largius potum loquaciores facit: sed multò copiosius eloquentiores & audaciores: progressu tandem potandi dat precipites ad quidvis audendum.*

Imperator.] Hic versus citatur a Servio, lib. 10. ut notatum fuit Epod. 10. ut probaret τὸ *jubeor* esse invitatum, sed illic hanc primam person. protulimus e Ciccone, & nunc possumus secundam ex Epist. 11.

Abjicito potiù, quam quò proferre juberis, atque tertiam ex 7. *Manè cliens, etiam certus conviva, jubetur.*

Toral.] Est stragulum lecti discubitoria toro inclinatum, ut mappa, quasi manupa, quod e manu pendeat inquit Isidorus. Servius autem 5. *Aeneid* sic notat vocem *torus*, verbum est de verbo: nam ab herbis tortis dictus est torus. Ulsupavit præterèa *toral* in plurali Sat. 4. lib. 2.

Et Tyras dare circum illota toralia veste.

Dicitur præterèa *toral* per apocopen pro *torale*, ait Serv. *Aen.* 7. mantilia dici a manib. antè lotis.

Corruget.] Fab. Quint. vitur hoc verbo lib. 11. cap. de pronunciat. usus auctoritate nostri Poetæ, fortassis quia verbum ipsi aliquantò insolentius videratur: nam *corrugare nares & inflare & movere indecorum est oratori*. significat igitur, ne tætrum aliquem spireret odorem immunditia indèque *αἱ ῥίνας ἐπ' ἀναγκαστικῆς βυσσοῦδαι* cogantur *nares & rugas contrahi*, aut lentias fastidium stomacho, aut nauseam moveri contrà: ut pocula & lances splendescant speculi more. Hic gestus corrugantis nares vel ciispantis nasi est index & fastidij & ludibrij: prioris est hic exemplum, posterioris Sat. 3. Persij.

Ingeminat tremulos naso crispante cachmos.

Eliminet.] Verbum est e conjunctione, q. extra limen exportet, utque sodalitas e paribus componatur. Hoc autem est e pisco Spartanorum instituto sumtum: *διὰ τὸ τανέξω λόγος ἢ ἐκποδῆτέ*. per has fores non exeunt foras intus dicta. Idem Paullò aliter à Plutar-

cho effertur primo statim *συμπος*. probl. *πῶτῃ ἂν ἐξέρχεται λόγος* hinc non egreditur sermo. Hoc etiam propius litera diceretur, *μυθεῖς αὐτὸ εὔτος ῥιθύντα ἐκβάλλη ἐκ βηλλῆ*. mirum certè, quòd in tanta Græci sermonis ubertate nondam compertum sit verbum huic Latino respondens. Hæc autem sententia præcipuè a maximo convivarum natu pronunciabatur, ut est videre in vita Lycurgi apud Plut. sub medium.

Ut coeat.] Videtur hinc ellipsis discretivæ supplenda, *ut autem coeat*, id est, sed ut vnà par pari accumbat: quæ prudentia est symposiarchi, ut in epulari accubatione statuatur vicinos inter se pares ac lubentius comedere simul volentes.

Brutum.] Aldus Man legit Brutam, quæ videtur amica fuisse Septimii vel Septitij.

Assumam.] Ad convivium adjungam hos duos & Sabinum, nisi prius condixerit cænam puellæ potiori. Quidam construunt τὸ *prior* cum puella & interpretantur *melior*, quum nihil sit necesse, idem præferunt significante τὸ *potior*: sed præstat *prior cæna* conjungere, ac intelligere de ea prius condicte vel lautius instructa. Non equidem, ait Poeta, impedio, quin plures ymbras tecum adducas: sed cavendum, ne multitudo convivarum excitet illum graviolentem caprum & hircum. Callidè plures ymbras averfatur, de quib. copiosè fuit Sat. 8. lib. 2. annotatum, vndè licet repetere, quæ possunt intelligentiam hujus loci juvare.

Quotus est.] Quod tibi sodales vis tecum discumbere ad instituendum commodius apparatus. Huc adscribere libet ex apoph. Plut. scitè faceteque dictum a Philip. Maced. qui inter viam a veteri quodam hospite invitatus ad cænam permultos sibi occurrentes eò secum rex adduxit: quam quidem convivarum multitudinem agrè ferebat hospes: quia non satis epularum apparatus: quod vbi perspexit Philippus, jussit in autem singularum ymbrarum dici, ut locum relinquerent in stomacho placentis, & ita persuasi parciulque edentes expectarunt frustra placentas, sic provisum fuit ciborum paucitati.

Fallere clientem.] Ita sumitur eleganter τὸ *fallere*, pro celare & latere, ut alibi notavimus τὸ *fallere* a Græcis fluxisse *φύλιν ἢ σφάλειν*, fraudare & decipere, & posticum etiam dici *πυεθύραν ἢ πυεθύειν* & per posticum exire, *ἔξελθῆν κατὰ πύρας τοῦ οἴκου*, vel ut Polyb. loquitur, *διὰ πύρας ῥινοπέδης ἐξελθῶν ἐπιπυθῶν ἦκε*: per aliquod posticum egressus huc venit. Hunc locum præfert Servius in ver. *Aeneid.* 2. *limen erat, cacæquè &c.* per posticum, ait, ingressus est. Nam fores anteriores obsessæ erant. Est autem posticum neutrius generis, quod confirmat hoc loco: *atria servantem, &c.* & Grammaticæ præcepto: nam antica & postica in fæminino genere augurale est id est, significat partes regionum quæ observantur ab auguribus.

Explicatio Rhetorica.

Quoddam genus est τῆς *νομωσίας*. Deliberat enim cum Torquato de cænula certis conditionibus ac legibus condicenda: in quibus primum lecti Archaici ponuntur, qui ita dicuntur per metaphoram a rudi & minus-polito veterum artificio.

b Synecdoche est generis pro triclinaribus. Erant enim alij cubiculares, quos vocant toros Latini a funib. retortis dictos. Torus autem propriè est funis qui libet a torvo: quæ nominis ratio non multum ablu-

a superiori notatione Servij: vbi hoc dictum oportuit. præter hunc tropum posset etiam metonymia adjuncti notari, ut nomine lecti intelligantur culcitæ & stragula, quibus sponde & fulcra insternantur. c Synecdoche quædam est periphrastica solaris occasus, quod diurnum Solis curriculum certis quibusdam gradibus conficiatur, ut primus sit in ortu, vltimus in occasu. Sic initio 1. Epist. prima & summa sumuntur. Neque verò hanc summitatem referri oportet, ut ita loquar, ad illud punctum, quum Sol impendet nostro vertici

Vertici ad perpendicularum, medium inter ortum & occasum.

d Jam sapius notata est hæc ratio metonymiæ, ut Od 1.1.2. Motum ex Metello Consule, ut etiam Epo. 13. Truina Torquato move Consule pressameo, ubi e Consule significatur tempus vini reconditi vel diffusi.

e Metaphora est a duris prælijs ad acerrimum studium luminamque contentionem animorum in opibus non sine periculo sapius quærendis notandam. est præterea sententiæ figura, procatleptis in occupanda Torquati objectione, qui dicere potuisset, non possum tibi, o Flacce, cœnam condicere, quia oportet me ad causam Moschi cras agenda comparare. respondet Horatius Crastinus dies est nefastus propter natalitia Cæsaris. Itaq; potes, illâ causâ in alium diem rejecta

f Synecdoche est generis pro natali Cæsaris Augusti ac præterea metaphora, quia rei inanimæ datur sensus & motus, pro quo propriè dicendum est: illo die licet & fas est dormire in multum diei.

g Hoc est sumtum a sessionibus ordinum, vbi quialteri affidet, videtur ferè illi dignitate æquari. Non est mihi satis exploratm, an Græca παρὰ δόξαν, παρὰ δόξαν καὶ ἀσπίδα. affidere, assessor est assessor sic translata reperiantur. Non esset alienum sumere etiam a perpetuo gracculorum comitatu: ἀπὸ κοροῖς πρὸς κοροῖς ἔχεται. semper gracculus affidet gracculo, quod Aristot. 1.8. Ethic. de amicitia vsurpavit ex aliquo Poeta, ubi est πρὸν loco τῶ πρὸς Doricè.

h Meronymia est adjuncti pro, quid ebrius non designat? qui non est omnino madefactus vino, planèque obrutus, sed potest occurrentia in itinere pericula declinatione corporis devitare. pro hoc tropo interpretes hujus, aliorumque scriptorum notare solent abstractum esse pro concreto id est, ebrietas pro hominibus ebrijs ponitur, & figuram faciunt, quâ fit oratio grandior, quum res accipiuntur pro personis: sed errant in distinctione tropi ac figuræ, & in tribuenda Grammaticæ facultate grandior em efficiendi orationem: qualem efficiunt hæc tria partim materiæ dignitas, de

quas statuimus agere, partim ornamenta eloquutionis, partim argumentorum pondera, quib⁹ res enūtiatur.

i Hoc quoque est translatum a choragis ludorum, & designatoribus funebrium pomparum, qui populo semper student nova spectacula exhibere, quemadmodum sumitur in Adelphis Act. 1. Sc. 12. vbi Demea queritur de depravatione Aeschini filij sui: Nam, inquit, quæ antehac facta sunt, omitto, modo quid designavit. pro, quantum facinus novum admisit: O qu' il fact une grande meschamete tout de nouveau & freschement.

k Metonymia subjecti, pro largiori copia vini hausti & plenis poculis & pluitibus. Hic præter quam quòd in te, tibi πρὸς τὸν cernitur, μετονομα etiam observanda est in te subjecti pro adjuncta effigie oculis objecta: vnde rursus apparet synecdoche integri pro membro visorio in tibi

l Simili metaphora vsus est Sat 8. lib 2. Quos Macenas adduxerat, umbras, vt tibi notatum est.

m Metonymia est subjecti, pro, convivæ nimis angustè & arctè discumbentes expriment ex hirsutis alis gravem hircum. Quare laxissima debet esse epularis accubatio, ne tam tæter odor sentiat. Hic quum sint verba transumpta, cur non dicet aliquis. statuis ibidem μετὰ τὴν; moneo percontatorem pro responso, vntas revifat in Oden 6. lib. 1 ac præcipuè in Rhetor. ad vocem Stomachum: recta enim propria horum verborum analysis sic erit. sed convivæ nimis arctè discumbentes expriment fætidum odorem. Gallicè Ils sentreont le bouquin & vndem mauvais odeur.

n Ex his sanè perspicimus hanc Horatii sodalitatem non e nobilioribus ac ditioribus constitutam: qui solebant ante canam privatis balneis se lavare, ac inde loti accumbere: vnde non fuit pertimescenda illa τὸν μαρτὸν δυσωδία: sed ex artificibus & tenuioribus, qui veniebant illoti ad canam soleisque & locis detractis discumbebant, ut factitari solitum legimus in Plaut. & Terrent. vnde Nasidienus Sat. 8. surgens ex accubatione epulari, dicitur poposcisse soleas sub finem lib. 2.

EPISTOLA VI. AD NUMICIVM.

Theticum.

Quòd ei vacandum sit omni perturbatione, qui volet vivere beatè.

Nil admirari propè res est una, Numici, Solâq; quæ possit facere & servare beatum. Hunc Solem & stellas, & decedentia cælis

Tempora momentis, sunt qui fomidine nullâ

Imbuti spectent. 2. Quid censes c munera terra?

Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos,

Ludrica quid: plausus, & amici dona Quiritis?

Quo spectanda modo, quo sensu credis & ore?

3. Qui timet his adversa. ferè miratur eodem,

Quo cupiens, pacto: pavor est utriusque molestus:

Improvisa simul species exteret utrumque.

4. Gaudeat, an doleat, & cupiat, metuârne: quid ad rem.

Si, quicquid vidit melius pejûsve suâ spe,

Defixis oculis animòq; & corpore torpet?

5. Insani sapiens nomen ferat equus iniqui,

Ultrâ quàm satis est, virtutem si petat ipsam,

6. Inunc, argentû & marmor vetus, arâq; & artes

Suspice cum gemmis. k Tyrios mirare colores.

Gaude, quòd spectant oculi te mille loquentem,

45 Gnavus manè forum, & vespertinus pete tectum:

Ne plus framenti dot alibus emet at agris,

Mucius: indignum, quòd sit pejoribus ortus.

Hic tibi sit potius, quàm tu miserabilis illi

7. Quicquid sub terra est, in apricum proferet a-

tas:

Defodiet, condetque nitentia: quum bene-notum

m Porticus Agrippa & via te conspexerit Appi,

Ire tamen restat, Numa quò devenit & Ancus.

8. Si latus aut renes morbo tentantur acuto,

Quare fugam morbi. n Vis rectè vivere: quis non

Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis

o Hoc age deliciis. p Virtutum verba putas, ut

Lucum ligna: q cave ne portus occupet alter,

60 Ne Cybiratica, ne Bithina negotia perdas.

r Mille talenta rotundentur, totidem altera porro

Tertia succedant, & que pars quadret acervum.

Scilicet uxorem cum dote fidemque, & amicos

Et genus & formam s regina pecunia donat:

Ac bene nummatum decorat s Suadela Venúsque

10. Mancipiis locuples eget aris u Cappadocæ rex.

Ne fueris

Ne fueris hic tu, Chlamydes Lucullus, ut ajunt,
 Si posset centum scenae praeberere rogatus,
 Qui possum tot ait? tamen & queram, & quod
 habebo.

Mittam: post paullo scribit sibi millia quinque
 Esse domi Chlamydam: partem, vel trolleret om-
 nes.

Exilis domus est, ubi non & multa supersunt,
 Et dominum fallunt, & profunt furibus. Ergo
 Si res sola potest facere & servare beatum,
 Hoc primus repetas opus: hoc postremus omittas.
 Si fortunatum species & gratia praestat,

aa Mercemur servum, qui dicet nomina, levum
 Qui^{bb} fodiat latus, & cogat trans pondera dex-
 tram

Porrigere. Hic multum in Fabia valet: ille Velina:

Cualibet hic fascies dabit, eripietque curule,
 Cui volet, importunus & ebur. Frater, pater, adde,
 Ut cuiq; est etas, ita quemq; facetus adopta.

da Si bene qui canat, bene vivit: lucet, eamus,
 Quod ducit gula: piscemur, venemur, ut olim
 Gargilius qui manè plagas, venabula, servos,
 Differtum transire forum populumq; jubebat:
 Unus ut e multis populo spectante referret

10 Emtum mulus aprum: crude tumidiq; lavemur,
 Quid deceat, quid non, oblit, & Cerite & cerâ
 Digni, & remigium vitiosum Ithacensis Ulyssæi,
 Cui potior patriâ fuit interdîta voluptas.

15 si (Mimnermus uti censet) sine amore jocisq;
 Nil est jucundum: vivas in amore jocisq;
 Vive, vale: siquid novisti rectius istis,
 Candidus imperti: si non, his utere mecum.

Analysis Dialectica.

Hoc quidè certè Theticum Stoicum est, sic tam-
 en, ut ab Epicureis etiam vsurpatum
 videamus l. 5. Lucr. ad confirmandam ipsorū
 impietatem: nihil omnino admirandum est:

Nam bene quid dicere Deos securum agere avum,
 Si tamen intercâ mirantur, quâ ratione
 Quâq; geri possunt, praesertim rebus in illis,
 Quae supra caput ætheris cernuntur in oris,
 Rursus in antiquas referuntur religiones.

Sed illud in optatione magis versatur, quam in effecti-
 one verâq; humanarum affectionum vacuitate: quod
 ut Agellius scribit li. 19. cap. 12. e disputatione cujusdâ
 Herodis Attici viri consularis: nullus usquam homo,
 qui secundum naturam sentiret & saperet, affectionibus
 animi, quae πάλιν appellat, ægritudinis, cupiditatis, timo-
 ris, iræ, voluptatis carere & vacare totus posset, i. ἀπα-
 θής esse posset, ubi melius legendum putarem affectio-
 nibus animi, ægritudine, cupiditate. Talis autem A-
 pathiæ, quam vocem post Agel. vsurpo Latine. diffi-
 cultatem animat vertit Plut. de audiendo poemate: ἡ δὲ
 τοῖς θεοῖς, ὅταν εἰς ἀδραστὴν ἐμπέσωσιν, ἀπαθής, ἀπάθει ἔχου-
 ται καὶ ἀμαστίτοις. Ne Deos quidem ipsos quum in sortem
 & conditionem humanam inciderunt, perturbationibus
 & peccatis carere. Senec. valde laborat in explicatione
 hujus vocis ἀπάθεια, cum scribit ad Lucil. in ambigui-
 tatem incidendum, si exprimere ἀπάθειαν vno verbo
 scitè voluerimus, & impatientiam dicere, vel animum
 impatientem, tum enim significarem eum qui nihil
 aut velit, aut nolit ferre, quod homini Stoicò vertitur
 vitio. Sed satius est dicere animum invulnerabilem
 qui sentit quidem incommodum, sed illud constanter
 vincit, Itaq; nobis enitendum est, ut his perturba-
 tionibus, quas in vita hominum stultitia, quasi furias, e-
 mittit atque incitat, omnibus viribus, atq; opib. repu-
 gnemus, si volumus hoc, quod datū est vitæ, tranquil-
 le, placideq; traducere: quam pugnandi rationem cõ-
 trà furiosos animi motus, dum Horatius parat Numi-
 ciū docere, videtur homines in duo tribuere genera;
 vnū, quod nulla cujusquam rei capiat admiratio. Vsur-
 pet autem idem contra illam Democriti τὴν ἀδραστὴν
 tantopere celebratam in libello Plutarchi περὶ τῆς ἀπάθειας.
 atq; prætereâ illud a Pythagora dicisolutum, ex studiis
 sapientiæ se lucrum hoc fecisse, quod nihil amplius admi-
 raretur. Ita de scribit Aristoteles τὸν μαζαλολόχον lib. 4.
 Ethic. ad Nicomachum, qui nihil grandè atq; amplum
 ducat, οὐδὲ δαυμασίνος, οὐδὲν γὰρ εὐδὸν ἐστὶν. i. neq; admirator
 est, nihil enim magnū est in ipsius animo, quod, ut no-
 vum, amplū, & in auditum, admiretur & suspiciat. no-

ster vates horum, quos videt lector hic nominatos,
 sententiam absque dubio sequutus est accuratè & copio-
 sè. hic magnanimusetiam Græcè dicitur ἀπαθής, ut
 Plinius tradit lib. 7. cap. 20. Quosdam sapientiæ sectato-
 res torritate quadam naturæ durâ & inflexibili prædi-
 tos, humanis affectibus caruisse, qui & ipsi ἀπαθής no-
 minantur: non omnem tamen admirationem Aristote-
 les ipse improbat, quum eandem statuerit homi-
 nibus causam & principium illius Philosophiæ perci-
 piendæ, quæ in meteorologicis perspicendis versatur.
 30 Tam enim certum est, quam quod certissimum, homi-
 nes ubi admirati fuissent certos partim ac definitos si-
 derem & planetarum cursus, partim stata totius anni
 tempora & varietates, multaq; id genus alia, causas,
 quibus eorum quodq; efficeretur, accerrimo studio
 quæsiuisse. Ejuscemodi origo Philosophiæ existit,
 quam tamen magnus contemptus, magna invidia post
 tractationem consequuta est. Qui enim tractationi re-
 rum sublimium se dediderunt, cum ignomina & de-
 decore postea audiverunt μετεωρολόγους. i. de rebus subli-
 40 moribus nugantes blaterones, qualis audivit Thales ab
 anu quadam ipsum conspiciata in foveam delapsum,
 dum totus erat in contemplatione corporum caelesti-
 ū, & hoc Pacuvij ridiculo usâ, Quod ante pedes est, nemo
 spectat, celi scrutatur plagas.
 45 Huc accedat. quod parum religiosi haberentur, qui
 cureosè, anxieque pervestigarent, quæ deus occul-
 tiora esse statuisset; Ideoq; sapienter Socrates vsurpabat
 saepe vulgatum illud, Quæ supra nos, nihil ad nos, Ex
 illo autem genere τὸν ἀπαθῆν vester est sapiens planè
 parti animi participi rationis & intellectus obsequens,
 50 quod Græci dicunt περιέμενον τὸ τῆς ψυχῆς νοῦν, καὶ λογικόν.
 alterum, quod facile obstupescit quarumlibet rerum
 admiratione, quam ab ignorantia proficisci quisque
 exloratum in se potest habere aut cognoscere e stulti-
 55 tia veterum Romanorum, qui majestatem & felicitatem
 imperij Romani adè sunt admirati, ut illud augu-
 stum, sanctum, sacro sanctam, immortale omnes præ-
 dicarēt, ac Poetæ præcipuè, qui rectores illius loco De-
 orū haberent & venerarentur, vt facildè hic passim cer-
 60 nas. Cujus quidè generis est stultus partem ejusdè ani-
 mi expertè rationis, & affectib. obnoxia sequens, qui etiâ
 Græcè dicitur, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ἀλόγως καὶ ἀπειθαρχίας. Prius
 aut genº octo primis versibº declaratur ex adjunctis sic dif-
 positis & judicatis: Qui nō movetur admirabile rebus
 65 caelestium permanet in vita beatus: sapiens non afficitur illo-
 rum admiratione: vivit ergo beatus. Propositio est primo
 disticho. Assumptio autem ad hæc verba, sunt quidem esca.
 illustratâ

illustratâ partitione quadam rerû celestiu ex adjunctis.

2. Prolylogismus est summationis a collatione minorum: Si res celestes nihil habent admirationis, quum incurunt in sensus sapientis; tanto minus res terrestres, & mari ex ultimis terra partibus advecta: hæc quoque ratio enunciat quodam distributione rerum quæ videntur stultis admirabiles, ex aliis elementis suppeditarum.

3. Alterum quoque genus describitur primùm ex adjunctis, quod terra sterilitate, mercium naufragio, dolore repulsa graviter percellat: deinde parium collatione: quod equali perturbatione afficiatur timidus atq; cupidus: utriusq; enim mens loco movetur: ille ne metus mali impendentis angatur.

4. Pergit in demonstranda timidi & cupidi æquali admiratione, quod facit e principe perturbationum distributione, dum docet, utrumque eodem moveri modo, sive letitiâ, sive libidine, sive metu, sive egritudine moveatur. Sic enim Cic. lib. 3. Tusc. post inventam voluptatis & doloris originem & causam scribit. Est igitur causa omnis in opinione; nec verò egritudinis solû, sed etiam reliquarum omnium perturbationum, quæ sunt genere quattuor, partibus plures. Nam quum omnis perturbatio sit omni motus, vel rationis expertis, vel rationem aspernans, vel rationi non obediens, isque motus aut boni aut mali opinione citetur, bifariam quattuor perturbationes equaliter distribute sunt. Nam due sunt ex opinione boni, quarum altera voluptas gestiens, id est, præter modum elata letitiâ opinione presentis alicujus magni boni: altera vel cupiditas recte, vel libido dici potest, quæ est immoderata appetitio opinati alicujus magni boni, rationi non obtemperans. Ergo hæc duo genera, voluptas gestiens & libido bonorum opinione turbantur, ut duo reliqua, metus & egritudo malorum. Nam metus est opinio magni mali impendentis, & egritudo est opinio talis malis, ut in eorum rectum videatur esse angere.

3. Adeandem spectat æqualitatem timidi & cupidi docendam, hæc collatio majorum: Immoderata appetitio virtutis, quæ est res omnium carissima, laudatissimaque, sic numeratur in perturbationibus, ut, qui illam ultrò, quam satis est, expetierit, quum prius saperet, & æquus esset, insanus habeatur postea & iniquus: illa enim cernitur in mediocritate, quæ immodicâ ipsius appetitione detruditur in alterum extremorum vitiosum. Cercè qui cum certa spe capit munera terra, Arabum gazas & honores, nomen inani meretur, æqualique insaniâ movetur, atque is, qui eorundem privatione terretur, quia illa fortunæ bona longè postponenda essent ipsi virtuti, quæ cum non sint immodicè expetenda, multo sane minus debent expeti divitiæ & honores.

7. Efficat ex superioribus argumentis: stultum admiratorem divitiarum, honorum, & voluptatum, & studiosum pleonexia insanire: sed hæc complexio dilatatur rursus primùm distributione quadam rerum expetendarum per dissimulationem repetita. Deinde Pleonectes describitur e fine & duplici comparatione: quod ipsi omni industriâ, ratione, & operâ sit elaborandum, ne ab inferioribus se generis splendore, divitiarum multitudine, honore superentur.

7. Hic primùm noster Pleonectes a cupiditate deterretur instabili & alternâ divitiarum conditione: deinde loco diversorum: quod licet ipsius nomen sit celebre, illi tamen sit moriendum: quæ pars consequens enunciat parium collatione: quod illi perinde sit obeundum, atque summis quibusque ac celeberrimis regibus. Eadem sententiâ tractata est Od. 7. l. 4. sed collatione dissimilium:

*Damna tamen celeres reparant caelestia Lunc.
Nos ubi decidimus,
Quod pius Aeneas, quò Tullius dives & Ancus,*

Pulvis & umbra sumus.

8. Prætermisso divitiarum & honorû studio, cohortatio est ad studiû virtutis, ubi ego & quidâ alij existimavimus primos lex versus hæc: *ovineum* specie tamen differente, pronuciandos: sed mihi separatim ab illis pòdera verborum subtiliori trutinâ examinantivenit illud ni menté, de quo ipse in præfatione hujus commentationis jam præmonueram, crebras esse in hoc Poeta ellipses syndesmorum, & partium Logicarum, ut hic ante, *virtutum verba puta*, supplenda est meo judicio discretiva sed, aut ejusdem facultatis alia: tum certe perspicuum erit, sententiam cujusque axiomatis e loco diversorum erutam, hocque modo Pleonectæ pronuciandam a consulente Poeta: *S: tue Pleuritide aut e Nephritide, morbis acutissimis laboras, maturè fac his medicinam: situ quoque desiderio vitæ beatioris teneris, confer te totum in studium virtutis, eaque involve te adversus omnem Fortune temeritatem: sed si tu contrâ putas illam exiguarum esse virium, ut vi facile possit labi factari, per me tibi liceat rem quocumque modo facere vel te perditum ire.* Sitamen, Lector, prior pars divi. fortun. quæ constat e duob. axiomatis, ita *ovineum* consideranda esset ut par studium, aut similis opera in adeptione virtutis, atque in recuperatione sanitatis, poneretur, certe posset illa rationem virivivis comparati habere.

9. Hæc quoque diversorum posterior pars illustratur similitudine: ut prophanus homo putat lucum esse tantum caduum, nec ulli numini sacrum: sic Pleonectes arbitratur virtutem tantum versari in verbis disputationum scholasticarum speciosis sine ullo rei momento. Quod hic dicitur de vitute, Senec. dicit epist. 16. de moral. Philos. quod ea non sit artificium populare, nec ostentationi paratum, non in verbis, sed in rebus situm &c. vidè plura Sat. 3. lib. 1. Illud autem de humana felicitate in re familiari amplificanda confirmatur multiplici sine ac efficiente solâ & absolutâ ad verba: *Scilicet uxorem, &c. pecunia ingens coacta primum domino suo uxorem dotatissimam, fidem, amicos: deinde nobilitatem & splendorem, formæ dignitatem, felicitatem denique comparet: eundemque honorifice a Diis nuptialibus accipi faciat.* Hic Poeta facit pecuniam mundanæ felicitatis solam causam, sed Martial. lib. 10. plures vitæ beatæ colligit causas alias,

*Vitam que faciunt beatiorum,
Incundissime Martialis, hæc sunt,
Res non parta labore, sed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis, &c.*

Hoc autem conjugium, quod vel opibus, vel generis splendore, vel formæ venustate conciliatur non est cõstans & stabile, sed amor, qui prius videbatur cõstans, facile in odium vertitur, de quo sic Satyricus Juvenalis:

*Si verum excutias, facies, non uxor amatur:
Tres ruga subeant, & se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculiq; minores,
Collige sarcinulas, dicit libertus, & exi
Jam gravis es nobis, &c.*

non est igitur ducenda vxor nomine opum, formæ & cognationis, sed delectue ejus quam velis amare. Idè est judicandû de nobilitate divitijs parta, quæ tandiu tanto insuevit esse dedecori sic nobilitatis, ut jã in Proverbiû abierit *zavatos ei in Bazaris*, nobilis es ac generosus excrumenta. quod sic nobilitatis plerunq; intolerantius se gerat, quâ qui prædicatur imaginibus majorum, simul & propria viiute decoratus.

10. Noster pleonectes, qui putat divitijs plus valere ad beatam vitam, quam virtutem, impellitur magis ficto consilio, quam vero ad pecuniam congerendam, idque dissimilitudine, ut redundantiâ Luculli,

Luculli, non egestatem regis Cappadocum, imitetur.

11 Poeta ex opinione Pleonectæ, qui felicitatem vitæ collocat in divitiis, honoribus, gratia, & lautis conviviis. subiicit nobis velut sub aspectum acerrima studia, quæ conferre solent stulti harum rerum admiratores in hæc Fortunæ ludibria. & vitæ humane tormenta, quæ facile cognoscantur e descriptione nomenclatoris servi, ubi obiter Satyricè & per similitudinem perstringit Gargitium gloriosum venatorem, qui, quod carè in foro emebat, id se venando quæsisse prædicat.

12. Concludit e similibus & testimonio Mimnermi Poetæ: captos admiratione divitiarum, honorum, voluptatis, amoris, cum ignominia & dedecore tandem perituros, non secus atque socios Ulyssis, qui maluerunt libidini & intemperantiæ servire, & mores ferinos in auctore, quam rationi obtemperantes in patriam honestè redire. Audiatur hic contra hos perditos hominum mores Aristoteles li. 1. cap. 8. Ethicor., qui, ut demonstraret, ubi beatitudo hominis esset collocanda in possessione ne an in usu in habitu ne, an in actione: id primùm facit dissimilitudine habitus & actionis: illam felicitatem remouet ab habitu: quod sæpè contingit, ut hic, nihil præclarum gerat: qualis est in dormiente & otioso: unde beatitudo videtur ponenda in virtute actuosa, sicut deinde similibus firmatur, quorum protalis diversis enunciatur: ut in Olympiis non qui formâ & viribus præstant aliis, sed qui strenuè certant & vincunt, coronantur: sic qui rectè faciunt; ea consequuntur, quæ in vita putantur bona & honesta, cuiusmodi proponit puerorum pænia, quæ regnum rectè-facientibus offert, & in his sic illi exigant vitam iucunde, ut in se posita pu-

tent omnia. Est autem pulcherrimâ Basilij Magni cohortatio ad adolescentes, quomodo ex Gentium doctrinis proficiant, valde præsentî Epistolæ accommodata, cuius hæc est interpretatio. *Nec miremini Iuvenes, si ad Magistros assidue vobis euntibus, & libros, quos veterum probatissimi reliquerunt, evoluentibus aliquid ex me invenisse utilius affirmaverim. Nam talibus viris, quibus operam datis, moneo ne vestras sententias, velut anchoras navigij omnino firmas tradatis, sed quæ tantum ex his vitia fuerunt consecrari, reliqua aut nihil profutura respicere malitis. Quæ sunt igitur hæc, & quomodo discernenda, hoc plane docebo. Hinc ea sument exordia, o Iuvenes, ut nihil esse in vita humana existimemus admirandum, aut omnino bonum putemus, aut nominemus, quod hic finem quandoque sit habiturum. Quam ob rem nec Progenitorum claritatem, nec corporis robur, aut pulcritudinem, aut magnitudinem, non ex hominibus honores, non regnum ipsum, non denique quodcunque quis dixerit rerum humanarum magnum, nec voto quidem digna iudicemus, aut ea possidentes aliquo modo admiremur, verum spe longius procedamus & ad alterius vitæ preparationem cuncta dirigamus. Quæ igitur ad futuram faciunt vitam, hæc etiam nos & amare & prosequi totis viribus, nihil verò profutura totis viribus despicere oportere dicimus. &c.*
13. Monet ad extremum e majorum collatione Numicium: si qua habuerit præcepta & instituta Philosophiæ, ad quorum normam melius possent mores hominum effingi & conformari, eo animi candore impertiat alijs, quo sunt ab Horatio hæc cum ipso communicata.

Explicatio Grammatica.

Non admirari.] Græcè, ἡδὲ βαυμάζειν, καὶ ἀγαθαὶ μὴ τε βαυβαίνειν, *impravidum esse, vel aliter, ἡδὲ μὴ τε ἀγαθὸν μὴ τε κακὸν ἀπαθὲς εἶναι, καὶ ἀνικητοῦ.* Nulla re, sive bonâ sive malâ commoveri, *impravidum* & *impravidum*, vel denique, *μὴ δὲ μὴ τε ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἀπαθὲς εἶναι, καὶ ἀνικητοῦ.* nullo mentis errore cuiusvis eventus causâ corripit, quod Plutar. l. de audien. Poet. scribit e philosophia hauriendum esse, ἐκ φιλοσοφίας ἐκέρχων, αὐτῶν περιεργονέειν τὸ μὴ εἶναι βαυμάζειν hoc ex studio Philosophiæ consequuntur esse, ut nihil admiraretur, & ob id vivere tranquille & beate. Admirationis autem causâ est in rebus novis, insolentibus, hyperbolicis, ferè vel cum dolore, vel cum gaudio conjunctis, quibus vult Horatius suum, quem fingit, beatum esse vacuum, Qui ut scribit Senec. epist. 41. sit interritus periculis, invidus cupiditatibus, inter adversa felix, in medijs tempestatibus placidus, &c. Ita Cic. l. 2. de Off. scribit, neminem justum esse posse, qui mortem, dolorem, exulium, egestatem timet: sed Aristot. rectius docet li. 2. Ethic. tales, animi motus esse naturales, & alibi, illum non esse fortem, qui nihil timeat. Ita enim lapis est fortis, & inanimata omnia: quod est absurdissimum. In verbo autem *admirari* puto vim eandem inesse, quam Donat. in And. Act. 4. sc. 2. v. 11. per omnes tibi ad iuro Deos, attribuit τῷ ἀδmirabilῶς inde flexo. ad, inquit, auctiva particula est, ut admirabiliter, valde mirabiliter, & *adverso*. & hoc sup. rest. amissâ fide, ut ad iurandum sit. Adde huc, quod idem interpres annotat in Eunuch. Act. 2. Sc. 2. ver. 19. eorum ingenia admiror simul, plus ait, intulit, quàm si laudo, dixisset. Ibi quoque in Adel. Act. 3. c. 3. v. 20. mira sunt illa, quæ vehementer pava sum & id obmirari pro horrere, & reprehendere positum est: quod accidit his, quæ comprehendi nequeunt.

35 Nullâ formidine.] Hæc perturbatio definitur a Cic. 4. Tusc. quæst: metus permanens, δῆος διαμένων, quod, qui eo percellitur, δὲ δῆος ἔστι ἵππον αἰεὶ φοβέσθαι, semper timeat.
Quid maris munera.] Turneb. mavult hic gemmas & uniones intelligi, quæ plurimi fiebant ex India & Arabia advecta, quam aromata earundem regionum: quod ipsi vid. bantur pretiosi lapilli potiùs divitiæ maris, quam cuiusquam alij loci.
Araba.] De his lege l. 16 Strab. ut de Indis ejusdem lib. 5.
45 *Ludicra.*] Ludicra significantur, ut per plausus publicæ congratulationes, & favor spectantium. Hic autem ab antecedenti repetendum est: quo vultu & sensu & affectu censet munera maris ditantis Arabas & Indos spectari ab his, qui spectaculo rerum caelestium minime turbantur?
His adversa.] Ut sterilitatem terræ, naufragia in mari, explosiones & sibilos theatrales, repulsa petitorum honorum, tenuem censum & similia.
55 *Pavor.*] Definitur pavor Tuscul. 4. metus mentem locomovens, qualis est Græci ἡ ἀσπίδος ἢ ἐκπληξίς.
Improvisa species.] Ex his intelligenda sunt insperata rerum eventa, adversa, vel secunda, qualis est turpis repulsa consecrantibus honores & opulentia. metuentibus paupertatem, & hæc dicuntur ex opinione Cyrenaicorum, qui censebant non omni malo ægritudinem effici, sed insperato, nec opinato malo: quod omnia repentina essent graviora. Contra multum posset provisiō animi & preparatio ad minuendum dolorem. Epicturi autem sententia erat alia, qui censeret necesse esse, ut omnes in ægritudine essent, qui se in malis esse arbitrarentur, sive illa aut provisa aut spectata sint, sive inveteraverint. Nam neque vetustate minui mala, nec

nec fieri praemeditata leviora : stultamque etiam esse meditationem futuri mali aut fortasse, ne futuri quidem. Satis esse odiosum malum omne, quum venisset. Qui autem semper cogitaret accedere posse aliquid adversi, ei fieri sempiternum malum. Si vero ne futurum quidem sit, frustra suscipi voluntariam miseriam. ita semper angere aut accipiendo, aut cogitando malo. Reliquam disputationem lege l. 3. Tusc. improvisam autem speciem Epicteti dixit τὴν φαντάσιαν ἢ τὸ φαινόμενον, ἀπεργήτων.

Hinc metuent capiuuntque: dolent, gaudentque, quem quidem verum puto aliunde sumtum, considerata utriusque Poetae convenientia in hac perturbationum oppositione: cui non est dissimilis illa Terentii Act. 2. Scen. 3. vers. 12. Eunu. de Chæreo, quem sic Parmeno alloquitur: quid tu es tristis, quidve alacris: quæ sententia dicitur, ut censet Donatus de homine perturbato & incerti vultus, qualis amator Chærea erat tristis metu amissa amica lætus spe recuperanda. Quod autem alacris sonet τὸ lætus, arguit ipsius etymum: dicitur enim quasi ἀδωκεύς, à vacuitate lacrymarum. Alcon. tamen Pædianus vult dici quasi acer alis, id est festinus: alii denique ab integritate membrorum, quasi minimè laceratus: undè transfertur ad animum lætitia exultantem.

Defixis oculis.] Quod Græci dicunt λθίως βλέπειν πρὸς τὴν λαπίδαις ὀφθαλμῶν ἰντρενς αλγυιδ, vel instar saxi vel ἀσκαρδαμυκτὴ βλέπων ἰμμοτῶν ὀφθαλμοῖς & inconniventibus ἰνσφίσιενς, quemadmodum per nomen loquitur Aristoph. in Equit. ἐλέφον εἰς ἐμὴ ἀσκαρδαμυκτῶ, quod Scholiast. interpretatur ἀπενὲς εἰς ἐμὴ βλέψων μὴ μύσον τοῖς ὀφθαλμοῖς. intentis me inspicere oculis nec illos mutando agita, nec aliò demove.

Torpet.] Quod Græcè dicitur νερκαῖ, τὰτ' ἐστὶν, ἀκνήτως ἐχέει ἢ γίνεται βαρὺς ἢ δυσκίνητος τὴν μὲν ψυχὴν, τὸ δὲ σώμα, stupore animi & corporis corripitur: quod arguit animum in acerrima & attentissima defixum & versantem cogitatione. de tali gestu revise notas Gram. in Oden. 5. lib. 3. ad versum,

Torvus humi posuisse vultum. è scholijs Eustathii in Homerum, & Servii in Virgilium. Hunc autem locum Galli interpretantur: Il demuere tout fiche de grand ebabifem ent qui la. Quicquid vel adversi vel secundi animadvertit præter spem sibi contigisse: soit bien, soit mal, qu' il voit lui estre escheu contre son attente.

Nomen ferat.] Cognominetur insanus & iniquus, minus] Similis erit deinceps simulata Licentia, & permissio quid agendi epistola 2. lib. 2. I. nunc & versus tecum meditare canoros ex antecedentibus argumentis malè ab altero ex animatis ut hæc collecta.

Gaude.] Gaude, quod maxima hominum frequentiam tuam eloquentiam in foro miretur. & ibi totum diem consume in pleonexia & gloria quærenda, ne, qui sunt te generis & scientiæ commendatione inferiores, tibi videantur honore & amplificatione rei familiaris admirabiles: quod certè tibi non potest evenire sine tuo dedecore, qui illos longè antecellis majorum splendore.

Indignum.] Elliptica profectò est, & ob id concisa oratio, quæ sic expleri videtur: Indignum tibi fuerit, quum Mutius natus sit ab obscurioribus parentibus & tenuioribus, ut hic sit tibi potiùs mirabilis, quàm tu illi magnitudine divitiarum, & honorum dignitate. Hæc autem dicuntur à Poeta, ut præoccupet Pleonecætarum cogitationes & deliberationes, quas facerè ille irridet.

Quicquid subter.] Muretus verè monuit hunc lo-

cum ex Ajace flagel. Sophoclis translatum, ἀ πᾶν δὲ μακρὸς χρόνος εἰς ἄδην, ἢ φανέντα κρύπτειται. omnia longum & immensum tempus edit in lucem obscura, & clara occultat.

Porticus Agrippæ.] De operibus Agrippæ mirabilibus vide multis in locis Plinium. Ille autem suum nomen tulit ab ægro ac difficili partu, quod contra naturam nascens processerit in pedes, ut Numa ἀπὸ τῶν νόμων & Ancus ἀπὸ τῶ ἀγκῶν, ille à legibus, hic ab incurvo cubito tradiderunt.

Numa.] De hoc rege Rom. secundo lege T. Livium lib. 1. & Florum lib. etiam i sicut de Anco rege eo: undem quarto Martio, qui fuit nepos Pompili ex filia. De cujus bonitate dictum est Od. 28. lib. 1. è lib. 3. Lucetii.

Si lætus.] Quod Græcè dicitur, εἰ μὲν πλεῖστα, νεφεοὶ δὲ πλείστονται, ἢ ἐπιείβονται ἀξεία νόσῳ, ἢ ἰπὸ νοσήματι & ἕως ἐνοχλῆνται si lætus & renes acri morbo jactentur & afficiantur, ut hic ipse Sat. 3. lib. 2. loquitur Sic. Cic. loquitur 4. Tusc. illud animorum corporumq. dissimile est, quod animi valentes morbo tentari non possunt: corpora possunt.

Renes.] Qui censent renes dici, quasi rivos spermatis μεχρίπῃ ad notationem vocis accedunt. Ren enim πρὸς τὸ ρένειν, undè fortassis etiam rivus, ut & νεφεοὶ, ren, quod more nubis fluat: sed graviter errant in adjunctione spermatis: quia πρὸς σπερματικῶν sunt duæ arteriæ, totidemque venæ in testes demissa, è venâ cava & arteria magna, sed ἀρτηριῆς sunt duò meatus, per quos urina defluit à renibus in vesicam.

Quere fugam.] id est, δὲ ἢ ζητεῖ λύσιν χαλεπῆς νόσου. Quere liberationem seu morbi. ἢ αἰτεῖ ἐκλύσιν χαλεπῆ ἀλγείῃ, μάλιστα μὲν πρὸς ἀθανάτων, εἰα δὲ πρὸς ἀνθρώπων. Terentius etiam dicit parare fugam Fuga autem morbi est depulsio aut declinatio doloris, & quere fugam morbi, valet, fuga morborum & citò depelle: οὐδὲ νόσον κακίῳ ὡς ὀλεθειαν, ἀπόκλειε καὶ ἀπαθεῖ τὰ τῶ σώματος ἀλγέα τὰ χέως.

Si virtus.] Si virtus sola potest vitam rectam & beatam dare, toto animo & omni ratione incumbere in illius adeptionem.

Verba putas.] Legitur etiam putes, Brutus apud Johannem Xiphilinum in Augusto è quodam Hercule Tragico Poeta sic in rebus desperatis queritur exclamans: ὦ τλήμων ἀρετῆ, λέγῃ ἀρετῆ ἴδα ἀλλως: ἐγὼ δὲ σὺ ὡς ἐργον ἠσκήσω, σὺ δ' ἀρετῆ ἐδύλαδες τύχη. O misera virtus, quam nugaria res eras! equidem serio me exercebam in te, sed tu fortune subjecta eras. Verba autem putas idem valet, quod existimas virtutem tantum versari in commentitijs verborum & nugarum concertationibus & vanis disputationibus. de honesto cum magnificis verbis, quæ non sint ad rem referenda, nec ad diligentem operis honesti effectum, more illorum, qui lucum esse tantum locum arboribus confutum, non autem alicui numini Deorum esse sacrum, qualis est ἱερά μὲν ὄργα, τῶτ' ἐστὶν ἢ τοῖς θεοῖς γῆ ἀνέτῃ καὶ ἀνέργατῃ, ἀτομῶ. Locus Diis sacer, discatus, inceduus & incultus Insignis est illa Senec. sententia epict. 20. ubi docet, re, moribus ac vita, non verbis Lucilio Philolophandum: Illud autem, mi Lucili, te rogo atq. hortor, ut Philosophiam in præcordia ima demittas, & experimentum tui profectus capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate, & cupiditatum diminutione, verba rebus probato. Aliud propositum est declamantibus, & assensionem corona captantibus, aliud his qui juvenum otiosorum aures disputatione vana aut volubili detinent. facere docet Philosophia, non dicere, & hoc exigit ad legem suam quisq. vivat, nec orationi vitæ dissentiat Servius in vers. Aeneid. 9. initio.

mi Lucili, te rogo atq. hortor, ut Philosophiam in præcordia ima demittas, & experimentum tui profectus capias, non oratione, nec scripto, sed animi firmitate, & cupiditatum diminutione, verba rebus probato. Aliud propositum est declamantibus, & assensionem corona captantibus, aliud his qui juvenum otiosorum aures disputatione vana aut volubili detinent. facere docet Philosophia, non dicere, & hoc exigit ad legem suam quisq. vivat, nec orationi vitæ dissentiat Servius in vers. Aeneid. 9. initio.

ff Audacem

Audacem ad Turnum: luo cum fore parentis. &c.
 annotat: sacrata verò idèd valle dixit: quia nunquam est
 lucus sine religione: ideoq; Cicero dicitur impiè Tre-
 batio suafisse, ut lucum, quem Papiriana domus habebat
 Velia excideret, si multum prospicere vellet: quia talis
 locus non potest excidi sine scelere, quanquam M. Cato
 præcipit id posse fieri sine piaculo: undè Plutarch. in Pe-
 ri ἀποτέμειν δὲ τὴν ἐν ὄρεϊ ἀδῶν, *sacrum lucum excidi.*

Ut lucum.] Quoniam non pauci lucum nullius
 religionis esse censent: Trojani tamen, qui oleastrū Fau-
 no sacrum sustulerant è loco nullà religionis habità ra-
 tione, contrarium experti sunt: quum illic fixa Aeneæ
 hasta evelli nequiret ad Turnum transverberandum.
 Hunc locum vide 12. Aen. ad versum:

Fortè sacer Fauni foliis oleaster amaris.

sub finem libri: qui locus citatus est Od. 5. l. 1. in Gram.
 Audi prætereà Fab. Quint. l. 10 c. 1. de sanctitate lucorū.
*Enniū Heroicum, sicut sacros vetustate lucos, adoretus, in
 quibus grandia & antiqua robora jam non tantam ha-
 bent speciem quantam religionem.*

Hoc age.] De hujusmodi formula loquendi, vide no-
 tas Sat. 3. lib. 2. v. 51. sensus est: si, inquit, es in hac hæresi,
 quicquid est in te judicij, prudentiæ, virium. confer il-
 luc: aut brevius: incumbet totus in amplificandam rē fa-
 miliarem, in mercaturā cæteris vigilantius faciendam.
 Eam ob rem, qui non putant virtutē solā valere satis ad
 hominem beandum, precibus à Jove petere solent accef-
 sionem divitiarum ad eam, ut hymnus Callimachi in
 Jovem habet sub fin:

— δῖ δα δ' ἀρετῶν τ' ἀφένος τε.
 Οὐτ' ἀρετῆς ἀρετῆς ὄλεθ' ἐπίσταται ἀνδρῶς ἀρετῆς
 Οὐτ' ἀρετῆς ἀφένος δῖ δα δ' ἀρετῶν τε καὶ ὄλεθ'.

*Danobis Jupiter & virtutem & divitias: neq; enim sine
 virtute divitiae possent homines beare, neq; virtus sine di-
 vitias. Itaque da & virtutem & divitias,*

Petitio Salomonis longè fuit prudentior ac moderatior
 Proverb. c. 30. v. 8. qui quum pernosceret more Platonis,
 paupertatem & divitias duas esse hominum pestes, pre-
 catus est à Jehova contrarium his vitiosis extremis medi-
 um laudabile: id autem erat panis demensi sui: quo no-
 mine intelligimus, quicquid est ad totū cōporis usum,
 atq; vitæ sustentationem necessarium, more Hebræorū.
 Hujus quidem postulatiōnis ratio est: *ne saturatus emen-
 tiar ac dicam: quis est Jehova? ne ve pauper factus furer,
 deniq; abutar nomine mei Dei ad falsa testimonia: quæ ma-
 la procreant luxus & inopia.*

Cybirati.] De Cybira urbe Lycaoniæ, aut potius Cili-
 ciæ populosa & de Cybireis lege Stephan. & Strabon. l. 13.
 ad fin. ubi Cybira dicitur id habere peculiare, quod fer-
 rū ibi facillè tornetur, & lib. 12. de Bithynia & Bithynis,
 quod mercium negotiatores cōveniebant magni ac ub-
 eris quæstus ex operib; metallicis & gemmatis causā.
 Vide causā Od. 3. l. 1. cur emponium Bithynum tam a-
 vidè à negotiatoribus frequentaretur.

Talenta.] De hac voce dictum fuit Sat. 3. lib. 2.

Rotundentur.] Gallic: *pour faire la somme ou le compte
 ront & par fait.* Quidam hoc referunt ad ocirculum, quo
 ad aliquam è novem notis arithmeticæ addito numerus
 augetur pro ipsius loco & valore: sed utcunq; sit: mille
 talenta, totidem altera, tertia & quarta synecdochicōs di-
 cuntur, id est, quattuor millia talentorum pro ingenti
 summa, quæ paulatim crescit pleonexiæ studio.

Quadræ.] ἡ τετρακκοῖος sumitur, aliàs ἀμετάβατος, pro, cō-
 veniant. Pro hoc Græci dicunt τετρακκοῖος, in quadrum
 redigere.

Regina.] Sic Epist. 10. sequente dicitur, collecta pecu-
 nia imperat, & in omni re dominatur, pariens divite: u-
 xores, fidem, amicos, nobilitatem, formam, & quid non
 pecunia: unde sunt profecti versus non Illepidi.

Τ' ἀργυρεὸν ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ θνητῶν,
 ὅσις δὲ μὴ ἔχει τὸ τοῦ μὲνδ' ἔχοντα,
 ὄντες μετὰ θούτων τὸ δὴν καὶ ἀειπατέειν.
*Argentum est anima & sanguis mortalibus.
 Quicumq; autem hoc non habet, nec paravit,
 Hic cum viventibus mortuus obambulat.*

fidem & amicos videntur dici ὡς ἐν δὴν δὴν, tanquam
 nomen per duos, pro, fideles amicos.

Bene.] Μόλιον ἐπιτακτικόν, πάνυ σφοδρῶς, id est, valdè mul-
 tum. Qualis vis exprimi videtur à Græcis per ἐν particu-
 tulam ut quum dicit Herodotus ἐν ἰσχυρῶν χερμάτων τι-
 μῶσι Πειδῶντε καὶ Ἀρροδίτην, i. venientem bene onustum nū-
 mis colunt & observāt Suadela & Venus sicut mox dice-
 tur, ἐν πλοῦτου χιτῶνιν, valdè implens (navem) tunicis

5 & caputibus. eandem vim pecuniæ Verres perspectam &
 cognitam habebat, ut Cic. ei objicit art. 2. Prætor in re-
 sectione judicij cum judicasset eā spe Verrem fuisse præditum,
 ut omnem rationem salutis in pecunia poneret. hoc erepto
 presidio, ut nullam sibi rem adjuvamento fore arbitraretur,

20 *Nummatis.]* Hæc vox conjugatione fit à nummus
 per geminum m in quod Franc. Hotom. scribit in li. de
 re numaria esse primigenium ut τὸ νύμιον per unicum
 m, ortum à Græco νόμισμα, quod quævis moneta solèat va-
 lere, quantum ipsi lex, legisq; minister magistratus pre-
 tium statuat. Itaq; non ab excellentia materiæ, sed à di-
 gnitate efficiētis ac formæ ejusdè æstimatione sui habet.

Suadela.] Sumitur bifariam hæc vox. Nam Plaut. in
 Cist. Jam perducebam illam ad me suadela meā, i. meā
 persuasione & verbis. Deinde Quint. illam facit eloquē-
 tiæ & persuadendi Deam, quam Plutar. Quæst. Rom.

30 ponit quartum numen Deorum contrahentibus matri-
 monia necessariorum, quæ ab eo Πειδῶ vocatur, & verti-
 tur ab Ennio, Suada ut scribit Cic. in Bruto, & certè pro-
 babilis est ab hac voce Suada deflecti Suadela, quàm à
 verbo suadeo ut voluit Priscianus.

Mancipis.] De hac voce dictum est Sat. 7. l. 2.

Locuples.] Dicitur Festo pluvium locorum domi-
 nus quasi plenus eorundem, quem possis etiam agris di-
 vitem vocare, Gall. grand terrain.

40 *Cappadocum.]* De Cappadocia lege lib. 12. Strabonis,
 ubi præter maximam fervorum multitudinem multis
 Pœtis testatam, ut Persio Satyr. 6. ad finem:

Vnde animam lucro, mercare, atq; excute solers
 Omne latrus mundi, ne sit præstantior alter,
 Cappadocus rigidâ pingues pavisse catasta

45 Glossæ veteres in hunc Persij locum monent nomine
 Cappadocum intelligi Gladiatores, qui venales ponebā-
 tur apud antiquos in catasta, ut in eis possent omnia mē-
 bra inspicere, vel Cappadocas dici ex tumore habere studiū
 50 naturale ad falsa testimonia proferenda: qui nutriti in
 tormentis à pueritia, equuleum sibi facere dicuntur, ut
 in eo se invicem torqueant, & quum in pœna perdura-
 rent, ad falsa testimonia se bene venundarent.

item Martiali:

Inspexit molles pueros, oculisq; comedit
 Non quos patris & prostitueret casæ.
 Nec quos arcana servant tabulata catasta.

item Tibullo lib. 2. Eleg. 6. in fine:

Nota loquor: regnum ipse tenet, quem sepe coegit
 Barbara cypsatos ferre catasta pedes.

60 Est autem catasta locus, ubi venalitii servi exponebā-
 tur, παρὰ τὸ καταστάσιον. E Strabone, inquam, videtur illa gēs
 ad servitutem nata. Nam quum primūm Romani res A-
 siaticas persequerentur, Antiōcho superato amicitias
 & societates cum regibus ac populis jungebant, ac cæ-
 65 teris quidem regibus, privatim hic honor Cappadociæ
 & Cappadocum genti etiam publicè datus est. Regiā
 deinde stirpe extinctā Romani concessere, ut gens ea-
 libera esset secundum amicitiam & societatem antè
 contractam

contractam. Principes libertatem recusare, & dicere eam se ferre non posse, ut rex sibi daretur, orare. Romani admirati, quod invenirentur, qui libertatem recusarent, permisere, ut quem vellet regem, eligerent. Et certe illic plures tum erant servorum mangones, & venalitarij quam mercatores equorum: undè totum familium Romanum abducebatur, ut ex oratione Ciceronis post reditum: Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceret. Mercatores & venalitarios ita Turnebus ex oratore ad Brutum: Neque medvitiis movet, quibus omnes Africanos & Latinos multi venalitarii mercatoresq; superarunt, distinguit, ut illi sint tantum venditores mancipiorum & servorum: hi verò rerum ceterarum.

Ne fueris hic. Id est, non talis fueris, ut e Dialecticis satis cognoscitur.

Chlamydes. Deluxu Luculli vide Plutar. in ipsius vita, ubi nominatim appellat Flaccum Poetam. Imò verò ipsum Græcè interpretatur: ερατηγού δε ποτε ειδοσημενους... ut H. Steph. putat legendum, ου μη τα παρωμένα, λαμβάνοντα, πείονα των φαιμένων εστι. id est, Quum pretor quidam ambitiose contenderet ludos magnificentissimos apparare, & ad quendam chorum ornandū a Lucullo peteret chlamydas purpureas, hic respondit se ubi ammadverisset sibi esse, daturum. Deinde postridie ex eodem percontatus est, quot ipsi opus esset, illum sibi centum sufficere respondentem, jussit ducentas accipere: cujus responsi admiratione Horatius Flaccus Poeta exclamavit, eas demum esse judicandas opes, quarum major pars neglecta lateret, quam oculis pateret. Vox autem chlamys est Græca, ut chlæna, Græcè deflexa παρα το χλαίην, a modicè calefaciendo & definitur ανδρικη εδρη, και μαλιστα περιβόλαιον βασιλικόν, ηγεμονικον και στρατηγικόν: cujusmodi tempore pluviae ac hyemis equitantes superinduere vestibus aliis ferè solent. Latini putant huic respondere paludamentum. Quid autem inter sit inter hoc utrumque ejusdem originis, vide apud Ammonium.

Si possit. Phrasise est Græcorum, qui solent ita verbis quaerendi substruere partem culam ei vertendam Latine per an, ut apud Xenophontem, επηρωτα, ει ελεγε interrogabat, αν dixisset: & apud Plutar. in Lycurg. ει καλωσ και μενοινομοι τυχαίωσιν, ηρώτησε, αν recte leges essent latae, quæ sunt.

Scena. Tiv δὲ σκηνήν Hefychius definit primum e materia, από ξύλων η περιβολάων τινών σκηνών τεκτονισμῶν aut e pannis lanceis & lineis, Latine tentorium & tabernaculum: deinde ex fine, atque tum παράγεται από τῶ τῶσ θεατῶσ ἐπισημαίνεν ab umbris faciendæ, hisq; maxime, qui fabulas agunt, non solum earum spectatores ibi. Hac aut, quæ fiebat, fuit Servio in hunc, v. 3. Geor.

Vel scena ut versis discedat frontibus, duplex, versatilis ac ductilis, illa tum erat, quum subito tota machinis quibusdam vertebatur & aliam picturæ faciem ostendebat: ductilis tum, quum tractis tabularis hac atq; illac species picturæ nudabatur.

Præbere. Hoc verbum est e concilio præhibere factum, quo sæpè Plautus vitur.

Partem vel tolleret. Sumeret partem illarum sibi vel omnes utendas: sed de numero earum non convenit Poetæ cum Plutarcho. Hic enim scribit ducentas tantum apud eum repertas: undè perspicitur discrimen Poetica: ac Histor. descriptionis.

Exilis dom. Eadem verba fuerunt Od. 4. l. 1.

Et domus exilis Platonis.

ubi inclinamentum hujus epitheti notatum fuit.

Hoc primus. Si potes divitiis beari, nullam intermittas horam rei faciendæ.

Hoc omittas. Pro hoc Plaut. dicit in Pseud. hoc missum habes, & Terent. hoc missum facias. Græci, τὸ παρὲς ὑσικτῶ, ἢ τοῦ το ποιῶν διατέλει, οὐδὲ διαλείπει.

Species. Hoc Græci interpretantur τὸ πρῶτον, decus, ornamentum, ut dignitatem magistratus, regiam majestatem. Ita li. de Mundo Aristot. dicit τὸ Καμβίζε Ζεφρούτε χ Δαρέης πρῶτον. Hic autem τὸ gratia valet popularem favorem & studium, qui facit, ut modò dixit, fortunatum, aut populus ipse favens recipit in se rei exitum, nisi talem reddat, ut præstare sit verbum legale, sicut fidem, culpam, damnum præstare. Hoc autem Græcè diceretur, εἰ δὲ τὸ πρῶτον καὶ χάρις ἢ πρῶτον τοῖσ δὴ μῶσθισ ποιῶσιν ἐν τυχοῦσιν.

Fodiat latus. I. leviter vellicet, instiget, manu submotâ, pulset & cogat prensare manum suffragoris inter viam, vel transpondera illic occurrentia & moneat de auctoritate cujusque tribulis ad candidatum vel evehendum vel deprimendum. Lex tamen ambitus punit eos, qui ambitu, prensatione & largitionibus solent magistratus occupare, de quo fuit Sat. 4. l. 1. Hic in quibusdam codicibus legitur, qui fodiat verbum ejusdem notionis, cui respondet Grecum τὸ ἐρύττειν: sed quum id sit leviter, dicitur σκάλλειν καὶ σκάπτειν more gallinarum: atq; tum proprie dixeris, ὡσπερ τινὶ σκυῶν πλάσσειν τὴν πῶλιν, ἢ τροσκῶσ, πλάσειν θυροσκοπῶσ, manu feriat latus: quod etiam Hefych. videtur exprimere verbo λαγαίρειν & interpretatione, τὰ πρὸς τὰς λαγῶνας τὸν ἀγκῶνα προσάγειν καὶ πικρὰ διαπέσειν τὴν χεῖρα. ad lumbos & latera cubiti admovendo & identidem manum trajiciendo, quod Sophoc. verbo conjuncto in Ajace dicit πλάροκοπαίν. Latus autem inclinatur a latendo sub axilla & brachio ac præsertim in jacentibus: qui locus est reliquorum corporis, ut planta pedis, δαιωθητῶτατῶ, id est, sensum habet acerrimum ad pulsus percipiendum, quum autem pulsatio manuum fit vehementius, dicitur πατάσειν, quo usus est D. Lucas ca. 12. Act. v. 7. πατάξας δὲ τινὶ πλάσαν τὸ Πέτρον, ἤνευεν αὐτόν, qui latere Petri pulsato, ipsum & somno suscitavit: undè constat eum altè & securè dormisse, vel in ipsis vinculis inter duos milites. Contra quum pulsus sit levius admonendi gratiâ, dicitur Eustathio τὸ πλάσειν ἢ νόσειν ἀγκῶνι, latus cubito impellere, ut loquitur Hom. Odyss. ε.

Καὶ τὸτ' ἐγὼν Ὀδυσσεῖα προσύνησαν ἐγγύσ' ἐόντα Ἀγκῶνιν ὕσαι.

Atque tunc ego Ulysses alloquutus sum, qui propè erat, cubito eum impellens.

Transpond. Intelligit obstacula & moles inter viam occurrentes ac prensationem impediendes: undè apparet acerrimum prensantis ac salutantis studium & festinatio, ne quâ prensandus evaderet infalutatus, nullòque honore compellatus.

Porrigere dextram. Prensare & jungere si per obstacula licuisset. Serv. Æneid. 1.

Cur dextre jungere dextram Non datur? annotat, hanc majorum fuisse salutatione, cujus causâ asserit e Callimacho & Varrone, quod omnis eorū honos consisteret dexterarum virtute: quam ob rem hac se venerabantur corporis parte.

Curule. Periphrasticè hoc dicitur pro, sellam eripiet curulem, quæ eburnea in curru, quo magistratus majores, non solum Aediles, in forum & curiam vehabantur, de quo jam antè Sat. 6. lib. 1. Hic autè puto e curule alterum r metri gratiâ detractum.

Adopta. Concilia & adjuge tibi unumquemque suffragatorem. Ita loquitur Cic. in Ver. Quem sibi illa ff 2 defensore

defenserem sui juris, alio rem injuriarum, actorem totius cause adeptavit.

si bene qui.] Id bene prius est in gratia pro, si magnifice ac luxuriose carnare est bene beatique vivere.

Plagas.] *Ἀσύντακτος* & verborum dissolutio est. *Difertim.*] Hoc a difertio inclinatur, quo usus est Sat. 5. lib. 1. unde repete, quid de eo dictum sit.

Cerites.] Cerites fuerunt populi Tusciae, quondam ed conditionis adacti à victoribus Romanis, ut neque jus suffragandi, neque leges condendi haberent, contenti civitatis honore solum, sine ulla publicorum curatione : quod Agel. declarat apertius lib. 19. c. 13. *Primos autem municipales sine suffragii jure Cerites esse factos accepimus. Illis quidem concessum, ut civitatis Romanae honorem caperent, sed tamen negotiis atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis ac custoditis.* Hinc tabulae Cerites appellabantur, in quas Censores referebant, quos notae causae suffragiis privabant. Erat tamen ignominiosum Ceritis accenseri, vel in eorum tabulas referri : cujus vocis scriptura & ratio talis est. Servio in v. *Aeneid.* 8. 597.

Est ingens gelidum lucus prope Ceritis annum, ubi notat interpretes: *Est Agulla Tuscia civitas a conditore appellata, cui ex inscitis Romana inditum est aliud nomen. Nam quum Romani euntes per Tusciam in-terrogarent Agellinos, quae diceretur civitas, ac illi, utpote Graeci, quid audirent, ignorantes, & optimam ducentes, se prius eos salutarent, dixerunt, *χαῖρε*, quam salutationem Romani nomen civitatis esse arbitrati sunt, & detracta aspiratione, eam Care nominaverunt, ut referi Hyginus in urbibus Italicis. Itaque Cerite per diphthongum scribit debet. Ex hac civitate prodierunt innumeri circulatores, praestigiatores, quos Graeci vocant *ἀγέρας*, *αἰεδαρτας*. Itali Charetanos, Galli corrupto vocabulo, Charlatans, bateleuts, de quibus nostras vide notas in Gram. Satyr. 2. lib. 1. sub init.*

Mimnermus.] Suidas hujus meminit Poetae Elegiaci: unde veram nominis scripturam *Μίμνερμυ* cognoscere licet, quem dicunt Colophonium vel Smyrncum fuisse, ac aetate septem sapientes antehisse, natumque 37. Olymp. Alii iidem aequalem fuisse de quo ita canit Propertius lib. 1. Eleg. 4.

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero:
Carmina mansuetus lenia querit amor.
hujus quoque meminit Athenaeus lib. 14. 15. 16. & Plutarch. lib. de virtutibus moralibus, ac praeterea Stobaeus sexies ipsius versus appellat, è quibus hos proferam huc pertinentes:

*Τὸ δὲ βίος, τὴ δὲ τερπνὸν ἄτερ χροσπῆ Ἀρροδίτης,
Τερπνὸν, ὅτε μοι μάλιστα ταῦτα μέλοι.*

Qualis esset vita, quid (in ipsa) delectabile sine aurea Venere: emoriar, quum hac ego curare nequiverim.

Jucundum.] Vis hujus vocis cognoscitur è lib. 2. de finibus: *Voluptas est jucunditas, quae sensum aliquem movet. Hanc quoque jucunditatem, si vis transfer in animum. Juvare enim in utroque dicitur, ex eoq; jucundum: quod Grammatici distinguit ex his Cicero- nis locis à gratum Epist. 18. lib. 13. tale iudicium tuum non potest mihi non summè esse jucundum: quod quum ita sit, esse gratum necesse est: Item Epist. 15. lib. 5. Gratum & optatum amor tum, dicerem, jucundum, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Inde apparet nihil esse jucundum, quod non idem gratum sit: sed grata esse multa, quae non eadem sunt jucunda. Adde huc, τὸ jucundὸν μεταβατικὸς ferè sumi, quod alteri latitiam affert.*

Si non.] Interpretatio est hujus Graeci, *εἰ δὲ μὴ* de quo fuit Epist. 1. ad verba: *si possis, rectè, si non.*

Candidus.] Videtur dictum *διὰ τῆς ἀντιμεταφω- candidè*, quomodo Graeci dicunt, *μεταδὸς ἀντιμῆς ἀπὸς ἑ- ὅρατος τῶν τοῖς φίλοις, ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἀπὸς ἑγὼ ἡδαιῶς. ἢ ἢ γεννῆ, simpliciter & purè amicis imperti. hae.*

Explicatio Rhetorica.

Synecdoche est partium pro toto caeli exercitu & ornatu, naturaque corporum caelestium & aeri-orum: quae sunt admirabilia.

b Metaphora est ab infectoribus, qui liquoribus imbuunt lanas, qualis fuit Od. 13. l. 1.

Oscula imbuunt Quintà parte mectaris.
& postea Epist. 2. lib. 2. erit in *litterulis Graecis imbu- tus.*

c Altera est synecdoche, sed generis pro metallis & fertilitate omnium frugum & importatis mercibus per mare, & ab hoc infinitis partibus perceptis, qualem tropum habet ludicra pro ludis & spectaculis varij generis, & dona pro honoribus & magistratibus à populo favente delatis: sed in *Quiritis* est praeterea ut quibusdam placet, etiam synecdoche generis pro Maecenate talium munerum vel datore, vel adiutore, qualis *ἢ σπυριδοχῶν* concursus efficit allegoriam.

d Anaphora est initio incisorum.

e Polypoton est.

f Epizeuxis est, continua ejusdem soni similitudo.

g Synecdoche est generis pro, ad felicitatem, quae doce- cemus illos frui, quia admiratione rerum non sinunt a- nimum & corpus torpescere & perturbationibus extra modum commoveri.

h Metaphora est à torpedine pisce, cujus tractus obstu- pefacit membra, è cujus utraque significatione similitu- dinem dixit Plato in Menone: *καὶ δοκεῖ μοι παντελὸς, ἢ δὲ πρὸς αὐτὸν οὐκ ἔστιν ὁμοιωτικόν, τὸ δὲ τὸ εἶδος ἔχει ἄλλα τὰν- τῆ τῆ παρὰ τὴν ἀληθείαν, ἢ δὲ αὐτὸν τὸν αἰὶ πάντων ἄλλο- τῆ ἢ ἀπὸ μὲν ἑαυτῶν τοῖς, ἢ οὐδοκεῖ μοι οὐδὲν αἰὶ τοῖς τὸν πρὸς αὐτὸν ἑαυτῶν. atq; videris mihi, si quis est cavillis & jo- cis locus, longe simillimus tum corporis facultate, tum aliis*

45 *rebus huic latae torpedini marine, Nam ipsa stupore af- ficit semper sibi admotum & conactum: ita tu videris me sensu & motu privatum reddisse. De quo vide Aristot. lib. 9. cap. 37. de Hist. animal. & Plin. lib. etiam 9. cap. 42. & lib. 32. cap. 1. & elegans Claudiani Epigramma de cal- liditate ipsius captae hamo, cujus est initium, *Si quan- do vestit a cubis.**

50 *In his dissolutis est ironia cum permissione, id est, sus- pice, mirare & pete. Rectum enim consilium omnino sensum contrarium requirit.*

55 *Synecdoche neneris pro purpureis qualis est in fo- rum, pro judiciali foro, Graecè *δικαστήριον*.*

l Hoc Graecè dicitur etiam per metaphoram à Sole, *εἰς τὸ πρὸς ἡλίου, ἢ εἰς αἴθερ, ἢ εἰς πνεῦμα τὸν τὸ κεκοσμημένον πρὸς αἴθερα ἔχει.* in apertum proferet templus, quicquid la- tet absditum terrae.

m Porticus Agrippae & via Appii dicuntur per sy- necdochen speciei, pro celeberrimis quibusque locis: qualis est tropus in Numa & Ancus pro sapientissi- mis & fortissimis quibusque regibus & dominis.

n Dialogismus est ac brevis prolopopoeia cujusdam respondentis ipsi Poetae, *quis non?* vel si mavis, quod etiam valde mihi probatur, epanorthosis ipsius Poe- tae suam interrogationem & dubitationem corrigentis.

• Non equidem dubitabo hic statuere meta- phoram

phoram è more sacrificorum, quanquam Satyr. 3. lib. 2. hoc retulerim inter Grammatica, persuasus loco Plutarchi in vita Numæ, cuius solùm adscribam interpretationem: *Pythagoras minime permittebant, ut quis obiter adoraret, ac Deus supplicaret: verum ut domo statim mente ad id meditatus accederet. Ita censuit Numa decere, nihil ut ciues rei diuina audirent, aut viderent perfunctorie vel solute, sed vacui curis aliis, velut summo negotio religionis adverterent animum, vrasq; abstrepitu, crepitu gemitu & omnibus, quæ comitantur necessarias & vulgares operas, ad sacra præstarent puras: quorum vestigium nonnullum vel hoc ævo manet Romæ: quum Consul auspiciatur vel immolat, hoc age, proclamant. Idem narratur in Coriolano, & usurpatur à Tertulliano lib. 4. adversus Marcionem: ad quod venimus: hoc age.*

P Sumtum est ab arboratoribus & viticulis, qui ex plantis auferunt exciduntq; obstantia & aliena, nihilq; nisi utile & sine vitio in illis relinquunt: quale quid fit in reb. dubiis ac obscuris, quum decisis, amputatisq; falsis opinionib. asseruntur vera & retinentur, ut hic cernis praixin tropi, quem me docuit Agell. l. 6. c. 5.

Q Producitur hæc altera ironia usq; ad ultimam Epistolam, ubi Poeta studet contrarium persuadere, ac Pleonekten avocare à cogitatione rerum caducarum ad studium sapientiae ac tranquillitatem vitæ. Præterea in Cyparitia & Bithyna negotia dicuntur synechochicis pro optimis quibusque mercibus tempore maxime accommodato vendendis ac emendis.

P Permissio est *ἀπαρρητοσύνη* querela & ironica, ut modo dixi, ac præterea metaphora à Geometris, quibus hæc, sphaera & quadrum, sunt figurae omnium perfectissimæ: sed in mille, altera, tertia & quarta intellige synechochen finitorum pro infinitis nummis.

N Nota est translatio valde viribus pecuniæ accommodata, de qua, ut de auro, dictum fuit Ode 2. lib. 2.

Ego allegoriam hic esse existimo ex metonymiis efficientium pro eloquentibus patronis & mulieribus, qui clientes & amatores, si bene nummati fuerint, pluri-

um cõmendant, & ipsis se profus deditos pollicentur. u Synecdoche est speciei pro quolibet domino & divite stipato quotidie magno famulatio, sed parum nummato, ut Lucullus pro ditissimo quoque.

B Brevis est prosopopœia Luculli, qui inducitur gnorâs suas facultates: qualis ignoratio prædivitem arguit.

E loco Plutarchi citato Epiphonemata est admiratio Poeta de quantitate opum Lucullanarum.

S Symploce est initiõ & clausulâ membrorum in similitudine soni.

A *Avancivovis* est, quâ fingit deliberationem cum aliis. Præterea in *servũ* synecdoche est periphrastica nomenclatoris, qui conjunctim enunciatur è Suetonio in Augusto c. 19. de Telepho, qui fuit nomenclator servus mulieris.

M Metaphora est ab agricolis, qui propriè, dum terram vertunt, dicuntur arva & humum fodere, Virg. 2. Georg. *ἄρα τὴν γῆν* tamen quam hic tantum levis pulsus, ac summa manus tactus significetur, non acrior illa stimulatio & punctio, qualis intelligitur in hoc versu Aen. 6.

Seu spumantis equi foderet calcaribus armos. Simili tropo Philip. respondit Lachi suum latus fodienti, ut diceret se Philumenam arcessi jussisse: noli fodere, jussi. in Hecyr. Terent. Act. 3. Sc. 5. v. 17. Valet igitur, qui pulsato nomigitis latere cãdidati domini moneat illum, quo nomine sint appellandi, quos salvari & prensari cupiat. Imperfecta autem est prosopopœia nomenclatoris de gratiosis suffragatoribus herum admonentis.

M Metonymia est primum materiae pro sella Ædilitia ex ebore facta, deinde adjuncti pro subjecto magistratu: qui ornabatur hujusmodi throno creatus, & quo movebatur, repulsam passus.

V Verba sunt Poeta *εἰρωνίως* consulentis, quasi socius esse velit tantæ stultitiæ.

M Metonymia est, sed adjunctio pro tabula, in qua notata est Ceritum populorum ignominia.

M Metonymia est altera, sed effecti, pro ipsis remigibus auctoribus remigii & navalibus sociis Ulyssis.

EPISTOLA VII. AD MAECNATEM.

Theticum.

Quod suum quemque genus vitæ institutum constanter persequi, non commutare, deceat ad animi tranquillitatem.

Q Vinque dies tibi pollicitus me rare futurum,
Sextilem totum mendax desideror: at-
qui

*Si me vivere vis sanum recteq; valentem,
2. Quam mihi das aegro, dabis egrotare timentem,
Macenas, veniam: dum & ficus prima calorq;
Designatorem decorat lectoribus atris:
Dum pueris omnis pater & matercula pallet:
Officiosaque sedulitas & opella forensis.
Adducit febres, & testamenta resignat.
Quod si bruma nives Albanis illinet agris,
Ad mare descendet vates tuus, & sibi parcat
Contractusq; leget: te, dulcis amice, reviset
Cum Zephyris (si concedes) & hirundine prima
Non quo more piris vesci Calaber jubet hospes,
Tu me fecisti locupletem. Vescere sodes.
Jam satis est. At tu, quantum vis, tolle, Benigne.
Non invisa feret pueris munuscula parvis,*

*Tam teneor dono, quam si dimittar onustus.
Ut libet: hæc porcis hodie comedenda reliques.
4. Prodigiis & stultis donat, quæ spernit & odit.
5. Hac reges ingratos tulit, & feret omnib. annis.
6. Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum:
Nec tamen ignorat, quid distent ara lupinis.
7. Dignum præstabo me etiam pro laude merentis.
8. Quod si me notes usquam discedere, reddes
10. Forte latus nigros angustâ fronte capillos:
9. Reddes dulce loqui: reddes ridere decorum, &
Inter vina fugam Cynaræ merere proterva.
9. Fortè per angustam tenuis vulpecularimam
15. Repserat in cameram frumenti, postaque rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra:
Cui mustela procul, si vis, ait, effugere istinc;
Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.
20. Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno:
Nec somnum plebis laudo satur altitium: nec
Otia divitiis Arabum liberrima muto,*

11. *Sapè verecundum laudasti: rexque patèrque
Audisti coram, nec verbo parcius absens:*
12. *Inspice si possum donata reponere latus.*
13. *Haud malè Telemachus proles sapientis Ulyssèi,*
14. *Non est aptus equis Ithacæ locus ut neque planis
Porrectus spatius, neque multa prodigus herba,
Atreide, magis- apta tibi tua dona relinquam.*
15. *Parvum parva decent: mihi iam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet, aut y imbellè Tarentū.*
16. *Strenuus & fortis causis que Philippus agendis
Clarus, ab officiis octavam circiter horam
Dum redyt: atque foro nimium distare carinas
Jam grandis natu queritur conspexit, ut ajunt,
Adrasum quendam vacua tonsoris in umbra,
Cultello proprios purgantem leniter ungues.
Demetri (puer hic non levè iussa Philippi
Accipiebat) abi: quere & refer, undè domo, quis,
Cujus fortunæ, quo sit patre, quòve patrono.
It, redit, & narrat, Vultejum nomine Menam,
Præconem, tenui censu, sine crimine notum,
Et properare loco, & cessare, & querere & uti,
Gaudentem parvisque sodalibus & a lare certo,
Et ludis, & post decisa negotia ^{bb} campo.
Scitari libet ex ipso, quacūque refers: dic,
Ad cenam veniat. Non sanè credere Mena,
Mirari secum tacitus, quid multa? benignè
Respondet. Negat ille mihi? negat improbus, & te
Negligit aut horret. Vultejum manè Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat: & salvere jubet prior: ille Philippo
Excusare laborem & mercenaria ^{cc} vinola:*

*Quòd non mane domum venisset: deniq, quòd non
Provisisset eum. Sic ignorasse putato
Me tibi, si canas hodie mecum. Ut libet. Ergo
Post nonam venias. Nunc i rem strenuus auge,
Ut ventū ad cenā est, dicenda, ^{dd} tacēda loquutus;
Tandem dormitum dimittitur hīc ut sapè
Occultum visus decurrere piscis ad hamum
Manè cliens & jam certus convivajubetur
Rura suburbana indictis comes ire Latinis.
Impositus mannis, arvom calūmque Sabinum
Non cessat laudare: videt ridetque Philippus
Et sibi ^{cc} dum requiem, dum risus undiq, querit,
15. *Dum septem donat sestertia, mutua septem
Promittit: persuadet uti mercetur agellum.
Mercatur. Ne te longis ambagibus ultra,
Quam satis est, morer: ex nitido sit rusticus: atq,
20. *Sulcos & vineta ^{ff} crepat mera preparat ulmos:
Immoritur studiis, & amore senescit habendi.
Verum ubi oves furto morbo periēre capella,
Spem mentita seges, bos est enectus arando;
25. *Offensus damnis media de nocte caballum
Arripit, iratusque Philippitendit ad ades:
Quem simul aspexit scabrū intonsūmq, Philippus,
Durus, ait, Vultei, nimis, attentūsq, vidēris
Esse mihi. ^{gg} Pol me miserum, Patrone, vocares
30. *Si velles inquit, verum mihi ponere nomen:
Quod te per ^{hh} geniū, dextramq, Deōsq, Penates
Obsecro & obtestor ū vita me redde priori.
Qui simul aspexit quantum dimissa petitis
35. *Præsent, maturè redeat, repetatq, relicta.
^{kk} Metiri se quēmq, suo modulo ac pede verū est.******

Analysis Dialectica.

I Nitidè est excusatio diuturnioris absentia, quam promissa fuerat Mæcenati: undè liquet, ut nos etiam Sat. 6. l. 2. animadvertimus, quanto Poeta flagrant studio rusticæ habitationis & solitudinis, quod nunc indicat vehementius: quum se liberè dicit malle, sibi omnem intercludi viam ad summos honores, atq; Mæcenati reliquum civilis vitæ splendorem cultum renunciate & hospitium, quæ ab ipso acceperat, quàm redire Romam autumno gravi & corporibus nocente insalubriorem, propter inæqualem celi & dierum intemperiem: ad quam accedit immoderatus recentium fructuum usus, quibus corpora ætate torrefacta & exsucca sese onerant præter modum: undè cruditas, omnium morborum mater, existit maximè. Itaq, quod diutius moratus sit rure, contra spontaneam obligationem, quâ, tanquam jurejurando, erga Mæcenatem videbatur teneri, diutius, dico, moratum, quàm ipsi pollicitus fuerat, sperat hunc diuturniorem ipsius moram boni & æqui consulturum, præsertim si curæ est ipsi recta Poetæ valetudo.

2. Spes habitandi diutius rure ostenditur hīc e parib. quam sic conjectat: quia quum Horatius alias egrotavit, facile passus est Mæcenas eum à se diu ac procul abesse: facile igitur patietur eundem egrotare jam graviter in eam ruri habitare. Hæc apodosis, quæ etiam habet speciem enthymematicæ complexionis, illustratur primū adjuncto aeris pestiferi vitio, ut ita dicam: deinde denunciatione reditus ad Mæcenatem in eunte vere, cum bona tamen ipsius venia: quam ut impetret facilius, commemorat Mæcenatis erga se beneficia per facta dissimilitudine, ad hæc verba.

3. *Non, quo more pyris vesci, &c. ubi primum quidem*

illa breviter sic enunciatur: *Tumè bonis longè aliis cumulaſti, atq, Calaber suum hospitem afficere solet: quæ quatuor versibus dilatatur factis Calabri & hospitis: ubi hīc præterea liberalitatem ipsius recusat honestè per collationem parium: quod non minorem habeat gratiam offerenti, quam si oblat a secum tolleret omnia.*

4. Hæc quoq; facta sunt Calabri, qui stultè prodigus hīc dicitur, & iniquus rerum æstimator, quòd eadem afficiat munificentia homines, atq; porcos.

5. Eòdem spectat hīc locus ex efficientibus: *quod hujusmodi stultè profusi largitores sint auctores hominum ingratorum, & accepti beneficij immemorum.*

6. Describitur natura viri liberalis & prudentis contra imprudentiam Calabri, ubi e factis & dissimilitudine intelligendusest sine dubio Mæcenas, qui prudenter circumspicit & Calabro & pueris dissimiliter personas hominum in quos confert beneficia.

7. Hæc quoq; paria referenda sunt ad dissimilitudinem: ubi Poeta promittit se quantitati beneficii accepti gratia memoriã responsurum: quod ita clariùs pronuncies: *Tam me gratum præbebo in commemorandis illius beneficiis, quàm ille erga me fuerit benignus ac liberalis.* Totus cetera hīc locus dissimilium erit tibi, Lector, æptior sic enunciatus: *Non quem admodum Calaber erga hospitem se gessit, vel ^{aa} $\alpha\lambda\lambda\omega$, hīc erga Calabrum: sic Mæcenas erga Horatiū, vel contrà, sic Horat. erga Mæcenatē se geret.* Vides hīc manifestè quatuor adesse terminos quos cõparatio dissimiliū ut clarior, sit, sèper requirit.

8. Quia Poetam tædebat aliter vivere cum Mæcenate, atq; instituerat, non modò ingenue ac libere ipsi, sed faceret etiam & urbanè e paribus consuetudinem vitæ quoti dia-

Pter pueros, qualis fuit Sat. 3. l. 2. --- quisquis
Ambitione mala aut argenti pallet amore.
non autem casus dandi, ut quidam putarunt.

Dum pallet.] Caussam palloris repetere potes, Lector,
è Phisicis Aristotelis problem. aut ex Agell. l. 19. c. 6. &
Macro. l. 7. c. 11. qui Philofophi consilium sequuti sunt:
ideoque facilius id tecum communicabunt.

Officiosaq.] Dum patroni nimiã contentione agendi
caussas suorum clientum & circumcurfandi summo æ-
stu faciliè incidunt in morbos pestilentes: quemadmo-
dum Licinio Crasso dicenti sub initium 3. de Orato. cre-
ditur ex vehementissima contentione ingenii, animi,
virium, latus cõdoluisse. sudorẽmq; multum consequu-
tum fuisse. ex quo quum cohorruiisset. cum febrì domũ
rediit: diẽque septimo est lateris dolore consumtus.

Adducit febres.] Quod Celsus & Plautus dicunt affer-
re febres & morbo. Testamenta autem resignare dicitur,
ut resignare literas, aperire, explicare sigillis remo-
tis, quibus opponuntur obfignare testamenta & episto-
las pro claudere. Resignatio autem testamentorum in-
dicat obitum testatorum. Itaq; ex resignatione testamen-
torum intelligimus *μεταληπιωσ*, tanquam ex re posteriori,
mortem antecessisse. Agell. ostendit. l. 6. c. 2. neq; te-
stamentum ut Serv. Sulpit. putavit, neq; sacellum, ut C.
Trebatius, esse verba duplicia, id est, conjuncta, sed alte-
rum à sacro *επιφορεως* factum. quo accedit exemplum
similis erroris, opinione Servii in 6. An. monumentum,
ait dicitur id, quod mentẽ monet quasi verbum ellet du-
plex. *quum que sit ratio monumenti, nomine ipso admo-
neor*, ait Cic. ad Cal. de quo Od. 2. l. 1. & ult. l. 3.

Brum.] De hac voce dictum est Od. 6. l. 2. in Rhet. &
Od. 7. l. 4. in Grã. sicut de verbo *inere* Sat. 4. l. 1. in Gram.
& Rhet. Hoc enunciatum Gal. redditur: *Quana la neige
ge couvrira le chãps*, Quod si De hac particula, si, pro, quũ
dictum est Sat. 3. l. 2. ad hæc verba: *si vacuum villa me ex-
ceperit*. Hic igitur valet quum asperrima hyems advene-
rit, quãram cõmodiorem habitationem & velut in mu-
seolum & villã angulum abditus (quod dicit cõtractus)
literis operam navabo. Videtur Poeta respexisse ad na-
turam frigoris: cujus est, corpora constringere & con-
trahere, ut caloris, eadem laxar. & dilatare.

Dulcis amicus.] Quia amicus veteres & pronunciabãt
& scribebant, inde factum, ut concisè vetus illud desle-
xum sit ab animecus, atq; hoc ipsum ab integro & con-
juncto, animæquus. quasi amicitia diceretur *ισοψυχια*, i.
æqualitas animi, de qua fuit Sat. 1. l. 2. satis memoratum
Hæc autem familiariter Mæcenatem compellandi licẽ-
tia contracta est è quotidiana vitã, sermonisq; consue-
tudine. familiaris est Senec. reprehensio epist. 3. ad Lu-
ciliũ, quod amici nomine usus fuisset more vulgi. Sic
enim recribit ille ad ejus literas, *Epistolas ad me perferẽ
dastradi disti, ut scribis, amico tue*. Deinde admones me, ne
omnia cum eo ad te pertinentia cõmunicem: quia nõ soleas,
nec ipse quidem, hoc facere. In eadem epistola illum & dixi-
sti amicũ, & negasti. Itaq; si priore illo verbo, quasi pu-
blico, usus es, & sic illum amicũ vocasti, quomodo oẽs candi-
datos, bonos viros dicimus: quomodo obvios, si nomen non
succurrit, dominos salutamus, hoc abierit. Hoc autem po-
stremo verbo significatur transitio à duplici hujus no-
mine acceptionis ad veram ejusdem descriptionem ac
legitimam æstimationem: quas poterit lectori bidem nõ
sine fructu lectionis suã videre & considerare cujus sũ-
ma est, si aliquem amicum existimas, cui non tantundẽ
credis, quantũ tibi vehementer erras, non satis nosti vim
veræ amicitia, quæ cernitur apertissimè in superiori ety-
mologia vocis; ut is demum verè ac propriè habetur
& sit amicus, qui cum omnia nostra juxta possimus atq;
nobiscum, communi care: quod spectat illud Ciceronis in

Lælio, sed maximum; i. plurimum conducit in amicitia
superiorem partem esse inferiori.

Zephyris.] Quid sit Zephyrus & undè inclinetur, di-
ctum est Od. 4. l. licet de hirundine veris prænuucia Od.
12. l. 4. Addam tamen ex Eustathio in finem *Ὀδυσσ.* in
adventu hirundinis à Romanis solitum acclamari, *ὦ ἰδὲ,
ὦ ἰδὲ χαλιδῶν, καλὰς ὥρας ἀγῶσα ἔχαστες ἡμευτες*. venit, venit
hirundo suaves horas adducens & pulcrã annu conver-
sionẽ. Cujus adventantis vis ad spectũ jacet se Alãtopo-
la in Equitib. Aristoph. fefellit eoquos pro more illo.

Ἐν πᾶσι τὸν τὸν μαρτυρεῖς ἐπὶ τῶν τιματῶν.

Σκέψασθε παῖδες, ἕν ὄρεθ' ὅπως ἔτα χαλιδῶν.

Ὅσα ἔδραπον. κἀγὼν τοσούτῳ τῶν κρεῖττον κλάπτον ἔ.

Ego enim coquos fefelli, sic eos alloquens.

Speccate pueri, nonne cernitur à vobis tẽpus vernuntũ
En hirundo. illi autem dum suspiciebant, ego interea
Furtivas subducebam carnes.

De eadem sic Ovid. 2. Fastor.

Verus prænuucia venit hirundo,

Et metuit, ne quã versarecurrat hyems.

Calaber.] Ellipsis, cui jubetur elus pyrorum ideoq; vi-
detur sic explenda: jubet in visitis, ut in jam satis est, à
me comestũvellum tũ: *ἀγορῆ τοῦ ἰδὲ ὃ ἡμῶν περσευθιμμερον*

Benigne.] Hoc dicitur *κατὰ τὴν παρρησίαν*, per modestam
recusationem, ubi est responsum in visitis hospitis & hæc
supplenda, benigne mihi facis, modus honestè gratias
agendi largienti, quod Græci efferunt auctore Budæo,
παυχλωσ, & ex Aristoph. *καλῶς ἐπὶ ἀνα*, quod ex Suida u-
surpatur, *ἐπι παρρησίᾳ*, ἀγῶσαι, quum aliquid blandè re-
nuimus ac modestè recusamus. Galli autem: *Que vous
estes liberal en vers moi de quos te vous remerci*. Ita loqui-
tur Cic. 2. de Off. aut operã benigne sit indigentib. aut pe-
cuniã. Ratio autem hujus vocis est in Gram. Od. 28. l. 1. Ex
hoc dissimilitudinis loco Erasmus desumpsit Proverbiũ
Calabri hospitis xenia & munera, pro rusticanis & levib.
donis, qua magis onerent, quã juvent.

Dono.] Donum propriè est voluntariorum & largorũ,
quales habiti sunt Div. Ethnicorum, ut Donatus notavit
in Eun. Ac. 5. Sc. 9. v. 27. De Calabria dictum est Od. 16. l. 3.

Iam teneor.] Hoc quoq; Gallicè redditur, *Je vous sciat
aussi bon gre de ce que vous me donnez*. Vir bonus. Hic desi-
deratur *je vel sui*, ut sit hic sensus: vir bonus & sapiens
novit rectè collocare sua beneficia & singula suo momẽ-
to expendere & pretio distinguere bonos à vitiosis ac si-
mulatis. Ita conjungit in Epist. ad Pil.

Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes.

Lupinis.] Hoc legumen Græcè *βέρμη* & à recentiorib.
Græcis *λυπημεριον* juxta eptithetum Virg. *tristisq; lupini*,
dicitur ab amaritudine, cujus siliqua solet quina vel sena
ferre grana, dura, lata & rufa, quibus maceratis boves
aluntur: sed pueri talibus granis utuntur lusitantes lo-
co calculorum, nec multum distinguunt hæc ab æreis
nummis. Jacob. Santalbinus D. Medicus apud Medioma-
trices ordinarii officij verum mihi à Jacobo Dalecham-
pio in Herbario citari mōstravit, & sic *μεταφωρικῶς* expli-
catũ ut viderẽ, curavit amicẽ, natum est, ait ille cõsuetudi-
ne comicorum, qui in scena lupinis, ceu nũmis ex Lupino si-
mulatẽ factis, utebantur pro veris & aureis seu æreis:
Iacirco Plautus Lupinos aurum comicum appellat. *αἰεὶ δὲ
βέρμη* lege Theoph. l. 8. c. 6. Dioscor. l. 2. c. 132. & Plin. l. 18.
14. Cat. de Re Rust. Etymologic. sic notat *τὸν βέρμη, ὡς
παρὰ τὸ βέρω. τὸ βέρμη ἁγῶσαι τῶν*. i. quomodo fit à verbo signi-
ficante.

Præstabo me.] Inter præbere se alicui in re aliqua &
præstare hoc interessẽ docent Grammatici, ut illo pro-
pensio quãdam animi adjuvandũ significetur, & hoc
res ipsa & actio declaretur.

Angustã fronte.] Hunc locum citavi Od. 33. l. 1. ubi
Lycoria

Lycoris comendatur nomine tenuis & angustae frontis, ut virginibus valde decore tunc temporis ex Arnobii lib. 2. adversus gentes: qua consuetudine quaverent corporibus fucos, innecterent his colla, laminis pertunderent aures, imminerent frontes limbis, fuliginie umbrarent oculos: quales equidem frontis angustias non admodum puto physiognomonibus, metoposcopis, frontispiciis probari: quippe quae spiritus phantasiae animales, ut Medici loquuntur, ita teneant constrictos, ut ad spectra, rerumque species mente concipiendas, quae prius illi a sensibus subministratae fuerant, parum liberae ac idoneae videantur, multoque minus si frontes rotundae fuerint. Strab. contra lib. 3. narrat mulieres Hispanicas fecisse: ἀλλὰ ἐπὶ τὰ ἀσκήματα, ἡλοῦν ἐπὶ τοσούτων, ὥστ' ἀποσβέννυντο μετώπια μαλίων. alias dicebat ita primos frontis capillos quos Latini vocant antias in feminis, capronas in equis, deglabrant ita, ut e fronte majorem emittant splendorem: sed hodie pro illa vulsura tales antias tam feminis, quam viris turpiter eriguntur horridi & irati apri more. Latitudo frontis in Alcibiade laudata fuit, qui propter cognominatus fuit μετώπιος, τοῦτ' ἐστὶν εὐρυμέτωπος, epithetum Jovis, quod tu frontonem dixeris Latine. Quum igitur Poeta reposcit a Maecenate angustam frontem, eam intelligit suis naturalibus adolescentiae pilis ornatam, non calvescentem, nec glabram, nec depilem, qualem aetas ingravescentem afferre solet. Ex hoc certe loco sicut e prima hujus lib. Epist. perspicis, Poetam jam tum canescere, quum haec scriberet.

Dulce loqui] Hae infinita sunt loco nominum per antimeriam, ut Grammatici loquuntur, dulcem orationem scitum risum, & macerem de recessu puella a mensa juveni ipsam amanti oblatum. Hae autem Graeci pronunciant ἀποδιδραχίς ἢ ἀποδιδραχίς, ἀποδιδραχίς καὶ λὸν γελᾶν ἢ ἀπὸ λὸν γελᾶσαι, quae familiariter & jocose ἐπὶ τῶ ἀδύνατε petuntur: ἢ γὰρ ἀπὸ τῆς ἀδύνατος περὶ τὴν ἀδύνατον, non enim bis juvenescere datur a Diis. Quod si haec semel petere voluisset, petitionis comites fuissent preces ut Epod. 17.

---Vult prece Castor & Pollux,
Adempta vati reddidere lumina.

Inter vina.] Non inter compotandum aut bibendum, ut Od. 6. lib. 3. ad eadem verba, inter μαρτινὸν, & Satyr. 2. lib. 2. inquit, ubi notandum fuit id Graecè proferre per ἀπὸ τῆς μετώπια, quod nunc accedit κατὰ τὴν Thucyd. l. 3. οὗς κατὰ πᾶν εἰρήνητος οὐκ ἐστὶν ἐν τῇ ναυραγίᾳ, sic κατὰ τὴν νόσον, inter morborum. Sic Act. Apost. c. 25. ἀνελθὼν Παῦλον κατὰ τὴν ὁδὸν ut ex insidiis Pullum interficere: & cap. 26. ibidem, κατὰ τὴν ὁδὸν, ἔδωκεν, inter vias videtur: atque in hoc phraeae genere τὸ νῆα non tam significat tritum pedibus ac vehiculis solum, quam ipsum eundi actum, unde ἀπὸ τῆς νῆας exponitur, ἀπὸ τῆς νῆας.

Cynara.] De hac meretricie fuit Od. 1. l. 4. & 4. ejusdem, in quarum prima dicitur bona, & in altera, felix, hic autem proterva: sed haec protervitas grata solet esse amantibus. Itaque haec appellatio non minus est honorifica, quam superiores, ex eo profecta omnes, quod gratis ea potiretur, ut constat ex Epist. 4. hujus libri.

Quem scis immunem Cynara placuisse rapaci.
Si Horatius hanc Veneris immunitatem habuit apud Cynaram, ex utro gravida dicitur a Proper. l. 4. Eleg. 1.

Idem ego quum traheret Lucina dolores,
Et facerent uteri pondera lenta moram:
Junoni votum facile impetrabile dixi,
Illa parvi: libris est data palma meis.

utrinque credo, ut Alcumena e viro & Jove gravida dicitur fuisse.

Cumeram.] De hoc vase vimineo vel sicilli dictum est Sat. 1. l. 1.

Mustela.] Hujus animalis Plin. lib. 29. c. 4. facit duo genera: unum, quod Graecè dicitur ἰνίτι, ἰδος, vel γαλὴ ἀγρία, mustela sylvestris, paullo major domestica, quae γαλὴ κατὰ τὴν ἰνίτι: utraque mures venatur & serpentes. Sumitur interdum Graecè & Latine pro fele & cato.

Macra.] A Graeco μακρός, quia ferè qui sunt longi iidem solent esse tenues ac macilenti: quae vox tenuis ἀπὸ τῆς τένειδος, ab extendere.

Resigno.] Id est, reddo, resigno, rescribo, ut Od. 29. l. 3. sumitur de Fortuna:

Cui, si celeres quatit
Pennas, resigno, quae dedit.

Satur.] Ita constituit Terent. Act. 5. Scen. 1. Adel. satur omnium rerum: pro illo Horatiano Graecè dicitur. δεινός ἐστι τῶν σαρμάτων, ἢ εἰς κέρων τέτων ἐλθόν. Altilia verd sunt, quae cumque bestiae in usum hominum & escam saginantur, sive quadrupedes, sive pisces, sive aves, Od. 29. l. 1.

Divitiis.] De his Arabum divitiis dictum est jam Ode. 29. l. 1.

Sepè verecund.] I. modestum, ut Satyr. 6. l. 1. de se loquitur Poeta:

Infans namque pudor prohibeat plura profari.

Ita Cic. lib. 7. ad famil. Marium Epist. 2. quæritur, quod hic nimis verecundè ipsi gratuletur condemnationem Bursæ hostis, quae merebatur longiorem gratulationis orationem.

Rex audisti.] Hellenismus est ad imitationem Theocriti, quem fratribus Huralthospitalis Paullo & Johanni inter hanc meditationem prælegebam:

Ὅρα καὶ εἰς αἴθρα κερσὺ μῦθος ἐδδὸς ἀκουσῆς.

ut etiam apud inferos occultus audias bonus, id est, dicaris & bonitatis nomine commenderis εἰς οὐρανὸν, ubi τὸ ἀκούειν sumitur pro dici & vocari. Sic Horatius in affatu semper dignatus est Maecenatem regis patriæque dignitate & auctoritate. Sic quoque Demosth. pro corona, οὐδὲ κινουσι κλέωνες καὶ τοῖς θεοῖς ἐξέσθαι μῦθος ἀκούειν assentatores ac Divi inimici.

Coram.] Od. 6. lib. 4. & alibi τῶ μορίων coram & palam discrimen notavi: ex eodem tamen Donato, ut illic, addam de coram ad certas & praesentes personas referri solito & fortassis suppressas facillè intelligi ex habitu orationis, ut hoc in loco.

Si possum reponere.] Id est, reddere ac restituere accepta, quomodo loquutus est lib. 3. Od. 5.

Nec vera virtus, quum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.

Telemachus.] Hi fuit filius alter Ulyssis, cujus fabula legitur Odyss. 4. bini enim fuerunt liberi Ulyssis, quorum susceptalterum, Telemachum e Penelope, alterum Circe Telegonum: uterque dictus, quod patre peregrinante & procul pugnante natus sit, quasi τῆς μαχόμενος, ut diximus Ode 2. de Proculio.

Ut neq.] Orator diceret, ut qui neque planè portatus sit spatis, id est, ut qui sit angustus & salebriolus, nec herbis expeditus & paratus.

Magis apta.] E. Servio in 4. Aeneid. v. 31. quale illud etiam est.

Anna refert, oluce magis dilecta sorori,
Nate mihi vitâ quondam, dum vitâ manebat.
Care magis.

pro, dilectior & carior. Antiqui, ait Scholiastes, frequenter pro comparativo jungebant τὸ magis undè videretur

deretur hic locus etiam explicandus, relinquam tua dona tibi Atridae aptiora, quam mihi Telemacho.

Dona relinquam.] Hic Germanus Valens videtur magis probare lectionem, *dona remitto*, pro, cedo tibi haec: isdemque remitto in l. 5. Aeneid. v. 418.

Ithaca.] Videtur potius subaudiendum in insula, qua regionis ex descriptione Dionysij, qui illam ascribit infulis post Corcyram; ex annotatione tamen Servij in Eclog. 6. *Dulichias vexasse rates*, discimus, Dulichium fuisse insulam ubi situs est mons Ithacus, in qua fertur habitasse Ulysses, eoq; & ipse Dulichius cognominatus est: ex quo quidem montis situ perspicitur in τῆ τόπῃ ἀβροχία κὶ παχύτης resalendis equis non idoneae.

Tibur.] De hoc oppido dictum fuit Od. 7. & 18 l. 1. appellata autem nunc vacuum per ellipsin casus, ut equus vacuus, domus vacua, ubi intelligas sessore & habitatore. Ita Tibur vacuum magnis negotiis ac turbis.

Imbellis.] I. a civili discordia & seditione liberum & quietum: sed hoc magis tribuendum est mollitiei, timiditati & ignaviae Tarentinorum, quam ipsorum sapientiae, quae raro solet esse comes immodicae voluptatis. Praeterea in imbelli bifariam potest sumi, ut de inepto ad arma tractanda, & de timido & ignavo dicatur, sicut de cervis, damis, capreis & columbis. Tribuitur etiam inanimis, ut dies, annus imbellis apud Livium l. 10. ab Urbe, i. quum teritur illud tempus sine bello, & Tarentum nullo vexatur. Ita sumuntur Graeca ἀμαχία κὶ ἀπόλεμος. Praeterea Tarentum dicitur etiam Saturum 2. Georg. propter ubertatem lanae: sed nihil est necesse plura dicere de Tarento, ut plenius jam explicato Od. 28. l. 1. & 5. l. 3.

Sirennus et fortis.] Vox haec prior mihi per metathesin quadam, ut si pro *cernuus* dicas *crennus* a cernendo; τῶν δὲ εὐδιδetur declinari a sternendo, i. in terram deiciendo more robusti ac fortis militis. ut de Tiberio loquitur Od. 14. l. 4 & Od. 16. l. 1. *Irae Thyesten exitio gravi stravere*. Quidam defleunt a Graeco σπλῆνις, quod inter alia sonat τῶν ἀχρῶν κὶ σκληρῶν. *sternere est durus*, sed hoc minus probo, quam prius: ad cuius rationem Liv. l. 7. dicit: *sternere miles Gallorum castruas*. Haec duo geminata videntur Graeci exprimere his, ἰσχυρὸς κὶ χαρτερός ἐνεργεῖν παντα. ἢ γενναῖος κὶ ἀκμαῖος. Hebraei גִּבּוֹר & גִּבּוֹר & חֲדָדִים gibbor est haddir. Praeterea haec qua dicuntur a Cic. l. 2. & 3. de Orat. ad Q. Frat. de hoc Martio Philippo: *Hic Crassus quum homini & vehementi d. sero in primis forti ad resistendum, Philippo, quasi quaedam verborum facies admovisset; non tulit ille, & graviter exarsit pignoris usq; ablati Crassum instituit coercere*. Itē haec in 2. In quo mirari soleo non equidem istos, qui nullam huic rei operam dederunt: sed hominem in primis disertum atq; eruditum, Philippum, qui ita solet ad dicendum surgere, ut quod primum verbum habiturus sit, nesciat: & idem ait, quum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare.

Octavam circiter.] Nota est haec diei, pro ratione temporum horam si incipiat numeratio horarum ab ortu Solis: sed si dies in 2. horas inaequales dividatur, ut dictum est. Sat. 9. l. 1. non facile, nec iuste possis hoc tempus ad Galliam temporis designationem revocare. Utrumq; aut locum d. scrimen dietum non parum illustrabit. Babylonii metiebantur diē civilem, ut Plin. Agell. & Macro b. vocant, uno Solis exortu ad alterum ejusdem exortum: Athenienses occasu ejusdem ad occasum: Umbri meridie ad meridiem. Aegyptii ac Romani media nocte ad mediam noctem. Vulgus luce ad tenebras. Falis profecto dies ita quatuor ac viginti horas complectebatur, ut horae duodecim metirentur semper lucem, totidemq; noctem: erant tamen diurna in solstitio aestivo longissima. in brumali contra brevissima. Idem civilis dies iungebat initium statim a nocte media: in quo licet lux appareat nulla, vulgo ta-

men dicitur manere vulgaris diei more, cujus a luce sumitur initium:

Octavam circiter.] Efferunt Graeci hoc aotistam tempus vel per ὅσῃ ὄσῃ ὅσῃ, vel ὅσῃ ὄσῃ ὅσῃ.

Foro.] Expressa est praepositio Od. 19. l. 3.

Quantum distet ab Inacho Codras.

Dicitur autem *forum* ex eo, quod venalia illuc ferantur, ut ἀγορὰ πνεῦν τὸ ἀγορεύειν, quod eodem conveniat populus gregatim.

Carinas.] Carinae locus erat & regio Urbis a forma aedificiorum, quae illic constructa videbantur instar carinarum navalium. Ibi aedes hujus Philippi, ut Pompeij Magni, & Ciceronis olim fuerunt: & hodie templum D. Petri a vinculis, ad quem jocose alludit Sextus Pompejus, quum se Caesari & Antonio caenam dare dixit in suis carinis: de quo lege Plut. in vita Antonii & Paterculū

Grandis natu.] Grammatici tradunt, *grandis* ad aetate, non ad corpus referendum esse: ad partem quidem & speciem aetatis, quum simpliciter dicitur, *grandis* infans, *grandis* puer, *grandis* virgo, quum verò additur, *grandis* natu id esse referendum ad totam vitam: quod facile perspicitur ex hoc Terent. versu in Adel. Act. 1. Sc. 8. *Est proba & modesta, natu grandior, quae parere jamdum per annos non potest*. Hoc posterius incisum est ἐξ ἡλικίᾳ τῆς γένεσος. Itaq; Philippus multam jam & ingravescenti processerat aetate, quod etiam cognoscas e dialogo Cic. de senect. ubi Cato sic describit Q. Fab. Maximum: *quoniam enim colere capri non admodum grandem natu, sed tamen jam aetate provecum quem locum Gazaita vertit Graecum: καὶ τοῦ αὐτῶν θεοῦ πρὸς τὴν ἀμελίαν προσέτις μὲν κομιδὴν μίτω ἴπτα, ἡλικίᾳ κὶ μὴν ἡδὴ παρὲν βέλτετα.*

Umbra vacua.] Similis est ellipsis illi proximae. Tibur vacuum: vacua negationibus & deficiosis hominum.

Proprios.] Alias legitur *proprio*, ut conveniat cum cultello destinato tali refectioni unguium, non carnibus in mensa secandis.

Puer hic.] Nomine pueri tria significantur, conditio, sexus & aetas. Hic autem in Demetrio fuit servili conditione, qualis fuit ille Chremetis Act. 1. Sc. 2. And. *Etiams puerum inde abiens conveni Chremis, olera & pisciculos minutos ferre obulo in cenam seni*, quod modò usurpatur, τὸ παῖς ἀπὸ τῆς ἀέλης pro famulo & servo, μάλα κὶ ἀπὸ τῆς ἀκαλίᾳ, pro pedissequo, ut Graeci loquuntur τῆς κὶ δὴ παῖς *curre puer*. Gallic. *cour page*, vocali in jod versâ, & quia pueri, male praesertim nati, egent castigatione, videntur ed dici dici τῆς τὸ παῖς ἀπὸ τῆς ἀέλης, ut τῆς παῖς ὁ διδάσκων λῶ παῖδα percussit magister puerum. Aetatis exemplo est miser ille amator Pyrrhae Od. 5. l. 1.

Quis multa gracilis te puer in rosa &c. Postremo Sexus Ode. 21. l. 1.

Dianam tenere dicite virgines: Intonsum pueri dicite Cynthium.

Non leve.] id est, non inepte & inscite ἀλλὰ ἐπιδείξας, sed commodè sciteque capessit heri iussa, quemadmodum inepta est manus sinistra ad opus aliquod sciendū & aptè conficiendum: ita Graeci utuntur σκαλὸς κὶ σκαλῶς Aristoph. in Vesp.

Edoza mihi autem deus perculit, mihi scilicet & deus perculit, mihi visus sum natura solers & acutus, nunquam ineptus, iners & inscius.

Idem in Pluto: σκαλῶς αὐτῶ κὶ χαλεπῶς ἐκπυδάν ineptē & severe ipsam interrogas. e notis Servij in Aeneid. ad vers. 2.

Et si fata Deum, si mens non leva fuisset, cognoscimus levum bifariam accipit solitum. *Scidum est, ait ille, τὸ levum, quom de humanis rebus esse contra-*

esse contra-

esse contrarium, ut in versu jam citato: sed quum de celestibus, prosperum, ut in versu sequenti Aeneid. 2.

Insonuit levum, & de calo lapsa per umbras

Stella, i. sinistrum & prosperum: quia celeste est.

Ecquid autem, servi. hunc interpretaris locum Aen. 10.

Servius & levo contr. st. at lumine calum.

Id est noxio, quum de celestibus dici videatur hanc tamen Servii opinione Turnebus ad verfar. l. 13. c. 16. non ta videtur confirmare, quam locum ipsum interpretis in hac

Ibidem verba (atq; hac omnia firma) ex eplis scriptorū more idoneorum probare: qui se ita habet, secundum Romanū

Anchises petu, ut visa firmetur. nō e. unū auguriū vidisse sufficit, nisi confirmetur ex simili. nam si dissimilia sint posteriora, solvuntur priora: unde est, Quantum Chaonias

aquila veniente columbas. nam aquila sine dubio columbis plus potest. exempla autem Ciceronis in vita Marii & illa Silii Ital. vide in ipsis adversariis. ex his quidem notis

juvatur non nihil intelligentia hujus Phralis, non levè accipere jussa, fortassis pro, non in auspiciatō. pro accipere

jussa, Virgilius Aeneid. 1. dicit,

-----mibi jussa capeffere fas est.

perliptoten ait Servius contrarium intelligenens, nefas non implere, quae jussu. de qua dictum fuit Od. 1. l. 1. in

Rheto. ad verba nec partē sperni. Hanc parēthesin Gall. sic potes reddere: le serviteur execute dextrement & gēitment les mandemens de son maistre. Quae mandata sunt

hic varia, quum Demetrius non solum fuerit monitor & vocator, qui Vultejū ad cenā vocaret, sed qui plene in-

structus notitiā hominis ad herū rediret, ac referret illi familiam, nomē, artē, conditionē & clientelā illius con-

strinarii, quae signi latim renunciata sunt & plura impera- tis ut dexteritas ingenii soletia, industria, Demetrii o-

stēdetur verè ab Horatio praedicata. Donat. in v. Act. 1. sc. Heaut. nihil opus fuit monitore. hoc interpretatur pro vo-

catore: nā, ait vocatores propriè & Latine dicebantur, qui ad cenās vocabant: eodem Plin. lib. 30. c. 10. vocat

Græcè δειπνοκλήτορας: qualis est habēdus hic Demetrius Unde domo.] Sic Virg. loquitur l. 8. Aene. qui genus? unde

domo? quod Serv. interpretatur de civitate. Sic quoq; Se- nec. de consolatione ad H. lviām, unde domo quisq; sit,

querc. Græci simplicius interrogant, ut Hom. Odyss. γ. Ω ξειροι τίνες ἐσθε: πόθεν μέγιστ' ὄψεσθε κείλοισθα:

O hospites quānam estis? unde percurritis mare? De hujusmodi nomine Mena, fuit libertus ille Pompeij

Magni, in cujus mutata sēpè conditionē & arrogantia scripti sunt 4 Epodi. Hi quidem inter se videntur simi-

les duabus rebus, nomine & mutatione, sed aliis moribus longè dissimiles, ut constat è collata descriptione

utriusque in hac Epistola, & in illis Epodis. Praeconem.] Praecones olim instituti sunt ad Tribus in

Comitiis citandas, ad Magistratus quū creati fuissent, re nunciandos, ad leges, ubi suafae essent, promulgandas,

ad iudices, testes, reos, in judiciis citandos, ad precia re- rum actionibus statuta pronuntianda.

Tenui censu.] Qui Od. 15. l. 2. definitus est & dictus pri- vatus census brevis. contra Sat. 5. l. 1. Antiquus census.

Et properare.] Hæc certè renūciatio Demetrii hono- rifica est de Vultejo Mena quæ summā hominis mode-

rationem contineat labori & studio intermittētis quie- tem & remissionem eorundem, rebus partis rectum u-

sum, conjunctioni vitæ privatæ aptos sodales, negotiis confectis ludos & campum Martium. Quæverere & uti.

Rebus quæliticis ac partis horum verborum alterum est adeptionis, alterum impensæ, quod utrumq; Græci red-

dunt κλάδου & κλάδου. Post decisa.] Cic. lib. 7. in Ver. per geminationem sic enunciat, rebus omnibus actis atq; decisis: id est trans-

actis negotiis Suet. c. 5. Vespasianus post decisa quæcunq; obvenissent negotia, gestationi & inde quieti vacabat.

Scitari.] Herustali relatione commotus, statuit ipse certā rei scientiam sumere. Est autē scitari aliquid scruta-

tando & altiùs excutiendo cognoscere planè & percipere, quemadmodum Terentius Act. 3. sc. 4. tunc inducit

Antiphonē sic loquentem: Quid illud mali est! nequeo satis mirari, neq; conijcere, nisi id est: sed quicquid est, pro-

cul hinc libet prius quid sit, sciscitari: quod Donat. sic explicat: Sciscitari est occulta magis & secretiora mirari,

ac velle cognoscere: ubi mallè equidē legere rimari, pro diligentissimè aliquid scrutari, & quasi intra foramina,

quam mirari. Non credere.] Ellipsis est alicujus verbi deli-

berativi poterat, vel infinitum est pro finito: non credebatur sanè mihi vocanti. Præterea altera est ellipsis discre-

tivæ, sed mirabatur causam talis invitatus. Quid multa.] Hæc formula quærendi perusitata est tã

Poetis, quàm aliis scriptoribus in collectione jã dictorū, continuatione dicendorū. Hac usus Horat. Sat. 6. l. 1. ubi

patris sui officium & studiū in se instituēdo cōmemorat: Ipse mihi custos incorruptissimus omnes

Circum doctores aderat. Quid multa? pudicā. &c. item Satyr. eciam 6. sed l. 2.

Rusticus urbanum murem mis paupere fertur Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum,

Asper & attentus questus, ut tamen arcium Solveret hospitiis animū. Quid multa? neq; ille, &c

passim similia occurrunt apud alios. Pro hac tamè valdè obscurè lecti erit longè clarior, Quid Mena? ut verba

sint Philippi sciscitantis responsum Mena è Demetrio: qui refert Mena respondisse vocanti: Benigne quidē sibi

fieri à Philippo, sed ipse agere gratias, & grate recusare, ut paulò antè jam exposuimus in dialogismo Cantabri

& Hospitis. Negat ille.] Philippus quærit rursus à servo utrum Mena voluerit ipsi cenam condicere: respondit servus

illum noluisse, & addit prudenti disjunctione id profici- scisci vel à contemtionē vel reformidatione.

Scruta.] Hinc constat Vultejum fuisse præconē scruta-

torum & aliarum verā venalium: non puto tamen eum fuisse scrutarium & frivolarium, quorum Græci hunc di-

cunt γροτοπώλιω, & illum ρυτοπώλιω, ἢ γροντοπώλιω ἢ γροτοπώλιω πεικίλινεα: venditorem rerū vel fractarū, vel usia

destruarum, vel ferramentorum, vestium, solearum, dimidia tarū strig lum, & hujusmodi fragmentorum vel ū & ve

teramentorum. Gallicè, Regrateur, παρὰ τὸ γρο, significās quid exiguū & reculas minutas. Vox Latina videtur ma-

nasse è Græca γροῦτα, perfixā sibi literā. Alii tamè scruta, quasi scortea & cortacea è vilib. pelliculis facta. Præcois

autē fuit alterum officium præter proclamationē rerū venaliū ad quarū quæstū præco Nævius in Orat. pro Quin-

tio dici ut vocem contulisse i. vendidisse. Fuit, inquam, præconis officium, promulgare edicta Magistratuum,

de quo vide Platonem de Regno: sed hoc munus minimè hinc intelligitur. Fuit autem Romæ varius præconis

usus: in auctonibus stans ad hastam, pretia rerū venaliū oblata prædicabat: audientiam in concionibus faciebat:

ad suffragia in Comitiis Magistratuum ferenda Tribus citabat: designatos renunciabat: in judiciis ac quæstio-

nibus iudices, reos, accusatores, testes citabat. Tunicato.] Id est paupertinæ plebi, quæ simplici tuni-

cā sine mandicis indui solet. Quod hinc dicitur tunicatus popellus, à Suet. in Octav. c. 41. pronuntiatur, turba pul-

latorum: item à Quint. l. 6. c. 5. pullatumba ab eodem l. 2. c. 13. pullatus circulus pro sordido, neglecto, ac vili face

populi. Sic Corn. Tacit. in Dial. de Orat. quos sapius vulgus imperiū, & tunicatus hic populus trāseūtes nomine vocat, digitoq; demonstrat. Tunica autem erat amictus

humiliū hominū, ut Patyphus divitū, qui idcirco ἐν πάυρα splendide

splendide ornati dicebantur. Ad hæc prætexa erat Nobilium, toga denique civium insignis: Distinguebantur præterea Senatores Lato clavo, calceoque Lunato, ab Equitibus, atque hi à plebe. Videtur autem Senec. l. 1. c. 24. de Clement. ostendere apertè temporibus antiquis, eundem liberorum ac servorum fuisse cultum, cum scribit: *in Senatu dicta est sententia aliquando, ut servos à liberis cultus distingueret.*

Occupat: Philippus Vultejum salutatione antevertit ἐν τῷ πειρασμῷ: Tum ille occupationes suas protulit ad excusationem accessus ad eum negati, quod non provisisset. Si legis prævídisset, refert ad id quod non prior salutasset Philippum: si provisisset, ad accessum negatum. Gallicè, *Qu' il excusast ses empeschemens, qui avoirt esté cause, qu' il ne estoit allé voir, des le matin.* Lectio, Prævídisset veterem Romanorum morem salutandi ostenderet. quem Suetonius in Galba. capite 4. sic scripto reliquit: *Quaquam etate nondum constanti veterem civitatis exoletumque morem, ac tantum in domo sua hærentem obstinatissimè retinuit, ut liberti servique bis die frequentes adessent, ac manè salvere, vespere valere sibi singuli dicerent.* Hæc autem præcandi formula refert utrumque hominis statum: quum enim ille exsuscitatur è somno, & surgit è lecto videtur in vitam ingredi: quum contrà cubitum & dormitum redit, ex eadem exire: quod Virg. expressit Æneid. lib. 11. vers. 97.

-----salve æternum mihi maximè Palla,
Æternumque vale.-----

item Catull.

atque in perpetuum frater ave, atque vale. quod Græci efferunt, εὖ καὶ χαίρει: sed redeo ad veterem illum Romanorum salutandi morem nostris adolescentibus inculcandum, ut impigrè ac libenter ipsi salutent ætate, scientiâ, & quavis aliâ personæ auctoritate sibi præstantes: indeque sperent quid vicissim simile, quod Sergius Galba tulit è sinu in Augustum salutatione inter suos æquales, cui apprehensâ buculâ sic ominatus est imperium καὶ σὺ τεκνον τῶ ἀρχῆς ἡμῶν παρρησίᾳ εἶα σὺν ἡμῖν, *radices age, & propagare ad nostrum imperium.*

Post nonam. Qui interpretantur tribus horis ante Solis occasum, non definiunt certam temporis horam. Nam si hoc factum est sub æstivum solstitium; hora cænæ isto spatio erat quinta: si sub hybernum; prima pomeridianâ erat. Posset hoc tempus enunciari ad formam illius Sat. lib. 1.

Tribus jam partibus diei præteritis. quilibet enim dies in duodecim horas inæquales divisus erat, è lib. 1. Salvi ni discimus non licuisse olim capere cibos, nisi ad vesperam, tanquam ad horam tempestivam: unde Plaut. Proverbii loco usurpavit *de accipere suo vivere.* Sed postea citius sumpti sunt cibi, ut patet è lib. 4. ad Herenn. in loco, *Frater venit ex Salerno, ergo illi obviam pergo, vos ad cenam hora decima veniote.* Hic quaquam paulò citius id videtur denunciari, vitæ tamen actuosæ homines & forenses, post decimam horam sæpè cænabant, quoniam res & judicia in foro exercebantur à decimam usque horam, de quo lege Adfconium in Milonianam, sed habente imperio & moribus, octavâ horâ balnea cæpta sunt haberi, ipsa autem cænâ nona, vid. I. Lips. in 14. Anal. taciti.

I, rem strenuus auge. Hoc Galli rectè exprimunt, *orvar es fay diligement ton profit.* In Epist. 2. hujus libri animadvertimus, quid sit strenuum esse ex opposito cessare, si cessis, aut strenuus antetus.

Discenda. hæc verba ἀκούειν habent τὸ παρρησίως, sic dicitur quasi παρησίως, quum, ut Demosthenes loquitur,

τὰ τέρτατα, τὰ τε ἀρρητὰ τῆς ἐξήτης, *his & dicenda & tacenda effuit.* Hoc minime didicerat à Pindaro εἰ δὲ Νεμ. επαύδ. α.

Κὰ τὸ σὺν πολλὰς ἐστὶ σοφῶν
---ταυτὸν ἀνδραγαθῶν νόησιν.

Sed scire quæ sint tacenda, sæpè numero est & habetur apud homines summa sapientia.

Male quidam hanc vocem deflexerunt à παρρησίᾳ, ut doctè admonuit Henricus Stephanus: requirit tamen Isocrat. ad Demonic. aliquam moderationem, τὸ μετὰ παρρησίας εἶρεῖν καὶ εὐφίλους, *libere loquendi cum amicis, ἀπειτῶν ἤτιον ὡς ἀπορήτων ἀκούειν, ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις, perinde de his, quæ possunt divulgari, atque de his quæ non debent, cum aliis communicato.* sed hic Vultejus fretus amicitia Phiippi, & taciturnitate præsentium, ingenue ac facile, quicquid pectore teneret clausum omnibus aperuit.

Tande m dormitum. Ex hoc fatiscostat: cænam sub hesperum apparari, & capisolitam, quum ab ea cubitum & dormitum iretur: ratio tamen vocis Græcæ δειπνῶν, quæ respondet Latinæ, *cena*, videtur esse μετ' ὁ δειπνῶν, *post quod laborare oportet.* ad cujus etymon τὸ δεῖπνον videtur notari prandium, non τὸ δεῖπνον δεῖπνον κατὰ τὴν ἑσθλὴν ὥραν *Eumæum apparasse sub exitum aurora.*

Chens. Diximus quid sit cliens in Gram. Od. 18. lib. 2. sicut de mannis Od. 7. l. 3. & Epod. 4.

Indictis. Ellipsis est substantivi τῶν feriis, quibus interdictum erat, quicquam operis fieri. Tales autem feriae indicebantur à consule, quo tempore fiebat Jovi Latialis in monte Albano sacrificium, quod inde Latiar vocabatur, ut feriae Latinae, nunc conceptivæ: de quibus lege Dionys. Halic. l. 4. Macrobius lib. 1. c. 16. & Varro l. 6. de Lingua Latina.

Impositus. Ita quidem loquitur Virg. l. 3. Georg. de Lapithis Thessalicis equorum primis dormitoribus:

Frana Peletrionῶν Lapitha: gyrosque dedere.
Impositi dorso-----

ita quoque Cæsar lib. 1. de Bell. Gall. sed meo judicio hoc verbum magis videtur pertinere ad onerandum, quàm ad equitandum: pro quo Cicero dicit 7. in Verrem oratione, sedere in equo, & insidere in equo.

Septem. Ferè in his est ellipsis millenarii, ut sit explendum, septem millia sestertium nummum, quæ summa est Gallicæ monetae, centum & septuaginta quinque aureorum. Ad hanc autem gratuitam summam accedat mutua, tum reddet additio trecentos & quinquaginta aureos ad supputationem Budæi.

Ambagibus. Grammatici tradunt τὸ πλοτον esse ut cum hoc duo soli casus ambage & ambages reperiantur, atque ego ita dici puto quod in ambas agi partes animo possint ambages, non secus atque ambiguum ex Festo notatur. Quod dum fit, opus est magnâ verborum circumdictione.

Ex nitido. Hic nitidus, sicut Epist. 3. hujus libri pinguis, opponitur rustico, & inculto. & horrido.

Sulcos. Nulla de re alia loquitur nisi de cultura vinearum & agrorum.

Immortitur. Consumitur curis & studiis agriculturæ & pecuniæ.

Amore habendi. Alterâ syntaxi Virg. dicit l. 2. Æn. 6. *Tantus amor casus cognoscere nostros, Et audire.*-----

Poeticè, pro cognoscendi & audiendi, Oratoriè.

Spem. Hoc Græcè dicitur primum proprie τὸ σπέρμα μὲν ἐλπίδων ἐλπίδων τὸ δὲ διασπασ. deinde περιπέτως, τὰ αὐτὰ μοι ἰσχυρῶς ἡμῶν πάλαι εὐεῖς εἰς τὴν ἀρετὴν μέλλουσιν ἐλπίδους. Spes ubertatis futuræ postquam ipsum frustra est, nec respondit votis agricolæ, & pecus sublatum furto & morbo, immodicoque labore, profectus suas querelas Phi-

relas Phi
Pheraula
à Cyro.
Bas
ficat Vall
videtur
tur
amo
velo
Qual
tenon
stere
kemp
mum
Sæc
ven
fæci
m
De no
latore
M
di Sat.
De
lum
to, per
Daru
citas
Atent
dicit
datur
antur
tem
nda.
Pol
per
Cello
ni. Sed
tribus
decar
lufur
non
Quo
milio
verba
geni
in rebus
textati
e: quæ
libe
viam
Dum
com
glia
dicitur
Quo
et
med
Quo
et
med

relas Philippo non multum dissimiles illis cujusdam Pheraulæ, l. 8. *Kypis* Xenophontis, locupletati à Cyro.

Bos eneclus. Hæc vox non mortuum quidem significat Vallæ, sed ita fractum & debilitatum labore, ut videatur propemodum mortuus: simplex *neclatus* videtur Diomedii & Pnsiano dici de his, qui penetrabilibus armis conficiuntur, & hoc conjunctum de his, qui velut suffocantur, opprimuntur, fame, siti, frigore, squalore, illuvie & similibus: sed hoc discrimen, ut præteritorum *neclatus* & *eneclus*, non semper observatur. Arbitror autem *neclatus*, *as*, fluere à Græco *νεκρός* verus, & hanc phrasin reddi posse, *sicut* *νεκρός* *ἀπὸ* *τοῦ* *ἀσθενεῖος* *νεκρῶν*. sic loquitur Cic. i. Tus. *siti eneclus Tantalus*. sic quoq; Suet. in Calig. c. 49. *Inventa* *est* *arca* *ingens* *variorum* *venenorum* *plena*, *quibus* *mox* *à* *Claudio* *demersis* *in* *fecta* *maria* *traduntur*, *non* *sine* *piscium* *exitio*, *quos* *eneclus* *æstus* *in* *proxima* *littora* *ejecit*.

De nocte. Sic loquutus supra Epist. 2. *surgunt de nocte latrones*, & Saty 3. l. 2.

Media currat de nocte vocata, & *de medio potare* die Sat. 8. lib. 2. De caballo fuit Sat. 6. lib. 1.

Me Satire jano vectari rus a caballo.

De simul. sæpè dictum est: statim ubi Philippus illum aspexit in comitum, impexum, horridum pro comito, pexo, nitido.

Durus. Id est non te respicis, nimis te labore excrucias Vultei.

Attentus nimis. Pro hoc Terent. Adolph. Act. 5. Sc. 3. dicit *attentiores sumus ad rem*. Epist. 16. l. 9. effert per dativum *quæsticulis te faciebam attentiores*. cui opponuntur omisiores, id est negligentiores. *Attentus* autem propriè dicitur diligens in re vel facienda, vel tuenda.

Pol me miser. Donatus in vers. act. 3. Sc. 2. Andr. per *Ecastor* *scitus* *puer* *natus* *est* *Pamphilo*, scribit, per *Castorem* *et* *Pollucem* *ornativa* *sunt* *Iurandi* *apti* *a* *fæminis*. Sed Agellius lib. 27. cap. 1. pauld docet aliter, in *versibus scriptis*, *aut*, *neq;* *Romana* *mulieres* *per* *Herculem* *deserant*, *neq;* *viri* *per* *Pastorem*. *Ædopol* *autem*, *quod* *insurandum* *est* *per* *Pollucem*, *et* *viro* *et* *fæminæ* *commune* *sit*.

Quod te. Id est, quamobrem vel propter quod. Similis otandi modus est in And. Teren. Act. 1. Sc. 5. & verba in itid eadem *quod ego per hanc te dextram oro*, & *genus tuum*: isque antiquis per familiaris & perusitatus in rebus graviter afflictis: quales fuerunt illa pueri prætextati Epodis quintis. Per dextram autem fit obtestatio: quia membrum est fidei ac fæderis, ut Tit. Livius 1. ab Urbe scribit, *significantes fidem tutandam*; sed et q; *ejus etiam in dextris sacratam esse*. Idem Plin. l. 11. c. 45. *Dextram in fide porrigit*. Definitur autem obtestatio à Donato in Hecyr. Act. 3. Sc. 3. *precatio cum mentione earum rerum per quas petimus*, ut hoc exemplo Virgili ostendit, *per eversa genitor fumant: a Troja Excidia obtestor* quo non est minus illustre præsens nostri Poetæ *Quod autem dicit, vite mercede priori*, Aristoph. effert, *eis τὸ ἀσχετὸν ἀπὸ τῆς ἀγίας νόου, in pristinum statum restitue undè me sustulisti*.

Qui simul. Id est, ubi perpendit & diligenter judicavit, quantò ubi banum vitæ genus, quod Vultejus Mena prius sequeretur, rustico præstaret, julsit illum, quam primùm restitui in statum vitæ priorem. Par enim est, ut suum quicquid institutum vitæ accommodatum & jam consuetum persequatur, & in suetum maturè relinquat.

Verum est. I. æquum & honestum est, decet ut accipitur in Orat. pro domo sua: *sed quid ad te, qui ne-*

ges esse verum, quemquam ulli reip. extra ordinem præfici: sic Epist. 12. sequenti geminabit,

Nil Grosshus, nisi verum orabit æquum.

id est, justum & æquum. Sic accipitur in orat. in Salust. *Ita igitur agit, ut nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisse.* & in Terentio *id ne est verum*. i. justum, nempe, gaudere malis alienis alia sunt hujus significationis exempla per multa: Cic. epist. 1. l. 2. ad Atticum, *Quid ferius, quam in Judicium cum venire, qui ob rem judicandam pecuniam acceperit?* i. æquus. Id è in orat. pro Murena, *negat verum esse allici benevolentiam cibo*. i. æquum esse. Cæf. de bell. Gall. lib. 4. *neq;* *verum esse que suos fines tueri non potuerint, alienos occupare*. Præterea τὸ *modulo* & *pede* dicta sunt, *as* *et* *diæ* *suo*. Id è explicanda, modulo plebis.

Explicatio Rhetorica.

I *nas & dabis* est polyptoton, **b** Synecdochica est periphraasis autumnii primi, quo morbidus aer corpori bus offunditur, cujus rei causam Ovidius in arte reddit:

Dum modo frigoribus præsumur, modo solvitur æstu. Aere non certo corpora languor habet.

Est præterea in *dum* iterato ad initia membrorum anaphora.

c Est quoque catacrestica & faceta synecdoche pro atratis & libitumariis ministris, qualis esset si spectatores puniendorum damnatorum diceremus ipsorum esse comites & stipatores. Dissimilis est in *Bruma* partis pro hyeme tota. De cujus vocis etymo repete, quod dictum est Odis 6. l. 2 & 7. l. 4.

d Videtur metaphora à pictoribus, qui colores, vel à chirurgis, qui unguenta, corporibus inducunt. Propriè loquutus est Sat. 5. l. 1.

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.

e Synecdoche est generis pro Horatio.

f Videtur in *sibi* metonymia subjecti, pro valetudinem suam curabit.

g Hic verba quinque similiter sonant circa clausulas tot membrorum *διὰ τῆς ἐπιπέδοις*, ubi cernuntur partim *ἰσοπέδοις*, partim *ἰσοκλάς*. In *ficus* autem prima generis in *calor* pro æstu immodica qui Græcis est *καύμων* *ἢ* *καύσση*.

h Alia est synecdochica periphraasis veris.

i Apparatus est ad Prosopopœiam hospitis Calabri *ἀνδρὸς καὶ καταλιθίας*, quam alii interpretes *ἰλιθιον* nomine non satis commode ad personarum inductionem solent vocare.

k Jam inducitur hic Calaber cum viatore loquens per Dialogismum. *Jam satis* &c. Verba sunt viatoris *At tu*. & hæc Calabri: *Bemignè*, dicit viator: Calaber, *non inuisa*; viator, *tam teneor domo*: Calaber, *ut libet*.

l Nulla est hic deposita prosopopœia nota.

m Anaphora.

n Metaphora est ab agricolis ad uberrimam materiam de qua fit aliquid, significandam, ut apparet ex illa geminatione pro Milone, *seges & materia gloria*, qualis quoq; Philip. 4. *Magnus est campus ad lanæam in Republica*.

o Allegoria est è synecdochis specierum generibus, id est pro pretiosissimis ac vilissimis quibusque rebus, quarum novit sapiens discrimen, ac pretium muneris, quod alicui præstat pro ipsius merito ac dignitate, expendit diligenter. Ita juvenalis sumit *Lupinum*, quò dixit.

...miam mihi malo Lupini,

Quam

Quam si me toto laudet vicini pago.

pro tunica vili & pannosa, Sic usurpantur in Satyrico Petronij pro malo ac vili aere, sed prater unum dispondit unum dicitur, Lupinosq; quibus destinaveramus mercari, nihil ad manum erat, ne interim prada discederet.

p Mira est hic Poetae licentia, Graecis περιφρασις, loquendi aequum, quem aut veteri aut metuiere deberet, ab eoq; repositum, quod non est in potestate cuiusquam situm: cuius affectum auget alia sequentis dictionis figura.

q Auditur ter initio sententiarum sonus sonus vocis eiusdem per Epanaphoram.

r Προκαταληψις est obijciendi apologi.

s Accessus est ad prosopopoeiam mustelae vulpeculam inclusam sic alloquentis, Si vis &c. ubi fictio personae deponitur sine admonitione.

t Anaphora est in membris.

u Alia est prosopopoeia Telemachi Menelaum Atridem sic affantis: non est aptus O Attride. &c.

x Haec duo πολυπρόσωπος cadunt ex eodem.

y Sumtum est ab ignavia & mollitie hominum ad militiam ineptorum.

z Quarta est prosopopoeia Philippi cum Demetrio seruo suo primum, deinde ipsius cum Vultejo Mena loquenti per Dialogismum.

aa Metonymia est adjuncti pro aedibus Menae, unde constat, hunc non fuisse vagum, & incertis sedibus errantem.

bb Synecdoche est generis pro Martio campo καὶ ἐξ ὅλου.

cc Similis est tropus pro occupationibus mercenariis & impedimentis, praconis.

dd Paronomasia est & agnominatio soni leviter dissimilis, e comutatione alicujus syllabae & significationis.

ee Anaphora est.

ff Similis est tropus Od. 18. l. 1.

10 Quis post vina gravem pauperem aut militiam crepat? Inde repetit expositionem.

gg Exclamatio est affirmantis suas querelas per Pollicem.

hh Altera est exclamatio, sed obtestantis ad affectum patrono movendum.

ii Synecdoche est generis pro officio & instituto praconis.

20 kk Allegoria est e Metaphoris ab his, qui staturam corporis humani numero pedum metiuntur: qualis est in Dialogo Lucian. de imaginibus, ἀλλὰ διακέως καὶ πνευμαλέως τῶ ἀκρίω μέτρον ἐκατέρω, Disjudices e dimetiariis utrumq; propria mensura. Monet autem Allegoria, ut

25 intra sua quisq; conditionem & fortunam se contineat, & se suis facultatibus tam animi, quam corporis aestimet, nec ex aliorum judicio pendeat.

Epistola VIII. AD CELSUM ALBINO VANUM.

Theticum,

Horatius operam Musae, tanquam internuncii cuiusdam, utitur ad statum vitae suae Celso indicandum: ut hic facilius ac melius inde de suis moribus cognoscat & statuatur.

Celso gaudere & bene gerere Albinovano, Musa rogata refer comiti scribae, Neronis. Si querat quid agam: dic multa & pulchra minantem,

Vivere nec recte nec suaviter: haud quia grando contuderit vites oleamq; momorderit astus: Nec quia longinquis armentum agrotet in arvis: Sed quia mente minus validus quam corpore toto, Nil audire velim, nil discere, quod levet agrum.

35 Fidis offendar a medicis: irascar amicis, Cur me funesto properent arcere veterno: 2. f. Quae nocuere sequar fugiam, quae profore creda: g. Roma Tibur amnem h. ventosus, Tibure Romam. 3. Post haec, ut i. valeat, quo pacto rem gerat, & se: Ut placeat k. iuveni percontare utq; cohorti. Si dicet, recte: primum gaudere subinde Praeceptum auriculis hoc l. instillare memento, Ut tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.

Analysis Dialectica.

Poeta non dissimili serere prudentia & artificio utitur hic in admonendo Celso de ipsius vitis ac inconstantia, atq; fecit Sat. 3. l. 2. in Damaspippo reprehendendo. Valet certe hoc utrumq; plurimum ad utiliter monendum, si cohortatio suscipiatur opportunè, & ad rationem personae accommodatè. Nam quum via stulti sit in oculis ipsius, ut scribitur c. 12. v. Proville monita sapientissimi cuiusq; respuit omnia, sicut eiusdem l. c. 13. v. 9. docetur, In arvis, stultitiae loquar: quia contemnet intellectum eloquentium tuorum. Eodem spectat consilium Sirachidae c. 22. qui suadet non consumendam esse operam in huiusmodi homine docendo, quae non secus perdetur, atq; si poneretur aut in testis alicujus fractae hydriae committendis & conglutinandis: aut in aliquo alio dormiente monendo. Tali prudentia utitur saepe Demosthenes, qui ut Ulpianus scholias in primam Olynthiacam annotavit, το ἐπιχρησθευσαυτοῦ καὶ ἀποδοῦναι τὸ ἐνδύμα. ἢ, ἡμῶν εἰς αὐτὸν πῶς αἰεὶ τὸς ἀκούοντας, ἢ οὐχ ὑμῶν, quum vult oaium vitare auditorum, in se parte culpa transfert, dicens saepe numero ipsi nos, non vos, in hoc vel in illo negligentiores fuimus. Itaq; Poeta Philautia hominis perperata & cognita qui nihil, nisi quod ipse aut dicit, aut facit, miratur, aliorum consilia vel ipsorum amicorum asper-

45 natur; effigiem vitae suae, sub aspectum ipsi subijcit: primum e suis turpibus factis: quod multum se jactet: studium Philosophiae accerrimum vendit: praclarum opus scripturam persequatur: multas res alias ostendet ac minetur: quod deniq; nec recte nec suaviter vivat: quod postremum illustratur loco efficientium negatarum, quae tanquam fallae, ἀπιστοῦσιν καὶ τὴν ἀρετὴν, removetur, & pro his verae indubitataeque reponuntur, quae minorum collatione illustrantur, quale notavimus epist. 2. hujus l. a. v. cur Quae ledunt oculos &c. Animi siquidem labes nec diuturnitate vanaescere, nec manibus elui potest, juxta physicorum axioma Animi morbum graviolem corporis morbo esse. Sic ἢ, vomit, ei ἐκίνος δυνάστος, i. proinde putatur sanatu per difficultis. Itaq; tales causae morborum divertorum pronunciantur: quod, inquit, non honeste, nec jucunde vivam. in causa non est nulla calamitas mei fundi: non ulla contagio armenti procul hinc pascentis: sed mens male affecta non potest uti ratione, & libidinis perturbationibusq; alius turpiter mancipata respuit omnem vim Philosophiae, quae medetur animis: inanes sollicitudines detrahunt: cupiditas liberos: pellit timores: consilia amicorum & medicorum apud eam nihil possunt. 2. Haec mentis agritudo illustratur adversis: quod illa persequatur nocitura: fugiat autem profutura: deinde ex adjuncta

dimiserat, unde ergo puto in amicis comites ponendos, ut cub curatios in servis.

Pulcrā minantem.] De verbo minari diximus Sat. 3. l. 2. ad hunc versum:

At qui vultus erat multa & præclara minantis Dic me non recit.] Nuncia Celso, inhonestè & injucundè Horatium vivere.

Considerit.] Οὐχ ὅτι σωθέντα πάλαιμα δίδου τῶν ἀμπελων Pro hoc dixit Od. 1. l. 3. Verberari, grandine vineas, quod uno verbo Græcè dixeris χαλαζοπέδιον, & talem vexatum χαλαζοπέδιον quam vocem interpretatur Plaut. in Casim. 24. Olerum quicquid erat calamitas profecto attingerat nuncquam: quâ etiam utitur Terent. A. 1. Sc. 1. Eun. sed translata de Thaide, fundi Phædriani calamitate: quam propriè infert grandinis ruina culmis ac stipulis segetum, quæq; dicitur Donato πρὸς γράμματα in prologo Hecyræ: illud autem Plauti in Græcum sic vertit Hen. Stephanus, ἢ χαλαζοπέδιον τῶν λαχάνων ὅχι ἢ ἄλλο πῶποτε, ἢ ἡρῶν τὰ λαχάνα ἢ πῶποτε χαλαζοπέδιον. Videtur Poeta confundere vites & vineas in his locis: Grammatici tamen distinguunt - vt vinea sit vinetum, i. locus vitibus confitus, Græcè ἢ ἀμπελων ὄν. Vitis autem ἀντὶ δένδρον ἀμπελος ἢ ἀντὶ κλάδου, sit ipsa arbor, & ipsius palmites & flagella, quæ grandine dicuntur verberari.

Oleam non morderit.] De arborum calamitate diximus in Gram. Od. 1. l. 3. Hæc autem Græcè ἢ λωγία. & olea solum perusta, ἢ λωγία δὴ λωγία dicitur. Aestus dicitur morderi dissolvendo, ut frigus constringendo ut Sat. 6. l. 2.

Matutina parum cautos jam frigora mordent.

Utròque tamen fit læsio & offensio.

Armentum.] Festus docet armentum id esse genus pecoris, quod est idoneum ad opus armorum i. quorumlibet instrumentorum, atq; ita dicitur per syncopen, quasi armentum: (ut jam monuimus Od. 3. l. 1.) unde nonnulli putant proprium esse boum arationi serventiū. Quid autem inter sit inter hoc & gregem ex Elegantis quidem Vallæ cognosci potest, sed e 4. Georg. maximè: quum Poeta transit ab armenti descriptione ad gregem explicandum:

Hoc satis armentis superat pars altera cure.

Lanigeros agitare greges hirtasque capellas.

Quod si quando hos pro illis usurpari r. perias, id fit χῆτις καὶ ἀχρηστία, qui ab usus lenitur quodam epitheto, ut læpè magno in grege & 2. Epod: *E. vantes mugientium greges*, pro armentis, ut illic exposuimus Tale discrimen est Græcis in ἀγέλη & ποιμνὴ ἢ πῶς, ut constat ex illo versu Odys. 5.

Δώδεκιν ἠπείρω ἀγέλαι τῶσι πάρα οἶον.

Duo decim sunt in Epiro armenta, totidem greges ovium, vbi Eustathius annotat, ἀγέλαι βοῶν, δὴ ἀδῆ, ἴσως τὴν ἐπιπρωτὴν ἀμφοῖν γέφυραν, ἢ ἀγέλην κνείου κνείου, armenta v. a. scilicet boum & fortasse etiam equorum. De utrisque enim ajunt, armentum propriè dicitur.

In arvis,] Varro. l. 1. c. 29. de re rustica definit arvom, quod quidem est aratum, sed non fatum, quemadmodum Eustathius definit τὴν ἀρῶν, ἢ ἰδὼν ἀρῶν, simplicem arationem, vel terram leviter aratam: contra τὴν ἐπιπρωτὴν. ἐπιπρωτὴν, terram plantis confitam, vel stirpiferam, in hoc versu Iliad. 2.

Καὶ μὲν οἱ Λύκιοι τέμενος τῶν ἐξοχῶν ἄλλων

Καλὸν ἐπιπρωτὴν ἢ ἀρῶν ὄρεα νηπιτο.

Aequè Lycii prædium honorarium aliis præstans diviserunt plantationi & sationi aptum, ut Bellerophonice coleret.

Sed quia.] Hoc certè joco Galli læpè dicere solent, *Parce que je ne suis pas si saine, que saine.*

Fidus medicis.] Donatus docet fidum & fidelem differre inter se ratione rerum subjectarum, ut illud in maxi-

mis & hoc in minoribus negotiis locum habeat. Itaque fidus medicus, interpretis fidus & amicus, quibus magnum quid tutò creditur & committitur: amator autem fidelis, servus, ager fidelis, unde non possis quicquam tam tutò & tam certò expectare: hic tamen Poeta li. 2. Satyr. 3. dixit *medicum fidelem* in Lethargico excitando: ex quo leve discrimen Donati in Hæc. Act. 1. Sc. 11. constat esse inter utrumque: sic fides in mente, & fidelitas in re dicitur habere locum.

Rome Tibur.] De Tibure vide Od. 7. lib. 1. Serv. citat hunc vers.

Rome Tibur amem ventosus, Tibure Romam in versu Aeneid. 4.

Dardaniumq; ducem Tyriæ Carthagine, qui nunc, Carthagine, inquit pro Carthagini pro adverbio in loco posuit de loco. sic Horatius *Tibure pro Tiburi*: Sed posteri Grammatici tradiderunt, nomina localia imparityl. declinat. & numeri tantum pluralis pro quiete cõstrui posse in dandi vel auferedi casu & exemplis comprobant. Cic. in Som. Scipionis. *Lacedæmone honestissimum est præsidium senectutis*: Vide consilium Sen. contra inconstantiam frequentis migrationis in Epist. 7. c. & in prima hujus ad Teanum.

Cur me.] Cur particula, sive in interrogatione, sive extra interrogationem valet propter vel quamobrem, vel quòd ut, *quid est, Q. Naso, cur in isto loco sedeat,* & quæ quassa est, cur hoc velit. i. propter quam pro Cluentio, & nihil est, cur succenseas illi. i. quòd illi irascaris.

Funesto veterno.] Ellipsis est à veterno, ut arcere aliquem ab improbitate in Paradoxo De hoc morbo diximus Sat. 3. l. 2. initio, id est, propterea quòd me prohibeant exitiosa segnitie, & otio, & a me hoc malum depellant.

Subinde.] Hic valet, *mox confestim*, ut sumitur apud Suet. in Octav. c. 95. *Cælestis arcus orbem solis ambiit, ac subinde Julia Cæsaris filia monumentum fulmine ictum est.* Aliàs valet frequenter, identidem, sed per aliquod intervallum, ut, subindè respicientem.

Instillare auriculis.] Cic. in Cat. majore, oleum luminis instillare. Dicitur tamen aliquando, vinum instillatur in ignem.

Explicatio Rhetorica.

Synecdoche est generis pro una è novem. de quibus & de vocis ratione diximus Od. 2. l. 1. Similis est tropus initio i. Aen. *Musa mihi causas memora* fortassè pro Clio historiarum petita, vel pro Calliope carminis Heroici præside. Interdum nominatim appellatur, ut l. 2. T. Lucretii.

Aeneadum genitrix Alma venus, & Eustath. in r. vers. Iliad. a. *μύθη ἀείδει θεὰ* pro indicio hujus tropi annotat, ὡς ἂν δὲ ὁ Ομηρος γενεῖός μιν καὶ συμνοθεῖσθαι μίαι (ὡς λογικὸν εἶδη) δὲ ἀνθρώπων καὶ τοῦ καὶ καλλιόπην γενεῖός μιν θεὰ λέγειται εἰδικὸς δὲ μίαι ut Homerus gen. -rali nomine & graviori animal rationale, & specialiter hominem vocat: sic etiam Calliope generaliter Dea dicitur, specialiter Musa. In Nerone nõ dissimilis est pro Claudio Tiberio Nerone. Quid agam & pulcrā minantem similiter sonant χῆτις τὴν ἐπιπρωτὴν in clausulis.

b Idem quoque sonus initio & medio membrorum auditur χῆτις τὴν ἐπιπρωτὴν.

c Anaphora est, ejusdem vocis in principio sententiæ iteratio.

d Similiter resonant clausulæ utriusq; incisæ per Epistropen.

e Metaphora est ab hoc genere morbi antè explicatæ ad extremam desidiā, & otium judicandum.

f Altera est Epanodos initio & medio, regressio ad eundem sonum.

g Geminum est polyptoton.

Metaphora est ab aere & regionibus & mari, quæ vento agitantur: quomodo proprie dicit Od. 4. l. 3.

Qui terram invertebat, qui mare temperat.
Ventosum.

ad levitatem & inconstantiam hominis notandam: quo tropo postrema libri hujus Epist. plebs ventosa dicitur: quo quidem tropo Brutus ad Cic. Epist. 9. l. 11. usus est, rogo te, ut aliquem emittas ad hominem ventosissimum Lepidum. sed Virg. l. 12. Aen. v. 390 dicit hoc genere tropi, notione tamen aliquantulo diversa,

-- an tibi Mavors

Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis,
Semper erit?

Verba sunt Turni in jactantiam Drancis, quem notat magis γλωτλασπίδα, linguâ se defendentem, quàm armis & clypeo pugnantem.

i Symploce est ejusdem soni circa initia & clausulas sententiarum.

k Συμπλοχὴ est generis pro Claudio Nerone cum altera symploce.

l Metaphora est à liquidis, quæ guttatim in vasa infundi solent, pro, tu Musa, identidem admoneto Celsum de constantia & animi moderatione servanda in omni re. Ita loquitur Cic. ad Attic. sed tropo simplici, Attulit uberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quod starem, instillarunt.

EPISTOLA IX. AD NERONEM.

Theticum.

Quod Poeta commendatione Septimium debeat apud Claudium Neronem juvare.

S Septimius, Claudii, nimirum intelligit unus, 3
Quanti me facias: nam quum rogat & prece cogit.

Scilicet, ut tibi se laudare & tradere coner,
Dignum mente, domog; legentis honesta Neronis: 3
Munere quum fungi propioris censet amici; 3
3. Quid possim, videt, ac novit me validus ipso.

4. Multa quidem dixi, cur excusatus abirena;
Sed timui, mea ne sinxisse minora putarer,
Dissimulator opis propria, mihi commodus unū.
Sic ego majoris fugiens opprobria culpa,
Frontis ad urbana descendi premia? Quod se
Depositum laudas ob amici iussa pudorem,
Scribe tui gregis hunc: & fortem crede bonumq;.

Analysis Dialectica.

Q Væstio hujus Epistolæ proposita judicari & concludi potest ex adjuncta Poetæ potestate pro Septimio aliquid efficiendi: quod Horat. plurimum possit apud Claudium Neronem Augusti privignum auctoritate, atq; rogitur ab amico hoc modo: Cujus gratia apud amicum potentem nota est amico precanti, ac compluribus celebrata, hunc deposito pudore ille debet commendatione juvare. Horatius cognoscitur a Septimio amico gratiosus apud Claudium Neronem. Hunc igitur precantem Horatius commendare debet Neroni, & deposito amici causâ pudore, petenti omniratione & facultate, quum hæc ipsi adsit abunde, honeste gratificari. Assumptio est statim initio, quod Septimius solus cognoscatur & facile perspiciatur, quo locosii Horatius apud Claudium & quid possit.

2 Illustratur hæc pars effectus talis notionis & scientiæ: quod ille jure amicitia cogat Poetam ad omnem commendationis rationem: ubi brevis scriptio utriusq; Septimii & Claudii miscetur ex adjunctis & effectis: quod Septimius familiaritatem Neronis dignus sit, & hic probe sciatur honestissima quæq; & ingenio suo, ac domini convenientissima deligere.

3 Effecta superioris cognitionis augentur minorum collatione, quod Septimio notior sit Horati gratia apud Claudium quam ipsi Poetæ. Hic equidem malo agnoscere contentionem minorum, quam majorum: quod animadvertam Septimium versari in questione, quanta sit ipsi notitia auctoritatis & gratiæ Horatianæ apud Neronem, ad cujus demonstrationem profertur ipsa notio Poetæ ut quid minus, quam habet de eodem favore Claudii erga se ipsum.

4 Ratio est excusationis Horatianæ à dissentaneis diversis sic apertius enuncianda: *E si diu multumq; deprecatus sum munus illud commendandi amici Claudio Neroni; veritus sum tamen nomen dissimulandi, & ficti amici dedecus, si preces tanti amici duntius averterer ac meis tantum commodis, nullâ ratione aliorum habitâ, servirem, quæ diversitatis pars consequens augetur majorum comparatione: quod gravius est peccatum in officio commendandi virum bonum apud principem potentem deferendo: quam in illo prestando crimen audacia apud eundem possit esse.* Poeta hic de vitare videtur commune omnium hominum vitium à Comico notatum, quod omnes sibi melius esse velint, quam alteri. quod D. Paullus c. 10. Epist. 1. ad Cor. docet etiam Christianis cavendum, μηδεις το εαυτου χηριτο ἀλλὰ το τῶ ἑτερου ἐχριστος. nemo quod ipsius sit, querat, sed quisq; quod alterius est: & ita vinculum ecclesiasticæ communionis arctius hærebit & indissociabile fiet: quod Philosophi lumine tantum naturali animadvertentur neminem uni sibi esse natum. sed patriæ, parentibus & amicis, fieriq; homines Diis similes, qui de quàm plurimis bene mereri studeret: contra in leges naturæ ac humanitatis communes eos peccare, qui ad rem familiarem ita sunt attentî, ut omnem aliorum curam abijciant. 6
5 Complexio est: *Quare Septimium virum bonum & fortem meâ petitione & testificatione potes ad numerum amicorum tuorum aggregare.* In hac autem Analysis dialectica desideratur propositio, quàm explevimus revocata hypothèsi ad thesin, quod esset clarior ratio argumentationis.

Ennaratio Grammatica.

S Septimius.] Quanta Poetæ intercesserit familiaritas & amicitia cum Septimio, ex Ode. 6. lib. 2. cognosci facile potest, ubi datur illi consilium à Poetâ mature querendi locum traducendæ utriusque senectuti accommodatum, decurso jam simul vitæ

curriculo, etiam unâ velint ac possint commori: Hæc autem ratio commendandi Claudio Neroni amici revocat mihi in memoriâ quartam Isoctatis ad Philip. Reg. Macedo. epistolam, ὅπως ἐκεῖν ὁ σωῖς ἡσαν ὑπερβυδὸς τοῦ

ἀντὶ ἀξιοπύου, è cuius lectiōne facillè perspicias similes utriusq; commendantis. & Poetae & Oratoris affectus. Nimirum tibi rectè.] I. Sine dubio solus è multis scit Septimius, me gratiosum esse apud te. Ita loquutus est antè Epistol. 6.

Unus ut e multis populo spectante referret.

Satyrâ tamen 9. l. 1. dixit:

— Sum paullo infirmior tuus
Multorum.

Possit etiam τὸ unus e multis explicari: præter alios præcipuus, & qui fuerit in familiaribus ac intimis Neronis & Poetae. Quàm autem hic Septimius conscius esset gratiæ non solum Claudianæ, sed etiam Augustanæ erga Horatium, innotuit ex epistola Suetonio tributa, ut dictum fuit Ode. 6. lib. 2. his verbis. Qualem ego Augustus tui memoriam habeam, poteris ex Septimio quoq; audire. Sed verbum τὸ intelligere, quanquam videtur mentis esse, simplex tamen τὸ legere est oculorum, sicut in Catone: majore non intelligitur, quando senectus obrepit, id est non sentitur, neque cernitur. Itaque vers. 6. addit διασαφηνῶς. Quid possim, videt Septimius.

Nam quum.] Rectè P. Victor legit quum pro me partim propter alterum sequens quum, partim ob suspensam sententiam usque ad videt possim.

Prece cogit.] Græcè dicitur ἐπιταναζῆσαι προσδύει, sic cogere aliquem lege, convicio plagâ, βιάζειν ἢ ἐπιταναζῆσαι πᾶσι νόμοις, νόμοις βία, πᾶσι ἢ.

Silcer.] ἡ ἀπαρῆκτον μὴ ἐπιμεινῶς, τὸ nimirum ἐπιταναζῆσαι, ὅθεν διασαφηνῶς, hæc particula hic confirmat, ut nimirum, non declarat sicut Satyr. 2. l. 2.

Unum nimirum tibi rectè semper erunt res, & ibidem nimirum infans paucis videatur. Hujus autem vocis vim utramq; Donatus in Eun. Act. 3. Scen. 3 observavit ad versum, profecto quanto magis, magisq; cogito, nimirum dabit hæc Thais etc. solve, ait, interpret τὸ nimirum, & fac non est mirum statim erit per asyndetum tota sententia, quasi dixerit, non est mirum, & interpositâ distinctione mox inferret, dabit hæc Thais mihi magnū malum. Idem subjicit potest autem nimirum & pro confirmatione accipi, ut nihil desit, ac si τὸ nimirum pro certo ut in hoc poeta, sic in alijs. scriptoribus probatis. Confirmat Poeta se prece cogi à Septimio ad has commendandi partes, pro qua phrasi dixit Od. 2. l. 1. prece quâ fatigem.

Laudes & tradere.] Pro his Cic dicit, commendare & tradere, ut diximus Sat. 9. lib. 1. ad hæc verba,

Hunc hominem velle si tradere.

quæ Græci expriment per συρίζουσι, παρατίθειν καὶ παρακεῖν, τὸ ἐπιθεῖν, Demosth. περὶ Τιμίου, ἐν συρίζῃ αὐτοῦ τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ, quem hic commendavit & tradidit patri meo. Hic tamen laudare non idem valet, quod commendare, sed ex consequutione pro hoc sumitur, propterea quod quæ alteri commendamus laudare soleamus, non tamen contra, quem laudamus, semper commendamus. Hæc utriusq; verbi conjunctio ex altera Terentii Eunuch Act. 3. Scen. 5. v. 17. illustratur. Quid ego virginis tibi nunc faciam prædicem, aut laudem, Antipho: ubi Donatus sic distinguit: prædicamns voce, ut res sunt: laudamus extollendo & argumentis, quod ita esse perspicias ex Od. 1. l. 1. Mercator oppidi laudat rura sua & 7. ejusdem.

Laudabunt alij claram Rhodum. In geminatione commendare & tradere quidam volunt posterius plus valere, sicut in hoc exemplo l. 2. Epist. ad fam. l. 5. omem rem atq; causam, meq; totum commendo atq; trado, ubi alii malūt conciliationē favoris, quàm commissionem aut probationem significari, ut causa & res grata sit & accepta & ipse placeat: sic in hoc pro Domo sua, judicium non modo commissum, verum etiam commendatum. ubi etiam posterius est significantius priori, ut in superiori exemplo comendo & trado, posterius est auxeticū commendationis. Est enim τὸ tradere ita committere aliquid potestati alterius, ut, quid velit, agat in eo tradito, ut in Græcis quoq; ἐπιταναζῆσαι ἐγκομιάζειν sic geminatis. lib. 5. præd. Xenophon.

Dignum mente.] I. qui meretur benevolentiam hominis res honestas deligens prudenter.

Legentis.] Hic apparet, quod modò annotatum fuit de conjuncto intelligere, ut hoc sit verbum sensus, quale simplex legere honesta, quod idem sonat, atq; legere milites, in quorum delectu circumspicitur habitus totius corporis, quàm sit idoneus militia: qualis electio rerum honestarum fieri debet.

Munere.] Id est, quum videt metibi esse in intimis, intelligit, quid apud te possim. Varias equidem rationes attuli, quamobrem excusatione impudentiæ possem tale munus deprecari sed metus opprobrii tandem illud me suscipere coegit.

Validus] Syncope est sicut valde ab integris valide ac validius, pro multum & plus.

Mea minoræ.] I. meam auctoritatem & gratiam apud te falso dicam esse minorem. (moiens.)

Dissimulator opis.] Gal. ne fassant semblant d'avoir des.

Mibi commodus.] Sic. Od. 8. l. 4. loquutus est sodalibus commodus, pro serviens commodis tuis & sodaliū: quod epithetum propriè dici solet d'his, qui se ad motes aliorum norunt accommodare, ideoq; sunt faceti, comes & moderati: sed paucos hujusmodi esse Pseudolus queritur apud Plautum. Sententia igitur est, ne ego dicerer ab eo meis solum commodis servire, nihil amicos curare, qualis Laertio dicitur Timon Philosophus χερειδεντος σοφιστος ἢ ἰδιοπρογμῶν, suis tantum addictus dissimulando ipsius opinione me non tantà valere apud te gratiâ, quantâ vulgò jaçtatur.

Frontis.] Id est, frontem perfricui more urbanorum & impudentium & audacior factus sum amici causâ.

Si depositum.] Hoc quidem vult, si meam probas verè recundam pro amico postulatio nem, hocq; Græci dicunt. ἐὶ δὲ ἐπιταναζῆσαι καὶ ἀποδοῦναι, ἢ τῷ φίλῳ χρεὼν οὐκ ἀνταποδοῦναι ἀποδοῦναι. quod autem hic ait depositum pudorem Ovid, & Seneca efferunt per de pudore, ut Græci, ἀποδοῦναι, ἢ ὑπὸ τῷ πειθῶν εἰσὶν παρ' ἀπερθερίας βίας ἢ εἰς ἀναγκῆν ἐκπιπῆναι, animus enim ubi semel pudorem deponere coactus est, protervè se gerit ac insolenter Chrysof de Sacerdotio. Alio quid è tropo pronunciavit Epod. 11.

Desinet imparibus certare motus pudor.

Rogo igitur te, ut Septimium adscribas in numerum tuorum quippe qui vir fortis ac bonus habeatur & sit τὸ scribe tui gregis hunc syntaxi, quâ, conveni hominem mei ordinis sic, fac Septimum esse gregis Claudiani, id est tui.

Explicatio Rhetorica.

Nulla ferè sunt hic orationis lumina, nisi quod in his frontis ad urbana duplicem agnosco tropum: primum metonymiam subjecti pro adjuncta imprudentia urbana, quæ potissimum residet in ea parte vultus: deinde contrarium huic modum metonymiæ. quo ex adjuncto significatur urbani impudentes: quorum personam lege amicitie coactus est

Poeta sustinere in hac commendatione. Præterea in scribere hunc tui gregis à pecoribus nota est metaphora: quem admodum Terent. loquitur Act. 5. Sc. 9. Eun. verum etiam hoc vos oro, ut me in vestrum gregem recipiatis: sic ipsemet auctor Epod. 16. in doctâ hominum multitudinem appellat gregem indocilem: quod simili tropo etiam Græcè dicitur, κατὰ λόγῳ τῶν ἐν τῇ τῶν φίλων ἀεὶ ἐλθῆ. EPISTO-

EPISTOLA X. AD FUSCUM ARISTIUM.

Theticum.

Cupiditatem amici castigandam esse amanter ab amico, ut
δταρκός έχων sapienter vivat.

Varbis amatorem Fuscum salvere jubemus
Ruris amatores: hac in re scilicet una.
Multum dissimiles, ad cetera penè gemelli.
2. Fraternalis animus quicquid negat alter & alter:
3. Annuimus pariter veluti notique columbi.
4. Tu d' nil lum servas: ego laudo ruris amoni
Rivos & musco circumlit a saxa, nemusque:
5. Quid quæris vivo & regno, simul ista reliqui,
Qua vos ad galum effertis rumore secundo.
6. Utq; Sacerdotis fugit rivos liba recuso:
Pane egeo, jam mellitis potiore placentis.
7. Vivere naturæ si convenienter oportet,
Ponendæq; domo querenda est area primum.
Novissine locum potiore rure beato?
Est, ubi plus tepeant hyemes: ubi gratior aura
Leniat & rabiem canis & momenta leonis?
Quum semel accepit Solem furibundus acutum?
Est, ubi di vellat somnos minus in vilita cura?
8. Deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?
Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum,
Quam que per pronũ trepidat cũ murmure rivũ?
9. Nempe inter varias nutritur sylvæ columnas,
Laudatũrque domus, longos quæ prospicit agros.
Naturam expellas furcã, tamen usque recurret,
Et mala perrumpet furtim fastidia victrix.

10. Non, qui Sidonio contendere callidus ostro
Nescit Aquinatam potantia vellera fucum,
Certius accipiet damnum, propiusque & medullis:
Quam qui non poterit vero distinguere falsum,
11. Quem res plus nimio delectat vèrè secunda.
Mutata quætient, Si quid mirabere, pones
Invitus: fuge magna: licet sub paupere tecto
Reges & Regum vitã præcurrere amicos.
12. Cervuus equum pugna melior cõmunibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo
Imploravit opes hominis, frenumque recepit:
Sed postquam victor violens abscessit ab hoste,
13. Non equidem dorso, non frenum depulit ore:
14. Sic, qui pauperiem veritus, potiore metallis
Libertate caret, dominum vehet improbus, atque
Serviet æternum, qui parvo nesciet uti.
15. Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
Si pede major erit, subvertet, si minor, uret.
Latus sorte tuã vivas sapienter Aristi.
16. Nec me dimittes incastigatum ubi plura
Cogere, quam satis est ac non cessare videbor.
17. Imperat aut servit collecta & pecunia cuique:
Tortum digna sequi potius, quam ducere funem.
18. Hæc tibi dicta ab ampo post fanum putre Vacuna,
Excepto quod non simul esses, cetera letus.

Analysis Dialectica.

Hæc Epistola tota ferè συνηρικώς tractatur: ubi
Poeta & Aristius, ut alter De mea & Mitio apud
Terentium, dissimiliter comparantur: nam locus
cum loco, vita unius cum vita alterius conferri modò
υπερβολικώς, modò ελλειπτικώς videtur, ἴσως ἐν ποσότητι καὶ ἐν
ποιότητι, æquè in quantitate atq; in qualitate: quæ omnia
45 tendunt, ed, ut Aristius, compressã rerũ cupiditate & am-
bitione, ad felicitatem vitæ rusticæ parvo contentæ, & na-
turam imitantis se traducat. Exordium autem constat è
loco dissimilium: quod Poeta & Fuscus sint dissimili stu-
dio ac voluntate deligenda habitationis: ille rusticam, hic
50 urbanam ambitionis & pecunia causã malit. Neque ta-
men hoc uno dissolvitur illorum amicitia, præsertim
quum cæteris rebus pariter æqualitèrque sibi respondeant:
secus amicitiam dissolveret dissimilitudo morum.
2. Locus est è paribus, quod uterq; idem vel nolit, vel
cupiat: in quo consiliorum & voluntatum consensu &
societate arctissimum est amicitia vinculum.
3. Idem consensus confirmatur alteris paribus, tam su-
mus ego & Aristius inter nos concordus, quam vetuli & no-
60 ti columbi: vel tantã voluntatum & studiorum consen-
sione ambo constructi tenentur: quantã inter se vetuli & fa-
miliares columbi creduntur teneri.
4. Reperitur superior dissimilitudo, & augetur dissi-
milibus factis: quod Fuscus in urbe, tanquam in angusto
65 nido, sese serviliter contineat: Poeta in amplissimis & amice-
nissimis locis liberè ac securè spatietur.
Illustratio est ἀντιδοτικός, ubi se dixit laudare ru-

ris amicitiam ex efficiente: quod fugã honorum & o-
pum & antarcia beatissimè vivat rure.
6. Felicitas ista quam è rustica mansione percipit, simi-
libus confirmatur: quod ut servus sacerdotis imperio
herili solutus vivit pane suavioribus cibis anteposito con-
7 tentus: sic ipse vivat ἀνταρκώς καὶ βασιλικώς, more regis atq;
hominis contenti.
7. Adhuc personarum conditiones inter se compara-
tæ sunt: altera locorum rursus sequuntur, ac primum è
collatione minorum docet, ab eo, qui volet agere vitam
cum virtute, naturalibusq; donis conjunctam, aut locum
adibus construendis maxime idoneum designare, ruri post-
ponendam urbem: vita tamen urbana est Mitioni clemès
quod ut ait Donat. in Adolph. Act. 1. Scen. 1. faciat clemen-
tes ipsam colentes: Hæc autem comparatio confirma-
50 tur tribus aliis ejusdem modi: quod illic minus serviat a-
spèra hyems: minus quoque æstus: minus præterea cura hu-
mana quietis invida somnum abrumpat. Quanto autem
præstet ager & in eo habitatio urbi verissimè disci potest
65 ex Hippolyto Seneca, quum sit loquitur.
Non alia magis libera & vitio carens,
Ritusq; melius, vita, que priscos colat,
Quam quæ relictis mœnibus campos amat.
Non illum avara mentis inflamat furor,
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non pestilens invidia, non fragilis favor,
Non ille regno servit, aut regno imminet,
Spei metusq; liber.

Huc accedat illud Columella, vitam rusticam esse proximam et quasi consanguineam sapientia
 Dein le eo sem spectant hanc paria, quod herba agrestes non infravorem spirent edorem, vel potius non minus grata sint, nec minus splendcant, quam marmor Africanum: quod non limpidior sit aqua suborum, quam aqua rivorum ex alto leni susserro decurrentium.

Ad superiorem approbationem assumptum argumentum adhibetur ab experientia, quod potentes ac divites, quum student in oppidanis adibus similitudinem ruris referre instructione hortorum, constitutione arborum columinis marmoris mstrarum, adjunctione latissimorum agrorum, satis arguant, quantumvis d simulent, urbanam habitationem rustica longe postponendam, ut artificialia naturalibus omnia te oútei, te mi oútei βελτιον εστί, id est, quod est natura, id longe melius & prestantius est eo, quod non est natura, quod e diversis probatur: Licet, inquit, aliò naturalia, nescio qua cupiditate, torquas, atque nata sunt: illa tamen sensim ad ingenium vimque naturam redire solent. Hoc certe videtur sumtura e fine Odes Olym. Pindari, εἰδ. 10. Εμπεδ. εἰτ' ἀνδρῶν ἀλόπει, εἰτ' εἰς ἑσθλοὺς λέοντες δὴ μάλα τὸ πρῶτον: id est, in fitos natura mores, neque callida vulpes, neque grandifremi leones permulcrant, ubi Locri Epizephyrii naturalicandore & benignitate commendantur.

Ad distinctionem rerum naturalium & artificialium pertinent hanc paria: quod negotiator, qui nescit industriam solerti internoscere fictam et simulatam purpuram a vera & germana, non minus accipit damnum, quam qui iudicat id esse verum, quod est plane falsum: quibus pares sunt, qui vitam rusticam, liberam, securam, tranquillam falso iudicio solent posthabere urbana, que serva est, sollicitudinibus, perturbat omnibusque plena.

Conditiones personarum repetuntur primam ex advertis: quod, qui insolentia rerum secundarum effertur, adversis casibus vehementer commotus deprimatur, quod non cadit in quemquam sua sorte contentum. Deinde ex adjunctis, quod carissima quaeque, maximeque admirabilia nobis in vitis tandem aliquando sint relinquenda: tantumque remaneat, quod virtutis et recte factis consequutus: nam

Ἀθανασία δ' ἀέθρα, εἰδ' ἀντομαγάγης
 Τὰ Ταντάλα τὰ δ' αὐτὰ ἰκανάλο γόμενα.
 Ἄμ' ἀποδανῆ, τὰ ὑτὰ κατὰ λείψεις.

Immortalitas non erit tibi, etiam si congesseris,
 Quae dicuntur, multa Tantalii talenta.
 Morieris tamen, et haec relinques.

sic Menander, unde conficit, maxima fugienda esse, et mediocria expetenda, uniusque virtuti servendum: cuius conclusionis approbatio est e comparatione minorum: quod, qui haec consecratur, divitius ac melius vivat, quam Reges ipsi, et consiliis Regum intimi. Protasis hujus comparationis amplificatur apologo cervi & equi similiter comparatorum: unde potius exillimo ad insita argumenta, quam ad assumpta referenda esse: quanquam Aristoteles libro secundo Rhetoricorum, hunc inter genera argumentationum ponit. Et certe haec fabula constat integrā & plenā similitudine collatione, cuius simile est in protasi, res in apodosi: ideoque argumentum est, non argumentatio. Similis apologus fuit Epistolā primā hujus, sim liter etiam tractatus, uti similis cautio fuit Poetae abjiciendi consilium populi: qualis fuit Vulpis illud & Leonis. Poest etiam cadere exemplum in reliqua comparatorū, genera hujus aut similitudinis propositio enūciatur primū loco majorū, quod cervus superior equo fuerit pugna: deinde factis & adjunctis equi victi. Hic locus memonet, lector, ut te quoque moneā de ratione comparatorū sicut iam antea feci aliquoties, ut Ode 7. l. 1. & Ode 4.

1.4. & Epodis sextis: paullo tamen fortassis obscurius. In omniigitur genere comparat omnis consideramus duas partes, antecedentem & consequentem: illa protasin, hanc apodosin, vel antapodosin in sola dissimilitudine vocantes, de qua est admonitio post dialectica Odes. l. 1. praterea tem, & quod est rei simile, vel dissimile, vel par, vel psā majus vel minus: unde dicimus rem interdum praecedere, & in protasi esse: interdum consequi, & in apodosi. Rem autem appellamus, quod est in quaestione, ut hic, quum cervus & equus inter se conferuntur, Poeta verbis videtur nihil interesse, utrum res sit, & utrum argumentum. Nam primū dicit, cervum esse pugna equo superiorem, deinde equum cervo minorem: res eadem significatur, sed variè enunciatur. At quoniam equus videtur adhiberi in hac longa similitudine ad arguendam hominis cupidi & ambitiosi imprudentiam, dicimus te equum argumentum praecedere in apodosi. Et certè, ut paucis dicam, est hoc communiter insitum argumentis, ut mutuo sese arguant, & demonstrent: verbi gratia: Deus condidit mundum: causa effectum suum arguit, & vicissim ab eo arguitur. Deus est immortalis, hic quoque subjectum sic vicissim ad summa adjunctum affectum est. Idem sentiendum est de dissentaneis, comparatis, & de reliquis.

12 Apodosis est similitudinis illustrata factis illius: Qui paupertatem de vitans summo cum periculo magna consecratur, quae rursus altera similitudine confirmatur, & ita iudicatur: Qui plus aut minus possidet, quam satis est gravibus incommodis afficietur, ut qui calcem gestat pede majorem vel minorem. Videbatur hic rectè Aristoteli assumendum plura consecrari, quam satis sit: verum quia haec assumptio paululum erat odiosa, reponit pro ea consilium, illi satis esse, ad bene, sapienter, beatèque vivendum.

13 Ad extremum, Poeta valde prudenter e paribus, ut Aristoteli putaret hanc animadversionem & castigationem contumeliā vacare, rogat, ut equo et pari jure reprehensionis ille secum agat, quo adhuc cum ipso egerit, si ipsum plus iusto divitias expetere, congerere, viderit, et illis servire. de quibus sic statuit e loco relocatorum, quod illas oportet esse servas possidentium, non crudeles dominas. Sicigitur frangenda est cupiditas habendi, & autarcia in primis colenda, ad bene beatèque vivendum, atque semper hoc usurpandum, ἀνακτόρος, κῆρος, ἰδὲ τιμῶν τε κῆρῶν, ἢ τιμῶν ἡδονῶν ἀνα. acquire et utere conjunctim, ac scito querendi et unā utendi modum. quod pertinet illud Apollodori: εἰ

Ἐγὼ γὰρ τὸν πλοῦτον εἰδοῦν ἄρα εἶμι,
 Ἄλλ' ὅστις αὐτὸν κῆρῶν, ἰπερπεπέει εἰ ὦν ἔχει. Non
 i ego intuerer divitias, quantae ille sunt: sed quis sit possessior, an hic eas sibi submittat.

Enarratio Grammatica.

Amatorem.] Donat. in Andr. Act. 4. Sc. 3. sic distinguit amicum ab amatore, ut ille sit animi & perpetuus, quemadmodum supra, Epist. 7. innotuit ratione vocis, amicus: hic autem corporis, & tantum ad tempus.

Fuscum.] Veteres interpretes dicunt hunc Fuscum fuisse scriptorem Comcediarum & Tragcediarum.

Salvete jubet.] In hac phrasi te jubere non tam est iussionis & imperii, quam voluntatis & optationis, quomodo interpretatur Dona. Andr. Act. 3. Sc. 3. Subeo Chremetem, ait Simo, ubi desideratur te salvere: id est, ut Interpres explicat, volo Chremetem salvari, vel ipsi salutem dici. Nonius tamen Marcellus scribit, jubeo salvere idem esse, quod salutem mitto: at tamen extra salutationem

salutationem etiam jubeo. Idem interpretes sic explanat Euchnuch. Act. 4. Sc. 7. Qui scis, an, que jubeam, sine vi faciat. Item Cic. l. 7. ad famil. Marium, Epist. 2. Quamobrem valde jubeo gaudere te, quod Plancia Bursa hostis meus condemnatus sit: id est, o, to tibi gaudium. Sententia igitur est: ego Horatius ἀγροδίαλιθῶ ἢ ἀγροίμουθῶ, ἢ ἐγροίσις ἢ ἀγροίχιας τῶ Δεσίφῶ & ἀγροίσιρ τῶ φιλοπλάδι.

In re scilicet.] Hic τὸ scilicet confirmantis est.

Ad cetera.] I. ceteris in rebus propè sumus pares ac similes: vel, quantum ad reliqua, sumus propemodum pares: sed hæc syntaxis non est usitata Latinis, itaque mallem hic Hellenismum, ac potius Atticifinum nostro Poeta familiarem, ac cetera gemelli, qualem docuimus Ode. 2. l. 4. Cetera fulvus, & hic mox sub finem, cetera letus. Altera est syntaxis quintâ Verriinâ: consortem esse in lucris atque furis geminum ac simillimum, nequitia, improbitate, ac audaciâ. Nam ut scribit Plutar. in Consol. Apoll. τὰ δὲ διδύμα τῶ ὁμοίωσι μάλιστα παρρηχάει: id est, proles enim gemina maximam præ se fert similitudinem. undè Serv. in v. Æneid. r.

—geminique minatur

In calum scopuli.—

annotat hoc epithetum gemini, esse duplicis notionis, quod interdum binarium numerum, ut Æneid. lib. 2. gemine columba, significet: sed altera significatio pendet per metaphoram ab alterius facultate, sicut facile cognoscet è tropo τῶ gemelli ἰσομοιότητος, indè flexi in Rhetoricis notato.

Partes.] Ellipsis est hic notæ anaphoricæ ne atque vel ac gemeli columbi: sic loquitur Catullus in Mammuram & Cæsarem, extra tamen collationem:

Morbosi pariter, gemelli utrique.

quod citavimus in Ode 37. l. 1. aliud spectantes. Hic etiam ipse Satyrâ 3. l. 2. v. 244. hoc usus est epitheto:

—par nobile fratrum

Nequitia & nugis pravorum & amore gemellâ.

Hic Lambinus legit, —vetulis notisque gemellis, quod probat Cruquius è codice Bland. nusquam tamen quod legisse meminerem, reperitur τὸ pariter cum casu dandi, per syntax in sui primigenii, τῶ par, sed quum valet simul, ferè habet annexum sibi τὸ cum, ut 2. de Off. Tua laus pariter cum Republica cecidit. & l. 2. de Divin. Crescunt pariter cum Luna, pariterque decrescunt ostrea & conchylia. quum etiam notat æqualitatem absolutè interdum usurpatur, ut Cic. de clausulis in Orat. extrema pariter terminantur: interdum comparatè cum atque & ac, ut in Dialecticis ostensum est.

Columbi.] De hac ave vide Aristot. Histor. l. 5. c. 13. & Plini. l. 10. c. 24. atque de ratione nominis Oden 2. libri 1. lege, ubi genera columbarum indicantur, cujus natura ferè declaratur epithetis ab hoc auctore, molles columbas dicente, Ode 27. l. 1. & imbelles, Ode 4. l. 4.

Tu nidum.] Non ego hic tantum privatas ædes Aristii, sed totam etiam urbem, ubi manebat, puto intelligendam, quæ ad latissimè patentes agros est, velut nidus quidam aviam. Non est dubium, quum Aristius, ut lupus eluriens, sic divitis & honoribus inhians omnes vias rei faciendæ iniret, nec se in tectis abditum contineret.

Musco.] Ἐπαυῶ τὰς ἀπτεγὰς βρωθείσας. Musco rupes obstitas & oppletas laudo.

Quid queris?] Ne melongiori percontatione fatiges, beatissimè ruri vivo, cupiditatibus facillè imperans, quæ te, ac tui similes cives, ut misera mancipia, istic exercent, & transversum agunt.

Simul ista.] I. postquam sprevi honores, voluptates, opes & divitias, in quorum regno putas summum bo-

num esse positum, & rus merecepi, benè regiè beatèque vixi. Aptè dixit, ista personam secundam alioquens.

Quæ effertur.] Quæ tu tam magni facis, quàm quod maximi fieri solet ab imperito vulgo.

Fugitivus.] De hoc genere fugitivi servi dictum Satyrâ septimâ libri primi, sicut de Libo & ipsius confectio-

ne. Pane.] I. avidè comedo panem in libertate, licet autopyrum melle suavior em: quia quemadmodum jucundissimus libertatis fructus efficit, ut servo vilissima quæque edulia sint carissima & optima, postquam excussit jugum servitutis: sic Poeta ex urbe egressus, existimabat se velut in libertatem vindicatum Sed de placenta vide Grammatica Sat. ult. l. 2.

Vivere.] Quod aliquando dicitur congruentè naturæ, vel secundum naturam vivere: quod quidem posterius est veterum Academicorum & Peripateticorum, ut est lib. 2. & 4. de Fin. bonor. & mal. Illud verò prius Stoicorum, ut est 3. de Fin. & 5. Tuscul.

Pouendaque.] Si ad domum conservandam deligendus est locus ante omnia. Hic domo, est dandi casus contra Grammaticos, qui tantum domum agnoscunt.

Est ubi.] Nusquam magis est frigus remissum, quàm in hoc agello, nihil usquam quietius, nihil alius, nihil amoenius, ut videatur locus ad normâ æconomici Aristotelici constructus, χερὶ μὲ τῶ ἀπὸν πρὸς ὑγίειαν εἶναι εὐπνοῦν μὲν τῶ θέρους, ἐνὴλιον δὲ τῶ χειμῶνος, oportet sane domum salubritatis causâ perstabilem æstate esse, & hieme commode apricam atq; soli exp. sitam.

Rabiem canis.] De Sirio & canicula dictum est Od. 17. lib. 1. & de Leone Od. 29. l. 3. & de tempore, quo utrumque viget ad hos versus:

Jam clarus occultum Andromede pater
Ostendit ignem, jam Procyon furit,
Et stella vesani leonis:

quoposteriori intelligendus est βασιλιον, stella vulgò cor leonis, ut illic annotatum fuit.

Quum semel.) Quum æstuans, vehemens & altè penetrans sol sentitur.

Furibundus.] Serv. in vers. Æneid. 4.

Conscendit furibunda rogos annotat, τὸ furibundus significare, similis furenti, quod Agell. l. 10. apertè improbat quum docet nomina in bundus non vim similitudinis præ se ferre, ut ferè hic interpret explicat, sed vehementiæ & copiæ, quæ sit in re verbo significata, ut furibundus, qui vehementer furit, vel plenus furoris: lætabundus, qui maximè, abundèq; lætatur, id est, lætitiâ exultat.

Divellat.] Pro quo Epod. 5. & auferre somnos, & Sat. 5. l. 1. Auferre somnum Cic. ad merc. Quidam hic pro depelliant, legunt, divellant.

Deterius Lybicis.] De hujus vocis etymo repete, quod fuit in Gram, Odes. 1. lib. 1. annotatum. Hic autem significantur plantæ ruti non minùs præstare odore & nitore, quàm Numidicum marmor. Aptè quidem nitor plantarum cum nitore lapillorum comparatur: sed illarum odor cum his non item, quod sciam. De nitore autem, præsertim marmoris Parii, habes Ode. 19. lib. 1.

Urit me Glyceræ nitor,
Splendentis Pario marmore purius,

De odore marmoris vel aliorum lapillorum nihil dum comperi: quod percontatus olim à multis, responsum tuli, varios quidem varii coloris lapides videri, qui nitore & splendore præstarent: nullo tamen odore præditos esse: quia sunt naturâ frigidi, undè nil potest difflari

diffili odoratum. Itaque catachrestica est hæc comparatio rerum odoratarum cum inodoris in verbo membri prioris. Physicæ tamen rationi multa repugnant exemplagemmarum odoratarum apud Plin. l. 77. c. 10 Cosmographi scribunt Numidiam nihil ferre præter lapidem Numidicum excellentibus aliis marmoribus annuematum, quem Papinius vocat silicem Numidicæ, & ex eo strata pavimenta dicebantur olim Punica. Abundat præterea illa regio vario genere ferarum.

Purior.] Hæc interrogationes postulant *ἀνθυπόροσση σαράπηκω*. Aqua igitur, quæ erumpere solet è canalibus tubis que plumbeis, & diffuere per vicus urbis, non respondet neque puritate, neque salubri qualitate, aquæ, quæ trepidat leni fufurto per declives rivos, & quæ acie fuso & tenuato temperatur, ac velut animatur. De vicis urbis & numero eorum dictum est Sat. 9. l. 1.

Var. as.] Vocat columnas varias, quæ sunt è materia versicolori constructæ, & per intervalla interjectu arborum distinctæ.

Prospicit.] I. quæ longos spectat in agros, quod Græcè dicitur *ὄπισθεν πρὸς μικροῦς ἀγρούς ἀποβλέπει*. Pertinet autè τὸ *prospicere* ad futura & procul à nobis remota, τὸ *circumspicere* ad præsentia & propinqua. De hoc autè genere domus, nemoribus ac sylvis ornata lege Od. 10. l. 3. ubi citatur hic versus.

Naturam expellas.] I summâ ope, vique maximâ extrudere & ijcere tentes, quod est naturâ rei alicui inlitû ac ingeneratum: quod Græci dicunt, *ζυλῶν δὲ κέρων ἀπαδύω, ἐμβάλλω*, bifido ligno manu sumto exturbare, extrudere & ejicere conatu magno. Hunc versum Erasmus retulit inter Adagia, cujus interpretationem inde repetit.

Furcâ.] Isidor. lib. 5. Origin. deflectit hanc vocem ab eo, quod ferat caput, quum in patibulo suspensus strangulatione exanimatur: hic tamen non pro hoc sumitur, sed pro fulcro. De naturali præpensione vide quoque Gram. Satyr. 7. l. 2. in hunc vers.

— tolle periculum,

Jam vaga profuget, frenis natura remotis.

Et mala.] Vis naturæ occulta superavit luxum divitum, qui res naturales, usitatas, & parabiles fastidire solent. In mala fastidia Ellipsis est genetivi divitum vel potentum.

Contendere ostro.] Hoc verbum non semper est concertationis, sed interdum etiam, ut hic, comparationis: quod τὸ *ἐλέωμι* contingere docet Eustathius. Illud tum interpretatur verbis *συγκρίνειν, παραβάλλειν, ἔξισθαι*, comparari & exaquare, sicut aliàs monui de verbo certandi: sed hic loquitur Græcè, cum ostro. Ostrum autè est succus sanguineus muticis, qui plurimus excipitur è conchylis Africis, ut diximus Od. 16. l. 2. & 29. l. 3. Strabo tamen l. 6. De Sidone & de Tyro celeberrimis Phœnicum urbibus loquitur ad hunc modû: *Tyria purpura omnium optima perhibetur, ac piscatu ipsa proxima est, & cætera omnia, quæ ad inficiendus vestes pertinent, abundè habet.* Eodem quoq; pretio Sidon celebratur, unde Sidonia vestis, & ostro Sidonio fulget 4. de Trist. Eleg. 2. pro purpurea veste & purpura ipsa.

Callidus.] Videtur Græcè dictum *κατὰ τὴν ἀνυσέωσαν*, pro, qui nescit gnarâ mente & solerti, vel callidè, prudenter, è contentione purpuræ Tyriæ & Aquinatis cognoscere & intelligere præstantiam alterutrius, is non minorem facit jacturam mercis, quàm, &c. Fucus autem Aquinas planè nobis constat dictus ab Aquino Latii urbe, quam Strabo lib. 5. appellat *ἀκύνιον*. Ideoque quidam veterunt Acuenum pro Aquinum: sed qualis fuerit, ignoramus, tantùm ex hac litera scimus, hunc fucum pro minùs laudabili purpura hic sumendum esse. De fuce diximus Od. 5. l. 3,

Medullis.] Dicitur medulla Grammaticis, quod in medio sita sit ossium, vel quod eadem madefaciat. Græcè *μυελός*, qui Medicis est duplex, *ἐγκεφαλίτης καὶ ραχίτης* cerebri & spinalis, præter illam aliorum ossium.

Quem res.] Quem res secunda nimia lætitiâ extulerunt, eadem commutata eundem dolore confectum deprimere solent.

Pellebat.] Ellipsis est præpositionis, pro, è compascuis agris cervus equum ejiciebat: Hæc fabula tribuitur Stesichoro ab Arist. lib. 2. Rhet. cap. 39. de probationibus oratoriis & maximè de exemplo fabularum, ubi est hæc fabula Stesichori.

Στεσίχορος ὁ μὲν γὰρ ἐλομένην ἑστῆσαν αὐτοκέρως τὸν Ἰμερῶν Φάλαρα, καὶ μελλόντων Φαλακῶν διδόναι τὴν σάουμα, τὰ δὲ ἄλλα διελέχθει, ἔπειτα αὐτοῖς λέγει. ὡς ἴππῳ κατὰ γὰρ ἰμῶνα μόνῳ ἐλθόντι δὲ ἔλατρε, καὶ διαβείετο τὸν ἰμῶνα, βελόμενον ἠμωρῆσαι τὸν ἔλαρον, ἤρωτι τὴν ἀθροισμένην ἰμῶνα μετ' αὐτῷ ἔλατρε τὸν κολαρον, ὁ δὲ φησὶν, ἐὰν λάβης χαλκὸν καὶ αὐτὸς ἀναβῆς ἐπ' αὐτὸν ἔχον ἀκόντια, σιωποῦσθαι ἵνα τὸ δὲ καὶ ἀναβῆς ἐπ' αὐτὸν τὸ πημωρῆσαι αὐτὸς ἐδ' ἐλθὼν ἢ δὴ τῆς ἀθροισμένης καὶ ἰμῶνα ὁρᾷ τῆς, μὴ τὸς πολεμίας βελόμενοι πημωρῆσαι, ταῦτα πάθητε τὸ ἴππῳ τὸν μὲν γὰρ χαλκὸν ἢ δὴ ἔχετε ἐλόμενοι ἑστῆσαν αὐτοκέρως. καὶ δὲ καὶ Φαλακῶν δὲ ὄτε, καὶ ἀναβῆσαι ἐὰν τῆς δὲ ὄτε τῆς ἢ δὴ Φαλακῶν δὲ. i. i. Nā Stesichorus, quum Himeres vel Hemeret populi fecissent Phalarim strategum suis bellis, (ut Plautus loquitur in Stich) cū plena potestate, & parasset stipatores corporis ei constituere, inter alias rationes hanc fabulam narravit, quemadmodum equus prator solus potiebatur, quo quum cervus accessisset, & pascuas devastasset, volens equus multam imponere cervo, percontabatur ab homine quondam, possētne ipsum juvare in cervo multando: ille respondit, si frenum sibi ipsum misici, & se conscendi permitteret ab homine telis munito. Quum autem equus assensus esset, & homo conscendisset, pro multa cervo imponenda, ipse equus in servitutem redactus est ab homine: sic vos, ait, etiam cavete, ne dum vultis hostes persequi, eadem vobis accidant, quæ acciderunt equo: vobis jam frenum injectum est, quum ducem exercitus cum summo imperio delegistis, si etiam presidio illum sepiatis & sinatis conscendere, servietis Phalaridi Satis quidem mihi fuisset, Lector, tibi hunc locum indicasse: sed quoniam non omnibus suppetunt libri hujusmodi, nec plenè ab aliis hic locus citatus fuerat, volui integrum reddere.

Plutarchus in vita Arati sub finem citat hunc Apologum tanquam ab Aesopo: ubi Antigonus rex Macedonum confertur cum venatore, qui Acrocorintho accepta in mercedem fœderis cum Achæis, postea illos frantatos conscendit. Quintilian. lib. 5. cap. 11. de exemplis refert originem apologorum ad Aesopum vel potius ad Hesiodum ipso antiquiorem: sed ille apologus, qui est cap. 9. Judicum & quem Joathamus Sichemites proposuit, multò est hoc utroque vetustior: tempora enim Judicum, maximè que Gedeonis, pluribus, quàm centum annis bellum Trojanum anteierunt: est alter quoque Apologus 2. Regum. c. 14. v. 7.

Imploravit.] Donat. in Adelphi. Act. 3. Scen. 4. notat, hoc verbum significare in malis positos cum ploratu rogare aliquem: hanc autem vocem *opes* alii sepiùs *ἐνικός* singulariter pronunciant, implorare opem & ferre, ut ab aliquo implorare opem auxilium: reperitur tamen *πρωθυπικός* pro vitibus auxiliis, copia & facultate, Virg.

Non hoc humanis opibus, non arte magistrâ. Eveniunt, id est auxiliis.

Ita Cic. ad Q. fratrem l. 1. nunc autè ita accidit ut neque, Praetores suis opibus neque nosro studio quicquâ proficere possint

EPISTOLA XI. AD BULLATIUM.

Theticum.

Error Bullatii coarguitur, qui longè latèque peregrinando & negotiando, bene tranquille, ac beatè vivendi rationes posse certis locis inveniri putaret.

Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos?

Quid concinna Samos? quid Cræsi regia Sardis?

Smyrna quid & Colophon? majora minorave famâ?

Cunctane præ campo & Tiberino flumine sordet?

An venit in votum Attalicis ex urbibus una?

An Lebedum laudas odio maris atq; viarum?

Scis, Lebedus quàm sit Gabiis desertior, atq;

Fidenis vicus: tamen illic vivere vellem:

Oblitusq; meorum, obliviscendus & illis,

Neptunum proculè terrâ spectare furentem:

2. Sed Eneg, qui Capuâ Romam petit, imbre lutoq;

Aspersus, volet in caupona vivere nec, qui

Frigus collegit furnos & balnea laudat,

Ut fortunatam plenè præstantia vitam.

Nec si te validus jaçtaverit Auster in alto,
Idcirco navem trans Aegæum mare vendas.

3. Incolumi & Rhodos & Mytilene pulcra facit quod

Penula h' solstitio, campestre nivalibus auris,

Per brumam Tiberis, sextili mense caminus.

4. Dum licet & vultum servat Fortuna benignû,

Romæ laudetur Samos & Chios, & Rhodos abiens.

Tu quamcunque Deus tibi fortunaverit horam.

1. 0. Gratâ sume manu nec dulcia differ in annum:

Ut quocunque loco fueris, vixisse libenter

Te dicas. Nam si ratio & prudentia curas,

Non locus effusi latè maris arbiter, aufert:

1. 5. Calum: non animum, mutant, qui trans mare

currunt:

Strenua nos exercet inertia navibus, atq;

Quadrigris petim' bene vivere quod petis, h' m. est

Est Ulubris: 6. animus si te non desicit æquus.

Anasyfis Dialectica.

O De 26. l. 2. fuit hujus argumenti de tranquillitate animi. Habet quidem multum jucunditatis mutatio soli & cæli, ipsaq; peregrinatio interfecta: præsertim si fiat è crasso & concreto cælo in tenue & purum: Ptolomæus tamen docet, hominem ad aliud clima translatum naturam ex parte mutare, quod ad corpus attinet, sed non animi tranquillitatem atq; prudentiam dare aut tollere potest talis mutatio, ut rectè Bias nos admonet, τὸ πῶν μεταβολαὶ αἰετὲ φρονισμὸν διδάσκουσιν, ἕτε δὲ φρονίον αἰετὲ φρονίον. Itaque ad vitam bene beateq; colendam, nihil opus est tantâ tot insularum & regionum peregrinatione, nihil tot urbium lustratione: sed tantum æquitate, moderatione & tranquillitate animi: è quibus solis, non è locorum amœnitate petenda est vitæ beatitudo. Cic. tamen Agraria 2. demonstrat dissimilia majorum & rursus facta ex efficiente causa Campanæ arrogantia, quam statuit in natura loci ac victus ratione & consuetudine ad hæc verba, non ingenerantur, hominibus tam à stirpe generis ac seminis, quàm ex his rebus, quæ ab ipsis, natura loci, & à vitæ consuetudine suppeditantur, quibus alimur & vivimus. Carthaginenses fraudulentissimi & mendaces, non genere, sed naturâ loci: quod propter portus suos multis & variis mercatorum & advenarum sermonibus ad studium fallendi studio questus vocabantur. Ligures montani, duri, atq; agrestes, docilis ager ipse nihil ferendo, nisi multâ culturâ & magno labore questum. Campani semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Hic autem locutus Physicus est ait ibidem P. Ramus quem Galenus ex autoritate Hippocratis, Platonis, Aristotelis disputavit in libello, quod animi mores temperaturam corporis sequantur. Sed enim hæc tam varia peregrinatio nequidius videtur notari, tanquam potius suscepta questus, quàm animi gratiâ. Hæc certè summa est Epistolæ: cujus argumentum est è loco causarum efficientium verarum, ut constat è remotione falsarum, quæ proponuntur in iocò è distributione loci in 4. insulas, & urbes novè. Insulæ aut sunt, Chios Lesbos, Samos, Rhodos: urbes Sardis, Smyrna, Colophon Roma, una ex Asiaticis, Lebedus, aliqua transmarina, Mytilene, Ulubris: qua-

rum tres insulæ, totidemq; urbes in questionem cadunt & comparatè pronunciantur, sintne tamæ, quam a famâ & auditione accipiuntur, nec ne. Item utrum ipsi Bullatio nihil aut certe parum ad Romam esse videatur hæc omnia? Deinde an his posthabitis mallet Bullatius habitare in aliqua urbe Asiæ, an etiam Lebedi: à cuius habitatione primum sic deterret Bullatium collatione minorum, quod in hoc vico major sit hominum solitudo, quam Gabiis & Fidenis, ut postea videatur ejus consilium approbare è diversis & adjunctis quod licet Lebedus cætu hominum non frequentetur, vellet tamen illic vitam colere, ut qui locus sit ab interuentu suorum maximè remotus, & undè naufragia aliorum procul tutus possit intueri.

2. Poeta videtur superiorem approbationem temperare ad certam legem & conditionem restringere similibus, quorum protasis est duplex, ut ostendat in exteris regionibus commorandum quidem, tanquam in hospitio, non autem habitandum, tanquam in domo, non secus atq; viator, qui pluviam & luto gravatus, dum Romam Capuâ petit, in cauponam divertit sui reficiendi & recreandi tantum gratiâ non per petuò illic degendi causâ: non dissimili animo alter excruciatu & quassu acerbo frigore ad hypocausta se recipit: quia diversoribus hisque rebus utimur, tanquam ad aliud felicius tendentes, non autem fruimur, velut jam inherentes rei cupita & amata: nõ aliter tu, o Bullati defunctus gravissimo tempestatis periculo, debes te & navem reficere in regione transmarina, ut inde tandem aliquando patriam repetas.

3. Consilium de reditu confirmatur parium collatione, cujus apodosis est quadruplex, ut doceat, Bullatium falso credere melius ac beatius habitari in exteris regionibus, quàm in Latio: et, inquit, qui sane est mentis, id est, nullâ cupiditate lucri perturbatus, tantum accedit ad iumentum ad bene vivendum e celeberrimis illis locis Rhodo & Mytileni & similibus: quantum ex aqua Tiberis intolerabili frigore: quantum deniq; ex hypocaustis & luculentis caminis rapido aestu.

4. Poeta dissuasit adhuc tranquillitatem vitæ conditione locotum esse æstimandam: nunc eandem ex animo perturbacionibus vacuo suadet metendam, ac primum ex adjuncti

adjuvante temporis opportunitate, ut dum Bullatius valet & fortunatus est, discat uti commoditate loci, ubi fuerit, ad bene vivendum. Suasionis autem argumentum est e causis efficientibus diversè tamen judicatis, ubique inque fuerit, dicte facile ac bene ex voto vivere: quia tranquillitas animi tota nititur ipsius equitate, moderatione & ratione, non locorum mutatione: frustra igitur queritur locus ad eam parandam, aut navigatione, aut peragrato. Est similis argumenti epistola 18. a. ud Senecam non indigna, quæ recognoscatur a studioso lectore tota, cujus aliquot nunc versus proferam, Hoc tibi soli putas accidisse, & admiraris, quasi rem novam, quod tam longa, & tot locorum varietatibus non discussisti tristitiam, gravitatemque mentis? animum debes mutare, non calum: licet vultum trajeceris mari: licet, ut ait virgilius nosser, terræ urbemque, recedant, sequentur te, quocumque perveneris, vitiis. Hoc idem querenti Socrates ait, Quid miraris nihil tibi peregrinationis prodesse, quum te circumferas, te premit eadem causa, que expulit. Quid terrarum juvare potest novitas? Quid cognitio urbium aut locorum? tecum fugis, omnis animi deponendum est, non autem tibi ullus placebit locus.

5 Consequentia illustratur primum diversis, quod

peregrinator mutat quidem regionem, sed ingenij statum non mutat. Deinde adversis, quod ignavi ac inerte sine homines in sedandis perturbationibus: strenui vero & fortes in illis augendis & curam mordaci concitantis.

6. Vis assumptionis hoc loco latet, sed ista tranquillitas, firmitas vis parere, & cum Cicerone dicere, equidem & hæc omnia, que homini accidere possunt, sic fero, ut magnam Philosophiæ habeam gratiam, que me non modo a solitudine abducit, sed etiam contra omnes Fortune impetus armat, tibi idem censeo faciendum, nec, a quo culpa absit, qui aliquam in malis numerandum. Ista, inquam, tranquillitas est apud te paraturque ex his rebus, quas quidem Epictetus Stoicus scribit τὰ μὲν ἐφ' ἡμῶν εἶναι. 1. n. nostra quidem potestate esse, οὐκ ἐπιταῖς τῶν τῶν πῶν & χάριον μεταβολαῖς. 1. sed non in mutationibus locorum & regionum. Quo potest illud Seneca ex Epistola 82. accedere. Quid prodest secessisse, tanquam non trans marianos solitudinū cause persequantur? Que latebat est, inquam non iniret metus mortis? Que tam munita, & in altum subducta vite quies, quam non dolor terret? Quocumque te abideris, mala humani circumstrepent & frustra igitur talem animi tranquillitatem procul aliunde quaris: quod facile ex antecedentibus efficitur.

Enarratio Grammatica.

Quid Chios.] Hæc nomina Ionicarum insularum Græco sine pronuntiantur, pro Latino, Chius, Lesbos, Rhodus, Samus, quarum topographiam apud Strabonem lib. 14. Dionysium ἐν ἑσπερίαις, & alios Cosmographos quære. Chios definitur ab Eustathio in Dionysium ἡ τῶν Ἰωνῶν νῆσος ἐξ ἧς οὐκ ἔστιν ἀλλοτρίων κλιματικῶν insulam Ionum habens urbem bene portuosam & navalem. Apud hunc Geographum Lesbos ponitur inter insulas Aeolicas a que Δελχρῶσ, spatiosa & lata dicitur, ὅτι ἀεὶ μετὰ τὸν ἥλιον ἔχει χερσονήσους. Inter has Samo tribuitur concinnitas propter edificia magnifica: quod videtur interpretari epitheton Σάμος ἰμερόβητος apud eundem, desiderabilis & amara. Scholiastes ἐπιμολογεῖ, εἰς νεῖσος, ab incolumitate: alij tamen ab altitudine, quia Dialecto Traciā σάμος, τὰ ὑψηλὰ sunt altitudines Sardis numero multitudinis tantum inflectitur heterocliticis per (u) in tribus casibus, & est, vel fuit olim urbs princeps Lydiae & regni Croesi, de qua vide Plin. l. 5. & Strabonē lib. 13. Eustathius quoque in Dionysii periegesi scribit, τὰς Σάμους τὸ τῶν Ἀδύων βασιλείων, qui iidem sunt populi, qui Mæones. De Smyrna urbe Ioniae vide Strab. l. 14. De hac etiam idem Scholiastes memorat ibidem, ἡ Σμύρνα δὲ Ἀμύρων οὐσιν ἢ αὐτῇ, κατὰ τὴν πύλιν Ἐφεσὺν λέγεται, ἀπὸ ἧς καὶ Σμύρνα τὸ πῶν Ἐφεσῶν, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν τῆς Ἐφεσῶν πόλιν κληθῆναι λέγουσιν, id est, Smyrna autem, quum etiam una ex Amazonibus ipsa esset, dicitur tenuisse Ephesum: a qua etiam Smyrna est locus Ephesi, atque ipsam Ephesi urbem dicunt vocari: Ut de Colophone idem ibidem, & Mela lib. 1. cap. 17.

Cunctane.] Id est, omnifine hæc urbes & loca tibi nihil videntur esse, si cum Roma comparentur. Plautus in Stichohujusmodi comparatum sic enunciat, omnes res habeo relictas, præ quod tu velis: ubi videtur casus præpositionis, præ eo, quod, &c. intelligendus: sic quoque Homerus ἰωαδ. ἐπὶ πᾶσι πάντων πῆν, id est, πᾶσι, pluris aliquid facere, quam res omnes.

An venit in votum.] Pro expertis & exoptatisne aliquam urbem Asiaticam. Sic Ovid. loquitur 1. Metam succedere in votum alicujus, pro. idem velle & optate, quod ille vult & optat.

Majora.] Hæc loca suntne aliquid superius aut in

25 ferius eo, quod de ijs vulgò prædicatur? Attalici.] De rege Asiae Attalo dictum est Od. 1. 1. De Lebedo urbe Ioniae vide etiam Strabonem l. 14. & Melam. l. 1. c. 16. Gabius.] Gabij torum, ut Fidenæ sunt oppida in agro Romano. Quam desertior.] Rarè reperias hanc particulam quam comparativò junctam pro quanto desertior. Obliviscendus.] Παθητικὸν est a deponente. Videtur hoc versu optare locum ab omni interpellatione vacuum, ut nihil omnino curaret, nec a quoquam curaretur, & totus a se ipso penderet, qualis videtur esse versiculus Apollodori, ἐγὼ γὰρ εἰμι μόνος τῶν ἐμῶν ἐμῶς, quem Terent. in Phormione Act. Sc. 1. vertit. Nam ego meorum solus sum meus. In his verbis, oblivus meorum est solus meorum Grammatici docent, sicut in tuorum possessiva substantiva substantivari. Ego vero puto ellipsin esse substantivi, civium vel servorum vel amicorum, vel propinquorum, vel domest. corum vel similibus. Procul.] I. procul e continente prospicere insanos maris fluctus. Capua.] Hæc urbs Campaniæ Italiæ caput olim fuit, & magnitudine Romæ & Carthagini non cessit, ut diximus Epod. 16. Qui capua, &c. Gall. Qui valde Capoue a Rome ben mou. Ille est crote, il n'ra pas al hostellerie pour vivre tous jours. Sic in verbo vivere subintelligendum est, semper vel perpetuò, Gall. pour passer toute sa vie, pro quo Cic. diceret, nollet illic habitare, sed tantum. Frigus collegit.] Id est, contraxit, & penetrabili frigore vltus est, vel quem frigus vltit. Furnos.] Festus deflectit Furnus a furvo quod est nigrum & atrum: diversioris enim ac itinerariis caminis dicimus, ut alijs rebus ejusdem generis, homines proprie vti: non frui: quod discrimen August. l. 1. de doct. Christ. 4. eleganter demonstrat. De balneo dictum est Epist. 1. hujus libri Plene præstantia.] Quæ perfecte & cumulata efficiunt vitam beatam. Pro plene dixit, ad plenum Od. 17. l. 17. Hinc tibi copia manabit ad plenum, sic Virg. 2. Georg. vnde ad plenum calcantur.

Jaclaverit.] Sic Virg. Aen. 1.

— *Multum ille et terris jaclatus & alto*

Sic etiam Cic. 1. de Offic. *Et ut sapè ex alto in portum se contulerit*, pro remotissima maris parte a continente, vel profundissima. At quum ibidem Virg. dicit, *Ma- ja genitum demisit ab alto*, id est, e caelo. Itaque *altum* pro ratione rei aptum substantivum requirit.

Trans Aegaeum.] De hoc mari dictum est Od. 16. l. 2. sententia autem est: Non continuo debes vendere navem in regione transmarina, & illic habitare, quod aliquam navigationis incommoditatem perceiveris.

Incolumi.] Reperitur simplex adjectivum columis & colume in Trinummo Plauti, sed conjunctum vsitatis est, incolumis, pro integro, salvo, & sano, quibuscum apud Cic. sapè geminatur, & a *columen*, *inu*, deductum videtur: quod pro fulcro, praesidio, & ornamento sumitur, ex illo Terentij: *Columen nostra familiae*. Rhodos & Mitylene idem tibi sanæ mentis adjumentum afferent, quod penula tempore sereno, quod etiam subligaculum & brachæ astate, & frigidus amnis acerbissimo frigore, & luculentissimus focus acutissimo sole. De camino urente & lacrymoso fumo dictum est Satyr. 5. lib. 1. Nobis caminus est, per quem, velut per canalem ignis e foco & fumus emittitur sine noxa extra tectum: alijs etiam est fornax sine exitu: alijs denique hypocaustum: unde non satis constat, quo de genere locus hic intelligendus sit. Illud Satyr. 5. de camino exitum non habente sumendum esse fumus illic indicavit. Sed de Rhodo & Mitylene diximus copiose Od. 7. lib. 1.

Penula.] Genus est vestis, quod tunicis caelo pluvio & frigido superinduitur, ut e partitione Galbæ liquet lib. 6. cap. 3. *Quint.* *Quum ille penulam rogant, respondit, non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse utat.*

Campestre.] Sententiâ D. Augustini de civ. Dei 1. 14. c. 21. negatur Latinum esse *to campestre*. & ex eo dictum, quod illo, qui exercebantur nudi in campo Martio, pudenda operiebant sua. Asconius tamen Pæd. in orat. pro Marc. Scauro pauld aliter describit, dum id vocat Campestre, quod succingitur ab umbilico ad pedes demissum & ad partes corporis pudendas regendum.

Vixisset libenter.] I. facilimè. ut hoc vicissim pro libenter Epist. 16. lib. 2. ad famil. in *maritimus facilimè sum*, i. libenter.

Nam si.] Non connectit hic *si*, sed cum *nam* *ai* *no* *pro* *quia* hoc tamen connexè in analysi nostra explicatum fuit.

Locus arbiter.] Ode. 3. l. 1. ad vers. *quo non arbiter Adriae major*. interpretati sumus. Notum dominantem & potentem maris Adriani, quæ interpretatio potest huic loco convenire, ut curas intelligamus ratione & prudentiâ pelli, non mutatione cujusquam

loci, quantum visuti a sævitia vasti maris, ita ut hinc videatur, velut ex alta rupe, imperare: quanquam non ignoro verbum *arbiter* vsurpari a Plauto in Aulul. pro spectare & observare. *hinc ego huc atque illic poterō, quid agant, arbitrarier*, ad quam certè notionem videtur explicandus locus Plauti in milite Glorioso *mibi quidem jam arbitri vicini sunt, mea quid fiat domus*, id est, spectatores: unde apparet id sensibus tribui, quod est mentis. Itaq; non vrbis tuta a vasto mari, quæ hoc spectat, tanquam spectator animi securi ludos, auferit sollicitudines.

Inertia.] I. inconsideratus labor nos frangit.

Bene vivere.] Antimeria est, pro, vita beata.

Inertia strenua.] De his appositis ita statuendum, ubi de alijs apud hunc Poëtam, inlapiens sapientia Od. 34. l. 1. in quam nostras revisæ notas, & alias in Epist. sequentem ad verba concordia discors: quales sententiæ Græci videntur appellare *de vi* *de vi*, tanquam diceret *acutifatuas*, quum ita affectatè & acutè pronuncientur ut insipidæ & fatuæ videantur sicut Servius in Aeneid. 7. vers.

Num capti potuere capi, num incensa cremavir.

Troja viros? annotavit, cum felle dictum est: nam si hoc removeas, erit Oxymorum, qualis est sententia Cicer. in Verrem, *si tacent, satis dicunt*. Item ut in *uberriam Siciliae parte Siciliam quareremus*, qualis est Græcis *ἀγρήνη* & *ἀγρία*, quam ita concilias, ut jam dialectica indicantur quum homines intelligentur *strenui* acres & promti ad commotionem animorum; segnes contra & pigri ad eorundem sedationem. *Strenuus enim proprie dicitur miles, qui corporis agilitate potest exequi mandata imperatoris sui, ut strenuitas sit aliquid minus quam fortitudo: quia hoc ad imperium animi, illud ad corporis servitium sit referendum: quod discrimen ex hoc Ciceronis loco elucet, ut cognoscere te si minus fortem, at tamen strenuum, utrumque Episto. 7. tributum est L. Martio Philippo vehementi oratori ac disertio: Item e penultimo vers. 2. Epist. *sin cessas, ane strenuus anteis*. Cornelius quoque Fronto hæc ex efficiente ita distinguit: *agilem actio facit, strenuum motus fortem animus, robustum corpus*.*

Ulubris.] *Ulubra* locus ac vicus est in Italia valdè infrequens, ubi tamen Cæsar Augustus dicitur nutritus: hujus loci palustris meminit Cicero lib. 7. Epist. ad famil. Treba. *Nam Ulubris honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commisse constabat*: ubi locus est scriptoris in clientes Trebatij, quos vocat ranunculos *Ulubrarum* incolas: quos prius Epist. 12. hujus lib. appellarat *populum Ulubrarum*. *Quid fiet porro populo Ulubrano, si tu statueris *quid* *sedu* non oportere*, id est, Remp. administrari? *Quidam existimant Ulubras non coloniam, nec municipium, sed præfecturam fuisse, quæ jus Roma civitatis habebat, ejusdemque legibus & magistratibus parebat: sed omisi admonere de hæc repugnantiâ.*

Explicatio Rhetorica.

E Panaphora est in *quid* multoties repetito initijs membrorum, ac præterea *αναφορῶν*, *deliberatio* cum Bullatio de varia peregrinatione, ubi octies hic interrogatur, ac pro eo Poeta tandem ad quatuor quaestiones tantum de Lebedo, Samo, Chio & Rhodo respondet.

b Synecdoche est generis pro Martio campo nec tamen meo iudicio malè diceretur totum hoc campo & Tiberino flumine per synecdoch. cam periphrasin Romæ, præ qua vrbes alia & regiones contemnendæ

& parvi pendendæ videntur. Id enim sonat verbum *serdere* ab immundis rebus sumtum & translatum, quo tropo vsus est Corydon Virg. Eclog. 2.

quoniam sordent tibi in unera nostra

c Anaphora.

d Polyptotum.

e Metonymia subjecti pro mari furioso & infano. cuius rex & dominus est Neptunus e partitione regni Saturnini inter fratres & sorores.

f Altera est Epanaphora.

g Meta-

g Metaphora est ab integris ac firmis corporibus ad animum: qualis fuit Satyr. 3. lib. 1. incolunt capiteis, pro, integer ne es animi? ut ibidem.

h Solstitium, aura inualis bruma, mensis Augustus videntur mihi modificata verba pro hominibus in tali caelo versantibus, praeterea in solstitio est synecdoche generis pro aestivo.

i Metaphora quoque est a corpore ad animum pro grato & memori animo, quod Graece dixeris, χρεω λαβών μέμνησθε, memento acceptum beneficium: sicut est in dulciora et saporibus pro, commoda & dona praesentis horae cape.

k Sumtum est a iudice, qui totius rei habet arbitrium & facultatem ad significandum, nullum esse locum, qui procul et terra spectet vastitatem procellosi maris, 15

tam ab illius casibus tutum, ut possit animo dare tranquillitatem.

l Metonymia est ambientis aeris pro subiecta regione, quam solum mutavit, non mores & naturam. Hanc sententiam Aeschines in Ctesiphontem usurpavit ἀρεσπός. ubi docet orator neminem fore virum bonum apud externos, qui parvus fuerit apud suos ἡ γὰρ, ἐστὶν τὸν τόπον, ἀλλ' αὐτὸν τόπον μόνον μετήλλαξε, id est, non enim, aiebat, mores, sed locum solum mutavit, ubi est, μετανομοσία. Ita caelum pro aere lib. 1. Titul 2. Institut. in distributione animal.

m Anadiplosis est in sono ejusdem vocis ad clausulam precedentis & initium sequentis sententiae iterato.

EPISTOLA XII. AD ICCIVM.

Theticum.

Iccio nunciatur, quis satis locuples dicendus sit, quanti faciendus amicus, & quis reipublicae status.

Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis Iccii, Si recte frueris non est, ut copia major Ab Jove donari possit tibi: tolle querelas.

2. Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.

3. Si ventri bene, si lateri est pedionusq; tuis: nil Divitiis poterunt regales addere majus.

4. Si forte in medio positorum abstemius, herbis Vivis & c. vrticā si v. ves protinus, ut te Confestim liquidus Fortunae rivus in auret:

5. Vel quia naturam mutare pecunia nescit: Vel quia cuncta putas una virtute minora.

6. Miramur, si Democriti pectus edit agellos, Cultaq; dum peregrus es animus sine corpore velox:

Quum tu inter scabiem tantum, & contagia laceri

Nil parvum sapias, & adhuc sublimia cures.

Quae mare comescant causa: quid temperet annum

25 Stella sponte sua jussane vagentur & errent:

h Quid premat obscurum Lunae: quid proferat orbem:

Quid velit & possit rerum concordia discors:

Empedocles an Stertini deliret acumen.

30 7. Verum seu pisces, seu porrum & cape trucidas

Uttere Pompejo Groppho & si quid petet, ulro

Defer: nil Gropphus, nisi verum orabit & equum.

8. Vilis amicorum est annona, bonis ubi quid des.

35 9. Ne tamen ignores, quos si Romana loco res,

Canaber Agrippae Claudi virtute Neronis.

Armenius cecidit, jus imperiumque Phraates

Cesaris accepit genibus minor: aurea fruges

Italia pleno diffundit copia cornu.

40

Analysis Dialectica.

Ad primum quaestionis caput respondet e paribus, Enthymematicis sic judicatis, (majora enim & minora negata reducuntur ad paria),

si recte frueris rebus presentibus, eque dives es, atque locupletissimus quisque: si antecedens est verum, desine de paupertate apud me conqueri. ex his Iccij querelis cognoscimus eum non fuisse μαζαρόφιλον quem Aristoteles varie

describit Ethic. lib. 4. cap. 3. & hujus varia descriptionis sunt haec, καὶ οὐκ ἀναγκαῖον, ἢ μικρὸν ἢ κτλ. διοφεινός

& δεινός. ἀπὸ δ' ὀφίος γὰρ ὄφιος ἐστὶν οὗ τὸ ὄφιν. 1. vir etiam magnanimus de damnis necessario acceptis, sive parvis

minime queribundus est, neque simplex ullus est enim ejus qui valde curat illa, ut esse affectum in ipso. Hoc in loco dicitur magnanimus non queri solitus, siquid forte incomodi & damni acceperit in rebus ad vitam necessarijs, nec vnaquaque hora delectare detrimenta

rei domesticae, nec praeterea quemquam rogare opem his refarciendis malis, quod qui facit, aperte indicat se

haec habere impense cara, nec sine iisdem posse vitam dignitatemque suam tueri. Magni autem animi signum Cicero dedit lib. 14. epist. 9. ad Atticum, quum ita scripsit

Sed quod queris, quid arcesserim Chrysiptum (architectum) tabernae mihi duae corruerunt, vel quae rimas agunt. Itaque non Inquilini, sed muros etiam mi gravaverunt. Hanc ceteri calamitatem vocant: ego nec incommodum quidem, quam

vis aliorum quisque de talibus eventis multas fundat querelas sic, o Socrates! o Socratici viri! nunquam vobis gratiam feram. dii immortales quam mihi ista pro nihilo!

subaudi habeam: Quam bonorum amissionem Cicero se a quo ferre ostendit animo beneficio philosophiae atque studio sapientiae, non autem hujuscemodi bonum

accepisse ab animi magnitudine sibi naturaliter insita, In describendo autem loco superiori Ciceronis usus sum olim exemplari multum differente, quod anno 1588. in lucem Luguni editum fuit sumptibus Sybilla a

Porta.

2. Illustratur complexio descriptione pauperis ex adjunctis, quod hinc non suppetat usus rerum, & multa desunt: sed quia

Iccio suppetunt ad vitam cultum omnia, nihilque deest. i. satis est dives Iccius, ipsum non esse pauperem concludit.

3. Approbatio est assumptione quadam distributione rerum, quae fit ex adjunctis, cibis, potione, lectisternio,

curribus & equis nomine subiectarum corporis partium significatis, quemadmodum videtur Porphyrio interpretari, quod non minus quis fortasse probaret, quam

si de optima valetudine, recta & firma corporis constitutione, de magno denique, ad cetera labore interpreteris, ut nonnulli faciunt, qui sententiam suam vulgatam parabolam

tuentur, melior est sanctas, quam ingens thesaurus: quae certe interpretatio est quadam repetitio precedentis

h h 2 syllo-

sylogismi, ubi quod generatim prius dictum fuit, nunc figillatim enuaciat: ita: si habes cibum & potionem, quibus corpus sustentetur: si lectisternia, ubi cubes & quiescas: si currus & equos, quibus huc atque illuc transveharis, ut res tua ferant: si denique his recte fruieris, non minus locuples es, quam rex aliquis & potentissimus: itaque nihil est, quod paupertatem queraris: quod si tamen malis locum sine modificatione verborum intelligi de firma corporis constitutione, minime repugnabo. Et certe ita multo erit minor Iccii causa de conditione sua querendi bonis Fortune & corporis cumulatio, & altera erit argumentatio ejusdem & argumenti & conclusionis cum prioribus.

4. Mira est Poetae calliditas in tractando hujus hominis spleonectae ingenio divitiis ac opibus valde dedito, ut constat ex Od. 29. l. 1. si, inquit, abstinentiam rerum, quae sunt in tua potestate, contentus vivis parvo, tu posteram vitam tolerabis tenuiter ac parce: atque ita crescent tuae opes in immensum. Consequens hujus axiomatis connexi confirmatur diversis, Quamvis magna futura sit tibi accessio bonorum & frugalitate, non aliam tamen sumptuum facies, atque solitum: hac dissimulata infirmatione, quod vitio erat vertendum, laudi ducit. Avaritiam enim Iccii nomine frugalitatis medicitatis donat, ut qui ad hanc traducere inde illud studebat. Si paroemiologus attentius aestimasset, momentoque suo ponderasset unumquodque hujus epistolae argumentum, nunquam duos ipsius versus 5. et 6. contulisset in vim idem significandi cum proverbio, quod depromsit. e lib. 11. Athenaei.

Αείπειν εἰς μέν ἀσκήσιον, εἰς δὲ δολιχὸν Ἀνδρῶτος. Ἦ.
Semper bene vter, Thylacius semper bene est homo.

Hic Interpretatur hominem esse doliū & cum eia fatinā. qui poculentis ac esculentis nimis indulgeat, quā noster poeta studeat traducere Iccium ab immodica parsimonia ad frugalitatem.

5. Illam victus & vitae universae aequabilitate voto magis, quam rei veritate, nirentem illustrat, quod naturā ita comparatus Iccius nequiret ut pecunie mutari: vel quod do-

Et inā & philosophiā instructū vni virtuti post ponere omni.

6. Virtus Iccii probatur minorum collatione, si nobis est Democritus admirabilis, quod unico philosophiae studio & amore eorum rei domesticae abjecerit? tu nobis multo magis videris admirandus, qui uno & eodem tempore de opibus Physicis, & chrematisticis, id est, arii quaestuariae, quam tamen posteriorem obiter ex adjunctis improbat, quia est cultori suo infesta & contagiosa, a qua cupit illum avocare, & ad priorem reducere, quam fufius illustrat, velut suis partibus: quoniam enim physica sit doctrina rerum naturalium, considerat & contempletur partim corpora caelestia, in quibus versatur Astrologia, partim aeria, in quibus Meteorologia, partim terrestria & aquatilia, in quibus ars medica. Itaque ad aliquam harum partium, quicquid hic dicitur de planetis vagis, vel fixis stellis, sive de obscuritate & clauitate Lunae, sive de vicissitudine temporum, sive de concordia elementorum, videntur pertinere, & in illis Iccij vigiliae dicuntur elaborare, quod licet longē secus sese habeat, Poeta tamen ita esse vehementer optat.

7. Hic quaedam est occulta transitio a prima Epistolae parte ad secundam de Grospho in amicitiam alliciendo, cujus concilianda ratio est ex effectis utriusque, ut Iccius primum minime spectet, quid rogetur a Grospho, sed prolixius ac cumulatus deferat petito. Deinde Grosphus nihil, nisi quod honestum & justum fuerit, rogaturus sit.

8. Postrema ratio est conciliationis ex adjunctis, quod adeptio amicorum vtilissime constet, praesertim, si ad tuam familiaritatem legentur viri boni, atque ipsorum animi tibi aliquo beneficio devincuntur.

9. Jam tertia Epistolae pars est de statu reip. Romanae, qui declaratur ex efficientibus, quod Hispania Tarasconensis virtute Agrippae, Armenia Tib. Claudii Neronis fortitudine, & regna Parthorum & Persarum subiecta sint sub imperium, ditionemque populi Romani. Postremo ex adjuncta incredibili fugum ubertate per totam Italiam diffusa.

Enarratio Grammatica.

AD Iccium.] Iccius non ex alia descriptione melius potest cognosci, quam ex enarratione Od. 29. l. 1. unde facile perspicias illius mores & ingenium: atque nomen scribendum per (r) Itium: Itaque inde repetes omnia, & quae hic fortasse etiam desideres de M. Vipiano Agrippa, reperies Od. 6. lib. 1. e neutro tamen loco facile & aperte intelligas, utrum fractus, quorum hic fit mentio, dati fuerint Iccio ab Agrippa, an solum administrati ab illo procuratore hujus. Quantum autem ego conjecturam consequi possum, e libera potestate fruendi talibus bonis Iccio facta, & comparatione illorum, quam postea non videntur frustra hic adhibuisse, ex istimo Iccium tantum fructuum justum fuisse dominum.

Fructibus fruieris.] Ταῦτα μὲν αἰεὶ ἀλλήλα πειρηθῶσιν εἶναι, ut alterum inclinetur ab altero, ut docet Donat. in Eun. Act. 4. Sc. 7. ad fin. & in Heaut. Act. 1. Sc. 1. ad hunc versum, nefas esse vllā me voluptate hic fieri. frui, ait. proprie est delectationem capere ex usu. Ibidem, sed Act. 3. Sc. 3. de verbi hujus origine vide, ut nos etiam alibi notavimus.

Nen est.] De usu est impersonalis dictum est in Grammat. Od. 1. l. 3. Hae tamen phraisi tam a Latinis, quam a Graecis affectata non amplius sonat, quam si ita pronunciaris: si recte fruieris praesentibus, nihil abundantius possis accipere ab ipso Jove. Hoc autem, non est,

ut, Graeci efferunt, ἐκ εἰδ' ὀπῶσ, pro, non potest fieri, uti vel, nullā ratione potest fieri.

Ut major.] Hoc etiam enunciatur sine particula negandi, sicut exempla in Gram. Od. 1. l. 3. tibi indicabunt.

Tolle querelas.] Ellipsis est praepositionis rationalis, quare, vel itaque, ne queraris.

Pauper.] De hac voce diximus Od. 2. l. 3. Hae autem loquutio, cui rerum suppetit usus, valet, qui potest rebus uti.

Si ventri bene.] Interpretatio est sententiae Theognidicae hoc pentametro comprehensa:

Γαστήρ τε καὶ πῶδες, καὶ πόσιν ἀβέει παθεῖν.

Neque tantum verba utriusque Poetae sibi respondent sed genus etiam argumenti profusidem est: quod quia Lambinus minime explanavit loco citato, apertius nunc demonstro. Protasis horum parium apud Theognin praecedat tribus versibus amplificata sextuplici bonorum distributione, auri, argenti, pinguis soli equorum, mulorum, & reliquorum ad vicem cultam utilium, & sic enunciatur: juxta sunt inter se divites, & qui haec possident, atque hi, quibus adsunt, quae oportet, quibusque sunt omnes corporis partes bene affectae, ad suavitatem vivendi, & praesertim fruedū. Hae apodosis praesenti pentametro continetur. Hic autem loquitur,

loquitur, quemadmodum loquutus est Od. 16. l. 3.

Bene est, eius Deus obtulit
Parca, quod facis est, manu.

Divitia.] Cicero videtur in Caelio & alibi distinguere divitias & opes hoc genere finis & sermonis, quod illae solent expeti, ut varis: haec vero, ut colaris: huic tamen differentiae videntur repugnare divitiae regales pro opibus, vel est periphrasis opum vi epitheti regales?

Si forte.] Singularis est hujus conjunctionis, sicut (nisi) convenientia cum (forte) adverbio a bonis Latinitatis auctoribus usurpata, qui nunquam pro hoc dicunt, si fortasse, nisi fortassis, vel fortan, ut plerique omnes hodie loquuntur.

Abstemiis.] Ratio hujus vocis redditur a Fabio Quint. l. r. c. 7. de Orthographia. Abstemiis, inquit, ex abstinentia temeti composita vox est. Temetum autem pro vino fuit veteribus in usu, ut Plaut. in Aulul. Temeti nihil allatum intelligit. Fuit etiam posteris, Plin. l. 14. c. 13. Cato ideo propinquos foeminas dare osculum iussit, ut scirent, an temetum olerent. Nam Agell. l. 11. c. 23. ex alijs historicis scribit, mulieres Roma atque in Latio abstemias etatem egisse: hoc est vino semper, quod remedium praeseda lingua appellabatur, abstinnisse dicunt, & non minus multas a iudice si vinum bibissent, quam si probrum & adulterium commississent, & certe alibi docuimus e sapientis Salomonis proverbii & scriptoribus profanis: quidnam morborum & malorum vinum daret mortalibus, quos ideo praestaret illius abstemios vivere - ως μη εξαπίνης αἰνοῖσι γαργημένοι νοσήματι περπίπωσιν, ut non in morbum inciderent, statim ubi a vino abstinnissent. Rationem praeterea vocis affert Donat. Act. 1. Sc. 4. Andriae. & Act. 4. Sc. 3. Eunuchi, Temeti nomine antiqui grave vinum appellabant, eo quod tentaret mentem. id est, labefactaret: cui non admodum est dissimile τὸ μέδην dictum διὰ τὸ τὸς ἀμεστέας αὐτὸ πίνοντας μεθύσκει. i. quod ipsum Immodice bibentes debilitet ac frangat, id est, τὸς αὐτὸς ποιεῖ μεθύσκει, ἢ ἐἰς μεθύμοσιον αὐτοῖ. i. eosdem inducat in summam rei quamlibet necessariae incuriam, de quo revise notas in Oden. 37. lib. 1. Est quoque notandum positorum pendere ab adjectivo (abstemius) quomodo vini abstemius dicitur & abstemium esserum in medio positarum, valet abstinere a rebus promtis & expositis potestati & voluntati nostrae.

Protinus.] Vox est continuationis & ordinis, ut ex alijs locis apparet. Virg. initio l. 4. Georg. in transitione a parte tertij operis de pecore ad quartam de apibus:

Protinus acry mellis caelestia dona

Exsequar, id est, exponam deinceps rationem mellificij

hic accipitur Sat. 5. lib. 2.

Tu protinus, unde

Divitias arisque ruam, dic augur, acervos.

Urtica.] De hoc genere herbae lege Dioscor. l. 4. c. 94. ubi gemina tribuitur ei appellatio, quum dicitur ἀχλὺς, ἢ δίκυδις, utriusque autem Etymon respondet Latino. Urtica enim nominatur, quod tactu sui sit acer rima & vrat maximè: ἀχλὺς γὰρ ἐπὶ καλὴν ἀχλὺν αὐτὴ ἐνδίδωσι, quod non pulcrum nec mollem sui praebeat tactum: κνίς δὲ κατὰ τὸ κνίσειν, a pungendo & vrendo, ἐπὶ δὴ γὰρ καὶ κνίσμην ἐμοίει τὰς τῶν ἀπομύων χερσὶς, quod morsum & prurium imprimat manibus tangentium. aliud tamen etymum ab editione prima hujus commentationis inveni in parecholis Eustathij sub initium οδύσσ. Δ. ἀκατὰ δάλασσαν ἀχλὺς αἰώνιοι αὐτὰ τὰς ἀχλὺς βοτάναις, ἀσὺ κνίδας φασκέν. ὅν τ' ἄνομα καὶ ἐν φημισμῶν ἀντιφράσεως. ἕξαρ ἐστὶ π ἀχλὺν αὐτὰς ἡγεῖται περὶ τὴν ἀπαλόν, ἢ ἀπὸ τῆς ἀχλὺς ἕστα

ἀχλὺς. i. urtica marina sunt ejusdem nominis cum terrestribus herbis, quas etiam vocamus Urticae: quarum (primum) nomen per suavitatem contraria loquutionis dicitur. nihil enim habet, quod in ipsis quietum, lenè, delicatum & molle, quum tactus sit acer et in jucundus, dicitur autem ἀχλὺς per systolen pro ἡχλὺς ἀσ ἡχ, τὸ ἡσ μὲν id est remissè, lentè. quare hoc etymum arguit erroris scripturam per epsilon.

Rivus.] Epodis 15. inrer amnes auriferos, Pactolus, Tagus, Padus, Hebrus, Ganges, nominati sunt, qui licet locupletarent Iccium, non mutarent tamen rationem Icciani victus. sic Lucret. dicit, rivus auri & argenti. lib. 5. vers. 203. Ita interpretor particulam ut per discretionem, vel intensionem, quantumvis non per finem, pro, quamvis inaret, & expleo elipsin τὴν tamen sic tamen vives postea. Ad annotationem Epod. 15. de Pactolo addam ex Eustathio in Periegesin Dionysij ad hunc locum.

ὄθεν Πάκτωλός ἐδίδων

Χρυσόν ὄμῃ δίνων ἐφελκόμεν & κελάρυζαι.

Unde e Tmolo monte Pactolus manans

Aurum cum vorticibus trahens susurrat.

Cui Scholiastes hanc interpretationem subjungit, χρυσοφόρος γὰρ ἰσορεῖται ποταμὸς ὁ Πάκτωλός, ἢ ὡς αὐτὸ τὸ ποταμὸς κατὰ τὸ χρυσοφόρος ἢ χρυσοφόρος. ἢ ὡς λατίνων τὴν ἐγγυαίον γλῶσσην, καὶ πλετοποιὸς τοῦς ἐκεῖ γαργημένοι, id est, Pactolus definitur fluvius aurifluus, aut ob id ipsum, quod ramenta auri deorsum trahat, aut quod regionis solum fecundet, & illic habitantes locupletet: quam descriptionem confirmat auctoritate Hesiodi, Pactolus ramenta auri devolvit e Tmolo & in Hermum fluvium deponit. Hanc tamen fluvij naturam alij ad fabulam Midæ Phrygiae tyranni referunt, qui ex oraculo Apollonis ad extinguendam auri sitim caput immerfit in Pactolum, & inde arenae fluminis semper postea inauratae fuerunt.

Miramur.] Quod Cic. dicit 5. de fin. & 5. Tuscul. de voluptaria occacatione Democriti, & patrimonij cōtemptione, Diogenes Laërtius in ipsius vita, illius nō meminit. Narrat quidem, quē admodū studio peregrinationis brevi consumserit, quicquid illi celsisset e partitione paternae hereditatis cum fratribus, atque inde regressus propter sumam ipsius inopiam a fratre Damazo nutritus fuerit. Quū verò (inquit Laërtius) lege cautū fuisset, ut, qui patrimonium consumserat, nullum dignitatis gradum in patria consequeretur, eo cognito, ne invidiorum & detrahentium pateret calumniis, legisse illis constat librum, qui magnus Diacosmus dicebatur, & a Budæo definitur ordo rerum & digestio complectēs numeros concinnitatis omnes, vnde quin gentis talentis honoratus est, καὶ ὡς ἀληθὴς ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ πάντων τὰ λθ, & erat quā verissimè in omnibus Philosophiae partibus versatus. ideoque honorificis imaginibus aereis post mortem est decoratus, centum vitæ annis superatis. Petronius arbiter scribit Democritum, quo sapientiae operam daret, vili pergulā, sive contignatione vili & paupertinā domo ætatem egisse, & ex ea præclara illa de herbis & natura rerum scripta extūdiffe. Arist. l. 1. Metaphy. c. 30. scribit, Democritum & Leucippum subjecisse plenum & vacuum rebus tanquam materiam, & ex Atomorum figura, ordine, situ generari omnia.

Cultaque.] Si terrā colere nihil est a iud, nisi illam resolvere & fermentare, ut definit Colum. l. 1. c. 2. i. in pulverem redigere, Gall. meubler la terre, & quasi mobile multa in versione reddere; nomine cultorum intelligenda sunt arva sic affecta, cōseriq; solita, quæ Græci vocāt γλῶσσησμένω ἢ ἀσείμων ὄρεον. D. Lucas c. 6. Evāng. & Math. 12. cap. id enuntiant sine subitant: ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ διδίδεσθαι τῶν ἀπομύων αὐτῶν διὰ τὸν ἀσείμων. i. factum

Eum est, ut Sabbatho altero primo pertransiret per sata
vel per segetes, sicut τὸ ἀγέλλος ἐδίε ἀπὸ τοῦ ἀγέλλου
ἐδίε. Hic autem versus Ode. 22. lib. 1. citatus est ad lo-
cum Plutar. in Per cle de Anaxagora, qui numinis affla-
tu animique celsitudine motus, domum deseruit & a-
grum reliquis incultum & vastatum, quemadmodum
sata substantivè accipiuntur pro segetibus & agris se-
mente gravidis.

Dum animus. Id est, dum mens ipsius Democriti est
intenta Philosophicis contemplationibus.

Peregrè.] Hoc adverbium convenientiam habet
cum verbis cuiusvis motus vel quietis Satyr. 6. l. 1. di-
xit, exire peregrè. Terent. Phor. Act. 2. Sc. 1. Pericla,
damna, exsilia peregrè rediens semper cogitet. Item Cic.
epistola peregrè allata. Idem autem huius loquutionis
loco peregrè est animus, dicit pro Milone, aures pere-
grinari, id est, nihil audire, nihilque intelligere eorum,
quæ, vbi quis ac verberis, gerantur, more hospitis ac pe-
regrini, qui in athena repub. minimè debet esse curiosus.
Hoc fortassis Græcè dixeris, ὁ νῦν καὶ τὰ ὅλα μακρὸν τῶν
παρόντων ἀποδημεῖ τῷ Δημόκριτῳ, ἀπὸ τῆς, ὁ Δημόκριτος ἐκ-
ῆει τὸν νῦν παρὰ τοῖς παροῦσι, Democritus non habet men-
tem rebus presentibus intentam.

Velox.] Omnes enim univrsitatis tractus & an-
gulos paullo momento percurrit, quod interrogatus
vnius sapientum, πῆστι τῶν πάντων τάχιστα, respondit, νῦν,
διὰ τῆς ῥέτης πάντα: quia noster animus corpore solutus,
quo tanquam vinculo coerceretur, idèdque τὸ δέμας,
vocatur, liberrimus atque celerissimus fit, εἰς πάντας τόπους
ἀποδημεῖ τῶν πάντων.

Scabies.] Latina & Græca appellatio ἰσθῆ & Sca-
bies bene convenit cum ratione utriusque vocis: nam
ut scabies a scabendo, sic τὸ ἰσθῆ παρὰ τὸ ἰσθῆ τῆς ἰσθῆ
κνίδου, ab eodem a scapendo & aliquid in summa parte at-
tingendo. Quomodo autem definitione rei inter se di-
scerepnt consule Corn. Celsum, Plin. & Avicenn. & ma-
ximè nostrum Gott. in defini Med.

Nihil parvum.] Nihil humile, nec terrestre medite-
ris, sed altum & cæleste contempleris, ut, cuius impe-
tio mare intra suum alveum contineatur, ne effluat, ter-
ram que obruat: cuius etiam nutu partes anni vicissitu-
dine afficiantur ad corpora temperanda & fruges se-
rendas: hoc Græcè dixeris ἐδὲν μακρὸν φρονῆς, non parvâ sis
præditus sapientiâ talium rerum.

Temperet annum.] Festus inclinât τὸ ἄννος παρὰ τὸ
ἄννος, quod est spatium vnius anni præteritum, de quo
lege Cratylum Platonis vidè οἱ ἐννὴς λέγονται οἱ περὶ ἄννοιο
ἄννοιοι, qui anno superiore gesserunt magistratum.

Sponte sua.] Hæc vox e Græco fluxit ἀποδῆ & hæc a
ἀποδῆ, libare, quod libatio debeat esse ἐκείνη, animo
quælibet rofieri. Ita τὸ ἐρρε παρὰ τὸ ἐρρε, ab eo, quod
perit, & evanescit, ut Xenophon loquitur in συμποσ. ἐρ-
ρεῖ τὰ ἐμὰ παρὰ ἡμᾶς: res mea pessum eunt, ut stella, quum
occidunt, tale videntur præ se ferre. Vagæ autem stellæ
sunt Plinio errantia sidera, Virgilio stellæ palantes,
Græcis πλανήται ἀστέρες, ἀστρα πλανήτα ἢ ἀστρα πλανώμενα, ἢ ἄσ-
τέρες πλανήτα: de quibus sic Atheniensis hospes l. 7. de leg.
Plat. sub. finem, non est profecto vera illa de sole ac luna,
cæterisque stellis vulgaris opinio, quod una pererent, sed
contrariæ habet. Eandem enim viam unaquæque ipsarum,
non vero multas, sed unam semper in orbem permeat atque
perlustrat, quanquam per varias, multiplicisque vias cir-
cunferri videntur.

Premat.] Condat & occultet. Quum luna planè ab
oculis nostris semota & obfusca, Græcè dicitur ἀρπα-
ζομένη μῆτιν: sed quum est in coitu cum sole, & cum ipso
easdem regiones occupat in eodem signo, σιωποῦσθαι
quum præterea nos pleno lumen illustrat, παντελῶς:

item quum corniculata sub tertium diem novæ lunæ
incipit apparere, ἀλωσεῖδης, quum denique semiplena,
δύχτομος.

Concordia discors.] Historia physicarum opinionum
de materia est repetenda e primo auscultatione sphyricæ
& tertio cap. lib. 1. Metaphys. vbi Aristoteles annu-
merat Empedoclem octo alijs, qui solam materiam
esse principium rerum putarunt: alij aliam, ut Thales
& Hippo aquam: Aleximenes & Diogenes acrem:
Hippasus & Heraclitus ignem: Anaximander corpus
quoddam igne densius: Empedocles elementa 4. A-
naxagoras non elementa, sed infinita homomerea esse
materiam & principium generationis. Hos certè Phy-
sicos Aristoteles dicit solam materiam attigisse neque
alias causas tractasse, cap. tamen 4. aggregat ad 4. alios
Empedoclem quantum causa efficiens sauctorem, qui
concordiam bonorum efficientem causam tribuerit i-
gni, discordiâ malorum aëti, aquæ, terræ. Hanc quoque
concordiam discordiæ sic Ovid lib. 1. Metam expressit.

Quæpe ubi temperem fumsere humorum, calorque
Concipiunt & ab his oriuntur cuncta diobus:

Quumque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus
omnes.

Res creat, & concors discordia fertibus apta est.

Hæc autem discors concordia cernitur in rebus, quæ
separatim confidatæ valdè inter se dissentiunt, sed
dam simulæ commiscetur & in unum conflantur,
mutuè sese contemperant virtute abdita, quæ ἁρμονί-
στος existit in cosmopoiæ ex illo Chao, id est, e cæco
elementorum acervo, rudique ac indigesta & informi
mole, quale quid faciliè animadvertas tam in nitida &
læta pictura & coloribus contrarijs illustrata, quam in
diversis musicæ tonis, ut perspicuum quoque est ex e-
jus artis ac reip. partibus inter se a Cicerone l. 2. de Rep.
comparatis. Ut in fidibus, aut ille, ac tibus, canique ip-
so ac vocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis
sonis quem immutatam ac discrepantem aures erudite
ferre non possunt, isque concentus e dissimularum vo-
cum moderatione, concors tamen efficitur & congruens:
sic ex summis, & medijs & infimis interjectis ordinibus,
ut sonis, moderatâ ratione civitatem consensu dissimi-
limum concinere: & quæ harmonia a Musicis dicitur in
cantu. eam esse in civitate concordiam, arctissimum at-
que optimum omni in Rep. vinculum incolumitatis. Hæc
autem sententiam, τὴν concordiam discors quid possit, Do-
natus citat in Eunuch. Act. 4. Sc. 5. si sapias, quod scis,
nescias, non possumus nescire, ait, quod scimus, sed ita,
ut concordia discors: hoc posterius Horatij profertur,
ὅς διασπαστικὸν illius Terentiani, a Donato. Quemad-
modum enim e commoderatione vocum discrepan-
tium fit concentus: sic e dissimulatione scientiæ fit
quodammodo incitia, quum, quod scimus, ita conti-
nemus & dissimulamus, quasi nos id ignorare profus
existimarent omnes. De eodem Empedocle Cic. loqui-
tur in Dialog. de amicis. Agrigentinum quidem quen-
dam doctum virum carminibus Græcis vaticinatum fe-
runt, quæ in rerum natura, totoque mundo constarent,
quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare
discordiam. Agellius testatur Empedoclem floruisse Mene-
lio Agrippâ, M. Horatio Pulvillo Coss. bello Vesente apud
fluvium Cremeram anno ab urbe cond. 277. Olympia-
de 76. De ipsius poetæ Lactantius dubitat lib. 2. de Ori-
gine erroris cap. 13. vtrum Empedocles adscribendus
sit Poetis, an Philosophis, quâ de natura rerum scripsit.
Aristoteles tamen in arte poetica indicat nihil Homero
cū Empedocle planè præter metrum esse cômune. Quâ-
obrem illum quidem legitimum Poetam, hunc Physi-
cum potius, quàm Poetam meritò vocandum esse.
De hoc

De hoc cetera vide apud Laetium tam in ipsius vita, quam Parmenidis. Itē Quintill. 3. c. 1. Lucret. lib. 1. ac de consensu elementorum Oppian lib. 1.

Stercini.] De hoc Stercino Stoico dictum fuit Satyr. 3. lib. 2. addam tamen ex aliis hunc conscripsisse carmine Latino 220. libros de doctrina Stoica ut Empedoclem Græco multos de principiis rerum. quos certè videtur imitatus Lucretius, & nos ter Poeta hic irridere, quia fortasse res philosophice per se satis difficiles & obscuræ hoc genere stictæ orationis longè fiunt obscuriores.

Verum.] Sive lautè ac molliter, sive sordidè, parè ac duriter vitam toleras, te in familiaritatem Grosphi dede: sic verbum *utor* absolutè interdum usurpatur, quum de consuetudine & familiaritate quorundam verba fiunt: interdum adduntur & adverbia, ut pro Cluentio, *his Fabriciis semper usus est Oppianicus familiarissime, & quo pater usus plurimum,* pro quo etiam Cicero dicit pro Cornelio Balbo, versari in illius familiaritate, & primà Catilin. *nobiscum versare iam diutius non potes*, quod non potest exprimi per compositum *conversari*, nisi a malis imitatoribus Latinitatis. Sic Græci usurpant *χρησθῆναι, μίμνησθαι τοῖς ἀγαθοῖς*, consuescere cum bonis *καὶ ὀμιλεῖν*, ut vides ἐν ταύτῃ γράμῃ, κακοῖς ὀμιλεῖν, καὶ αὐτὸς ἐκβίβη κακὸς σοφοῖς ὀμιλεῖν, καὶ ἐν τῷ ἐκβίβη σοφοῖς, *tu cum malis versans evades malus, cum sapientibus, sapiens.*

Siquid petet.] Siquid te rogabit, defer illi amplius & cumulatus, quam rogaverit: ita puto sumendum ultitò, ut a Servio in illo versu Aen. 2.

His lacrymis vitam damus & miserescimus ultro. ultro, inquit ille non est sponte, nam jam rogaverat, sed insuper & venit ab eo, quod est ultra. Quia Trojani plus, quàm Sinon rogaverat, præstiterunt: hocque sensu vis petitionis non cogitur elevari.

Verum & aquum.] De hac geminatione verborum dictum est Epist. 7. Qui autem fuerit hic Pompejus Grosphus nullà historià possum assequi: dubitarem equidem, essetne ille Grosphus, cui Ode 16. lib. 1. esset inscripta, nisi viderem, ipsum a Poeta induci longè ipso ditiozem, quod huic loco videtur dissentaneum: tunc tollitur mihi dubitatio, donec certius aliquid de eo comperere.

Annona. Hoc rectè Galli enunciant, *la provision d' amis ne conste gueres, quand on fait plaisir aux gens de bien.* Ita enim adeptio Grosphi tanti amici commoda-

tior fiet, talisque amicitia constantior, ut a virtute profecta, & beneficiis aucta & alta. Annona autem non solum est frumenti, sed rerum etiam aliarum in annum repositarum, non solum in singulos menses, ut *στραγία* militum.

Bonis ubiq̃uid des.] Hic valdè mihi Lectio Jo. Passeratii Latinarum literarum Professoris Regii Lutiæ probatur, *bonis ubi quid des*, quam ego libentius amplector ommissis aliorum conjecturis, quàm *desst.* Vox autem *bonis* sic interdum absolutè sumitur pro viris existimatione virtutis celebratis. Ita Cicero loquitur & interpretatur ad Atticum lib. 8. Epistol. primà: *es si propediem video bonorum, id est, lautorum & locupletum urbem refertam fore*: ubi tamen vox prior explanationis ad mollitiem, posterior ad opes videtur referenda: quòd ex illis viris bonis alii nolint pro Pompejo pericula subire: alii jacturam fortunarum suarum facere. Paræmiographus citat hunc locum in explanationem Adagij, *ἀνδρες ἰσχυροὶ πρὸς ἀσολοὺς ἐκποδὸν εἰσὶν.* ab infornato viro procul abstint amici.

Cantaber.] Hic quod est per summam injuriam pattum, dicitur factam summà virtute: at ego contra idem sic intelligendum censeo e lib. 3. in Verrem, *la gent omnes provincie: queruntur omnes liberi populi: Regna denique jam de nostris cupiditatibus ac injuriis exposculant: locus intra Oceanum jam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quòd non per hæc tempora nostrorum hominum libido, iniquitasq; pervaserit.* Sed de Cantabris jam dictum fuit Ode 6. l. 2.

Armenius cecidit.] Ex hujusmodi casu intelligitur cades & occisio facta, *ἀνευθεῖντες γὰρ λέγονται καὶ τὸν βωμὸν πρὸς αὐτὸν.* 7. Herodia. nam interfecti dicuntur cadere ac prosterni ante aras. Est autè Armenia regio Asiæ inter Taurum & Caucasum sita: de qua vide Strab. 2. & Plin. l. 6. de hac quoque victoria Suet. in Tiberio, c. 9. *Demde ducto ad Orientem exercitu regnum Armenia Tigrani restituit.* Sed de Phraate Parthorum Rege annotatum est Od. 2. l. 2. hic dicitur minor, id est, supplex, ut captivi supplicare solent, quemadmodum Virg. 3. Aen. inducit Achemenidem Græcum ad genua Trojanorum prostratum supplicantem.

Dixerat & genua amplexus, genibusq; volutans.] Ubi Servius annotat Physiçi genua misericordiæ consecrata volunt, ut aures memoriæ, frontè genio, dextram fidei, alibi notatum fuit. Præterea de *copiæ cornu* dictum fuit Ode 17. l. 1. & hic locus explicatus.

Explicatio Rethorica.

Anaphora est initio incisorum eadem voce repetitâ: præterea si has corporis partes *τροπικὸς* placet accipere, ut iam in dialecticis monui, metonymia erit subjectorū p rebus ad ea sultentâda idoneis.

b Metaphora est ab his, qui vino abstinent ad temperantiam in quovis genere esculentorum & poculentorum significandam. Idem tropus in *regale* pro magnis & immensis opibus.

c Synecdoche quadam est speciei pro quolibet victu parcò, tenui & duro. Videtur hic mihi similiter Horatius loqui, atque nonnulli parùm Logici, qui ad notionem communem, catholicam & generalem adungere solent specialem, quasi genus minimè vim suam cum suis formis communicaret. Sed hoc aliàs notavimus fieri κατ' ἐξοχήν.

d Synecdoche est meo judicio generis pro Pactolo tanquam cæteris fluminibus aumfluis celebriori pro inexhausta copia divitiarum & opum. Deinde in *Fortune* est metonymia caussæ, qualem Ethnici agnoscunt fortunam, pro auro & argento reliquisq; bonis, quæ ver-

su proximè sequenti significantur synecdochicòs nomine pecuniæ.

e Metaphora est a versantibus alibi, atque domi suæ, pro, dum Democritus ad res serias & graves, divinas ac cœlestes animum velut a corpore secretum & sejunctum attendit.

f Allegoria est e continuatis metaphoris a corpore, quod acuto vitiosi humoris morfu & urenti pruriginè non quiescere potest, nec contagione malà cum aliis hominibus salubriter versari, ad inquietum Pleonectæ animum καὶ ἀπὸ πλεονεξίας ad inhumanitatem in sociabilem hominis avati indicandam.

g Metonymia subjecti pro vasto maris æstu tumidisq; motibus & agitationibus fluctuū marinorū, quos qui cõprimat ne redudent & effundatur in terrâ, hic quantum.

h Vox eadem idemq; sonus iteratur initio sententiarum κατὰ τὴν ἐν ἀνατολήν.

i Hic potius est Allegoria, quàm simplex metaphora ab imperitatore, qui neq; sulcos ducere rectos neq; cultello & vomere tellurè probè profcindere novit. Simplex ante fuit tropus Epist. 2.

Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.
 sed in acumē Stertini est metonymia adjuncti pro Stoico solerti & acuto.
 k Est hic primum perihrasis synecdochica victus lautioris ac splendidioris nomine piscium, deinde tenuioris & parioris per porrum & capē significati.
 l Metaphora ab esculentis & poculentis vilibus ac copiosis, ad facilitatem conciliandi amicos indicandam.
 m Metaphora est a situ & sede subjecta pro statu & conditione rerum adjunctarum, quomodo Terentius ufurpavit in Eunucho, *conveni quendam mei loci atque ordinis.* Cicero Epist. 18. lib. 6. ad famil. vos videte, quid alia faciunt, isto loco foemina, id est, ista dignitate, vestri-que similes.
 n In his Cantaber, Armenius, Phraates est allegoria e

cōtinuatis synecdochis pro, hi populi, Cantabri Armeni & Parthi sunt devicti, ac Imperio Rom. subacti. Eodē tropi modo dicitur, *Virtute Neronis* pro fortitudine, non tamen sine allusione ad nomen & etymum Neronis, ut est cognoscere lib. 13. cap. 21. apud Agellium: *Nero, ait, sive Nerienes est verbum Sabinum, eoq; significatur virtus fortitudo* ut Ode 4. lib. 4. attigimus. Itaque ex Claudio, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque praestanti fortitudine, Nero appellatus est: Sed id Sabina a Grecis accepisse videntur: qui vincula & firmamenta membrorum τὰ μέλη dicunt; unde nos quoque Latine nervos appellamus. Nero Marti vis & potentia & majestas quaedam esse Marti demonstratur.
 o Sumtum est ab Amaltheae cornu, ut monuimus Ode 17. lib. 1.

EPIST. XIII. AD VINNIUM ASELLAM.

Theticum.

Vinnius prudenter instruitur ad libellos Poetae apto tempore, ut munus ornetur, maximè opportunā redditione, Imperatori offerendos,
 ὅπως τε βραδέως σπείσῃ μετὰ βραδύτητα τὸν κερὸν τῆς ἀποδόσεως τὰ ὑπὲρ.

VT proficiscentem decui te saepe diuq;
 Augusto reddes signata volumina, Vinni,
 2. Si validus, si letus erit, si denique poscet:
 3. Ne studio nostri pecces, odiumque libellis
 Sedulus importes operā vehemente minister.
 4. Site fortè mea gravis uret sarcina charta,
 Abjicit potius, quam quò perferre iuberis,
 c Clitellas ferus impingas: Asineq; paternum
 Cognomen vertas in risum & fabula fias.
 6. Viribus uteris per clivos, flumina, lamas,

7. Victor propositi simul ac perveneris illuc,
 Sic positum servabis onus, ne fortè sub ala
 Fasciculum portes librorum, ut rusticus agnum,
 Ut vinosa glomos furtiva & Pyrrhiana lana:
 20 Ut cum pileolo soleas conviva tribulis
 8. Ne vulgo narres te sudavisse ferendo
 Carmina; quae possunt oculos auresq; morari
 Caesaris oratus multa prece nitere porro.
 Vive, vale, cave, ne titubet mandat aq; frangas.

Analysis Dialectica.

Repetitur hac Epistola consilium Poetae de ratione reddendi Augusto Caesari missos libellos, quos Vinnio illuc proficisci prius pollicito dederat, ut facile prospicitur ex hac similitum collatione: quemadmodum, inquit, Vinni, tibi iter ingressuro praescripsi rationem reddendi Augusto meum munus: sic jam iterum rogo te, obsegnatum & occlusum illi tuto reddas. Est quidem certè hoc solenne feiè omnibus, iisque maximè, quialiquid novi vel scribunt vel mittunt ad summos clarissimosq; principes, ut hi primo rei missae aspectu fructuque ante omnes alios fideliter fruantur: quam ne quis intercipiat aut praeripiat incuria tabellarii vel iniquitate, haec cautio & diligentia adhibetur in accurata fasciculi commendatione.
 2. Prima opportunae redditionis ratio est ex adjunctis, quod jam praecaverat Satyrà 1 lib. 2.
 Nisi dextro tempore, Flacci
 Verba per attentam non ibunt Caesaris aurem.
 itaque quum, inquit, animadvertes Casarem optimè valere, ac jucunditati se dare, & aliquid a te reposcere, tum commodè reddes libellos.
 3. Cur autem haec observanda sint, docet altero argumento e fine, ne immo dicitur tuo erga me affectu, vel intempestiva sedulitate ac praepropria festinatione pro amore principis odium ipsius & in me & in meos libellos concites: animumque illum ab utroque abalienes.
 4. Tertium est argumentum ejusdem cautionis e comparatione majorum, ut, si fortè sarcina lebrorum nimis

inter viam ipsum gravabit illam deponat potius in aliquo itineris tuto diversorio, quam in eo loco (ubi Augustus erit) nimis de via fessus gravatè & rusticè illi det aliquod.
 Approbatio comparationis est rursus ex fine, ne propter talem defatigationem, & onus ineptè abjectum, velut ab asino fero, ridiculus fiat atque cognomine suo dignissimus videatur. Eodem pertinet quintum argumentum e diversis, quod non debeat in hoc fasciculo ferendo talem se gerere, qualem praese fert ipsius cognomen Asella: sed summa ope & contentione corporis difficultates & asperitates itineris superare omnes.
 5. Sextum cautionis argumentum e triplici dissimilitudine, ut, quum Asella eo pervenerit, quo erat fasciculus librorum perferendus, diligenter eum domi custodiat depositum, & quum nactus erit tempus reddendi opportunum, nullis testibus, nullis etiam arbitris illum clam & occultè offerat: non autem, ut agricola sub ala portant aperitè & palam ostentant agnos: non etiam, ut mulieres vino madentes glomos lanae & filii, non denique, ut conviva tribules ac bene poti in manibus gestant pileolos & calceos, non in capite, non in pedibus domum redeuntes.
 6. Hoc quoque silentium quod agere jubetur, de labore gestati fasciculi est ex fine, ut res occulta & nutritius petita veniet gratior & optabilior in manus imperatoris. Hortatur postremò ex effectis, ut hac mandata prudenter digerat: diligenter persequatur tandemq; conficiat: οὕτως ὁ κερὸς δέξει πλείους & χερὸν κορυφαί, sic opportunitas videbitur res totius perfectione continere e Pind. Πυθ. B.
 Enarra

V *Proficis.*] Interpretet pronomine Caninio af-
ficiunt hunc Vinnium Atellam, eundemque mo-
dò minitrum, modò amicum Poetae vocant. Tra-
dunt Grammatici verbo *proficiscor* varium significari
motum pro ratione appoliti casus : hic verò quamvis
nullus sit appolitus, facillè tamen intelligitur discessus
ex aliquo loco ad alium.

Sepe diuq.] Ita Cicer. hæc duo geminavit in orat.
pro Quintio, *sepe & diu ad pedes jacuit strata.* Idem
terè valent ad temporis aut laboris continuationem
exprimendam hæc tam initio de oratore ad Brut.
Diu multumq., Brate, dubitavi, utrum difficilius & e-
quàm in Catone majore, *quum multum diuq. vixeris,*
quod interpretatur Gaza per nomina *ὅταν πολλὴν χρόνον*
διαβίωσῃς idem pro Fonteio *semel ac iterum sapius*
faciendum. Hoc Græci sapius mihi per nomina videntur
enunciare, *ἑπὶ πολλῷ χρόνῳ καὶ πάλιν*, vel *διὰ πολλῶν χρό-
νων πάλιν*.

Volumina.] Ex hoc quidem Cic. loco. 3. Tuscul.
quoniam *duobus superioribus de mortis dolore diebus*
est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficit.
item ex hoc versu Ovid. Eleg. 1. l. 1. de Tristibus de
opere Metamorphoseos, ratio quadam huius vocis o-
stenditur.

Sunt quoq. munita ter quinq. volumina forma.
Hic autem Poeta munus suum varietate appellatio-
nis exornat, nunc volumina, nunc libellos, nunc car-
mina, nunc libros, nunc libellulos, quale quidem donum
quid valeat, discas ex 8. Odel. 4. ubi carmina vocat
premia fortium virorum : contra, vestes, statuas, tri-
podas, vasa aurea & argentea, reliquaque pretiosa mu-
nera Iocrates ad Nicoclem *ἀσπασα δόξα* reputat.
Grammatici igitur indè docent volumen esse librum,
multis partibus absolutum, ut ex 30. Epist. lib. 12. ad
famil. apparet, *non enim te Epistolis, sed voluminibus*
laxerem. pro longissima scriptioe : Item Epist. 13.
lib. 16. *tuas Epistolas vis referri in volumina* : quales et-
iam singulos Odorum libellos diceret qui ad hanc de-
scriptionem possunt volumina vocari : quæ quia veteres
in libris & corticibus arborum scribebant, ante in-
ventam chartam, abvolvendo circa lignum, quo ge-
starentur commodius sunt nominata. Hæc quoque
voluminum forma repetenda est ab Hebræis, quid-
cunt a radice *ל*, involvo *ל* megillah, volumen: ali-
ter, gadol gillajon magnum. vide Od. 29. l. 1. undè ve-
resimile est sarcinam carminum Horatianorum sic fuisse
involutam, Gallicè *enrouleau clos & cachete* : Græ-
cè *πυκνὰ πύκλον*, tabulam plicatam *πλασθ. ἴτα*, qua-
lem quidem libellorum formam & Augusti consuetu-
dinem in poscendo semper aliquid scripti Horatiani
ab eo, aut ab ipsius amicis, habes in ejusdem vita : atque
de forma hoc est præcipuum : *itaque licebit in sextario*
scribas, quam cir. utius voluminis tui sit ὀγκωδὲστος,
scilicet est ventriculitui. ibidem leges jocos alios Cæsaris
cum Poeta,

Vinnii.] Hujus certè nominis est quidam Titus Vin-
nius ex emendatione Onufrii Panuii. cap. 14. Sueton. in
Sergio Galba, & lib. 47. I. I. I. I. I. Taciti : Sed egonon
possim ex litera Poetae judicare, nec conicere quidem,
fueritne hic Vinnius Afella domesticus, an publicus
minister: ex adjectis tamen precibus & studio Vinnii in
Poetam inclinarem potius ad sententiæ, ut aliquem ex fa-
miliaribus ipsius putarem fuisse : quicum familiarissi-
mè jocetur Poeta.

Si validus.] Hæc tria sunt opportunè reddendi
Augusto libellos signa : recta ipsius valetudo, hila-

ritas & poscentis nutus. Eadem Ciceronis fuit cau-
tio reddendæ Dec. Bruto Epistolæ 16. lib. 11. ad famil.
cujus initium est, *Permagni interest quo tibi hæc tem-
pore Epistola reddita sit, utrum quum sollicitudinis ali-
quid haberes: an quæ ab omni molestia vacuus esses.* Itaque
ei præcepi, quem ad te misi, ut tempus observaret Epistole
tibi reddendæ. Nam quemadmodum coram ad nos quæ
intempestivè adeunt, molesti sepe sunt: sic Epistole offen-
dunt, non loco reddite. Simile quid scripsit Cæcinnus Cic.
lib. 6. Epist. 7. ad famil. *Quod tibi non iam ceter ter liber
est redditus, ignosce timori nostro, & misere tempore.* Fe-
lius, ut audio, pertimuit (nec injuriâ) si liber exisset (quæ-
do non tam interest, quo animo scribatur, quam quò acci-
piatur) ne caros ineptè mihi noceret, cum præsertim adhuc
styli pœnas dem.

Studio.] Studium est hic animi, pro favore & amore
non corporis pro labore & opera: sic studio populi ma-
gistratum consequi, studio amicorum debilitari pro Mu-
ræna.

Sedulus.] Ex interpretatione Donatii hæc Hegio-
nis Act. 2. Sc. Phorm. ego sedulo hunc dixisse credo, potest
intelligi, quid propriè sonet *sedulus*, id est, simplex &
simpliciter; probè tamen ac fideliter: quòd vocis ety-
mon præ se ferat omnem doli remotionem ac operæ af-
fiduitatem. At quoniam, ut plurimum, simplicitatis at-
que sedulitatis comes est parùm cauta animi provisio,
ab hujusmodi homine sedulo sæpè intempestiva & o-
diola præstantur officia, sicut monimus at. 3. lib. 1.

Vehemente.] Significatur intempestivus conatus
& inconsideratum officium, quod vi & impetu
mentis præstat. Vox enim *vehemens* ita solètetu-
mologè de homine, qui non servat modum, ut Do-
nat. in vers. 31. Act. 3. Sc. 1. Heaut. annotavit & Agell.
l. 16. c. 5.

Sarcina.] Ex sequenti potest sarcina definirè f. s. i-
culus utensilium, ut hic librorum, qui si lætiferen-
tem, deponendus est: ut autem Latinis sarcina dicitur a
sarcendo, id est, consuendo, sic Græcis *σάγμα πύκλον* τὸ
σάττειν, ab onerando, & inferciendo. Præterea clitel-
larum nomine intelligit thecas & integumenta vel ci-
stas voluminum Gall. *hougettes*, sic tamen Festus defi-
nit, *Clitelle dicuntur, quibus sarcinæ alligatae portantur.*
Quidam definiunt clitellas *ὄρε τὸ ἄλκρον, ὅπερ ἐστὶ τὸ πῶς*
κατωφείον quòd sit locus declivis & deorsum vergens. La-
tera enim clitellarum imitantur quodammodo clivos
montium, sicut dorsa jumentorum. Aliunde Græci
fleunt sua τὰ καθήκεια, ἦσαν, ἀπὸ τῶ καθήκονος ἢ καθήκεις,
ὅσπερ ἐστὶ ὄρε: significat etiam interdum τὸ καθήκιον, ci-
stam, uti jam exposui.

Abijcto.] hoc Græci dicunt, *ἀπὸρρησίου, τὸ ἐστὶ τὸ*
βάρος ἀπὸρρησίου μάλλον

Ferus.] Hoc epithetum potius significat sarcinæ
molestiam, quàm naturæ feritatem: vel potius de-
bet intelligi per ellipsim *τὸ velut & tanquam*, ut E-
pistol. 2. hujus lib. *in rusticus expectat, &c.* ac si diceret,
tâquam belua rationis expertus, id est, more hominis im-
prudens: sed puto Horatiû alludere ad cognomen Afel-
læ patrem, ut *τὸ ferus* valeat, stupidus, inconsideratus:
quòd diceretur Afellus de nomine patris *Asina*: alii ta-
men pro *ferus* legunt *festus*. Sensus ergo est ne tu onere
pressus ineptè ac stolidè munus meû Cæsari offeras. Di-
citur præterea *impingas clitellas*, sicut, *im pingui navem*,
ubi explenda est sententia, in rupè, in litora, in arenam
impellas: Ita hic illidas fasciculum librorum in pa-
rietem, vel in terram: ubi Paiscianus notat lib. 18. esse
enallogentempo. s. pro *impingit*, ut sequentia, *veritas,*
fines,

fias, propter antecedentem imperandi modum abjici-
to: cuius analogiam deberent imitari impingito, ver-
tito fito: sed hæc impingas, vertas, fitu, non minùs cum
bona venia Prisciani sunt modi imperandi Linacro,
quam priora: De quibus verborum modis poteris legere
non sine fructu lib. 14. Scholarum Grammaticarum Pe-
tri Rami.

Quo.] Desideratur antecedens hujus relativi, im-
gas in locum, vel terram, vel parietem.

Asina q.] Discendum est e Macrobo. 2. Satur. cap. 6. 10
sic nomina nasci e cognominibus, ut e propriis nom-
inibustrahi cognomina. Quòd autem Scrofa & Asina
sint viris non mediocribus cognomenta & contumelia,
quam honori, propiora, hoc facit casus, non honor, nec in-
juria. Nam Asina cognomentum Cornelius datum est:
quoniam princeps Cornelia gentis filia data marito, asi-
nam cum pecunia onere in dote produxit in forum pro
sponsoribus, qui poscebantur: per contumeliam tamen
Scipio apud Numantiam C. Metello stomachosè dixit, si
quintum pareret mater ejus, asinum fuisse parituram,
quo certè joco hyperbolico elevabatur fastus ingenii
Metellani, qui quattuor erat de fratribus, quorum ut
quæque natu posterior erat, ita hebetior & stupidior
habebatur, ut est l. 2. de Orat. ad Quint. frat.

Cognomen.] De hac voce repete quod est annotatum
in Gram. Sat. 2. l. 2.

Fabula.] Id est, sis in ore vulgi. Fabula enim a fan-
do dicitur: quam loquutionem imitatus est Perlius Sat.
5. cum amplificatione:

Cinis est manus & fabula fies.

Viribus.] Ego hic puto ellipsin esse discretivæ,
sed, ut sentus sit: non te stolidè contumacem præ-
stabis, ut asinus solet cespitando, cadendo, illi-
dando, frangendo sarcinas suas, sed summâ nitè-
ris o. e., ut saluum & integum ad Augustum per-
feras, quod te oravi. Hinc apparet jocus & risus esse
Poetae, quum in tantilla chartarum sarcinula portanda
videatur opus esse tanto nixu eunti per clivos collicu-
lorum & saltuum.

Lamas.] Hæc vox idem valet, quod lacuna. id
est, collectio aquarum & colluvio, a lacu: non de-
sunt tamen, qui definiunt lamam τὸν χλίδιν καὶ πη-
λώδιν τόπον, limosum locum ἢ τὸν λαμοὶ ἀ γύλι tropi-
còs dictum.

Victor.] Possumus interpretari propositum iti-
neris, more Quintilianii, qui dicit intentionem ope-
ris, pro de lib. rito & statuto, ut hic victorem propo-
siti pro eo, qui superatis totius itineris difficultat-
ibus & itinere confecto tandem eddevenit, quò ani-
mum intendebat. Ita Cic. in oratione pro Cluentio. Sa-
siam matrem filia, non libidinis victricem appellat.

In clivos flumina, lamas, est asyndeton.

Sic positum.] Το sic, ἀεὶ κλίτων ἐστίν, ἢ ὁμοιωματικόν. præ-
tereà verbo τὸ positum non est secundum, ut Æneid.
2. vers. 644. sic o sic positum affari, &c. nec ut lib. 4. e-
jusdem vers. 681.

Voce Deos sic se ut posita, &c. ubi Germanus Valens
Guellius Pimpon doctè annotavit verba ponere ac poni,
sicut Græca πθίωαι καὶ πθίδωαι esse sepulcralia. Hic au-
tè Poeta ostendit Vinnio modum oneris sub veste gestã-
di deceter, dum comòdè illud Augusto possit offerre.

Vinosus.] Vinosus a Valla definitur ἀνὸς καὶ ὄψ, amans
vini, quo modo accipitur Epist. 19. sequente.

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus
Eth. de Fato Cic. Socrates vinosus ac mulierosus pro eo,
qui naturã est proclivis ad vinum & ad mulieres
non qui vinolentus, effœminatus, atque temulen-
tus sit, ad quam descriptionem locus Plinii lib. 23.

cap. 1. pertinet: ubi scribit homines vinosos dici,
quod soli animantium bibant non sitientes: undè
manifestum est nomina in ofus indicare nimiam &
immodicam naturæ propositionem ad hoc vel ad
illud, assertur tamen e Curcul. Plauti, quid opus est
verbis? vinosissima est, pro, maximè ebria & vino-
lenta. Hic certè locus posset etiam intelligi de illa na-
tura inclinatione, quam habitus sæp us consequitur:
atque illud Nigidii Figuli l. 4. c. 9. apud Agellium esse
verissimum: hoc inclinamentum semper hujusmodi ver-
borum, ut vinosus, mulierosus, religiosus, nummosus
signare copiam quandam in modicam rei, super qua di-
citur, ut e quarta Tusculana etiam potest intelligi: Serv.
tamen in vers. Æneid. 1.

Miscet agens telis nemora inter frondeaturbam.
paullo aliter interpretatur nomina in ofus & distin-
guit ab his in eus. Nam τὸ frondeatur docet esse totum
de frondibus, ut torus frondeus: frondosum, fron-
dibus ornatum, ad cuius formam videtur ut τὸ vino-
sum explicandum, vino madefactum. Cateium
Plutar, ἐτομολογεί τὸν ὄνον ἐκ Πλάτωνος. ἐν συμποσί. Η. ὅτι
εἰς αὐτὸν γένεσθαι ποιεῖ τὸ πίνος, quod sit causa, cur potores
ipsius putent se consilio & prudentiã valere. Mitto
alia veriverbia, ut alibi a me notata. Sed vocem Lati-
nam Varro a vi declinat, quã venæ replentur sanguine,
sicut Isidorus notavit. Huc accedat, quod sacrifici-
um Baccho Athenis fieri solitum de nomine Dei &
vini vocaretur, Θεωνία, ὡς λέγει μετὰ τὸ θύειν ut ebrietas ef-
feret comes et alis sacrificii, ex Aristotele: enim οἱ ἐορτάζοντες
festum agentes magis invitabantur ad meraciũs & lar-
giũs compotandum & hilaritè sepulandum.

Glomos.] Glomus glomi & glomus glomeris in
Plinio reperitur inflexum & usitatum, pro eodem
lib. 36. cap. 13. de Labyrinthis, quò si quis impropere
sine glomere fili, exitum invenire nequeat, quod Græcè di-
xeris, οὐ, ἀπλῆδὴ ἐῖς τοὺς λαβυρίθους, ἕστις ἐῖς δὲ ὑψηλὰ σπέυδων
ἀνευ τῆς τῆς μετὰ ἀραβίδος, ὅτι οἱ οἰοῦν ἀπὸν ἐξ ἑοῦ τοῦ
ἀνάδυσιν εὐρεῖν.

Convivia.] Hunc intellige convivam ex aliqua tri-
bu plebis, nullã eruditione politum, nec civilita-
te excultum, quemadmodum Plin l. 19. c. 4. videtur
τὸ τριβύς accipere pro humili & infima plebe pauperi-
tinoque popello: in his quoque aliqua olera sibi nasci tri-
bus negant, id est, plebei & pauperiores, Gall. les pauvers
gens disent, que n'ont croist quelques herbes par mi eux
lu, ce n'est par pour eux: undè possumus interpretari
convivam tribuleum. σύμβιον ἐμφυλον, σύσπιον ἐκ ταπεινῶ
καὶ πενιχρῶ δῆμος, pauperem ac tenuem ex obscuro humiliq;
popello.

Morari.] Sæpè apud hunc Poetam hoc verbum με-
ταβαλὼς sumitur pro, detinere aliquem aliquã carmi-
nis novitate, & oculos illius pascere scripturã, de quo re-
petes, quod est annotatum Od. 3. l. 2 ad fin.

Oratus.] Quidam exponunt, ne te sudasse inferen-
donarres, oratus a vulgò: alii oratus multã prece Casfa-
ris, mutatã interpunctione. Neutis ego possum assen-
tiri, ma oque referre ad Poetam orantem, qui optimè
sciret, σὺν μὲν ἢ ἀκαλεῖα τοὺς ἀδελφούς ἀφελεί, ὅσον δὲ αὐτοὺς
ἀντιῶ ἢ ἀκαλεῖα καὶ ὡς μέγιστο μιν ἐν ἐστὶν ἐν καλεῖ δὲ δέν. i. quan-
tum opportunitas homines iuuet, quantum contra in-
tempelliva temporis còdictio usdem exhibeat molestiã,
& quomodo res per exigua fiat permagna, loco & tem-
pore data neq; quod dicit iuberis impedit.

Nitere.] Nonius vult huic verbo locum esse in rebus
operosis atq; onerosis ac periculosis pro elaborare, ve-
hementem operam, ut hic dicitur, conferre in aliquem,
& conari ut quid firmetur.

Ferro.] Videtur sumenda hæc particula, ut Æ-
neid.

neid. 9. percipe porro, quid dubitem. Ubi Serv. explicat, age, percipe, ut Cic. etiam 4. de fin. dic. t. perge porro.

Cave.] Grammatici tradunt hanc loquutionem, cave, ne tutes, non esse f. tis Latinam, quia ut verbum cavo est prohibitionis, sic particula ne. Idcirco videtur utrumque respondere uni iussioni, ut gemina negatio uni affirmationi, quasi diceretur, vide, ut tutes, mandataque frangas. Hoc inter ceteros tradit Serv. in vers. Georg. 1.

Flava Ceres al. a nequicquam specta Olympo. quum reprehendit hanc lectionem vers. Andriae Act. 2. Sc. 3. ultimi, curabitur: sed pater adest, cave, te tristem esse sentiat, ubi sensus est, ut in superiori exemplo nostri Poetae, vide, ut te esse tristem sentiat: quod procedere minime potest: sed ita legendum est, cave, te tristem esse sentiat: ubi hic interpretes videtur non ut dicere poni pro ne, subauditum: nos quum pro regula nitimur auctoritate veterum sic loquutorum, honeste existimabimur errare cum bonis Latinitatis auctoribus, Ut autem hic noster Poeta loquitur, sic Ovid.

No fallare, cave, proximum ater erit. Plinius quoque Terram cariiosam, cave, ne planstro, neve p. core impellis, &c. utraque loquutio recta est & Lati-

na sive θεμῶς, sive ἐνεργητικῶς enunciatur. Hæc observatio sub horam, quæ excudebantur Basileæ præsentibus nostræ prælectionibus, non inventa reperta est in annotationibus Philip. Beroal. quas Sebast. Hentipetri tùm recens impresserat.

Cave.] Ἀρχαῖος, a verbo cavo, cavis, non per systolen, ut sæpe dictum fuit. Hunc versum citat Servius in verlu Aeneid. 4.

Quosve d. bus gemitus quum littora servere late. explicans, infinitus est a tertia conjugatione, fervo, vis: nam secundæ conjugationis verba perditioe, quod habent ante o. in tertiam migrant. ut fero, servo, fulgeo, fulgo, sic Horat. v. de, vale, cave &c.

Tutes. Apertè Donat. ostendit vim hujus verbi in Heaut Act. 2. Sc. 3. ad locum, ne illa quid tutes. Tutes, ait, est proprie pedibus non volentis insistere more vinolenti: inde transfertur ad animum, quocirca a mente desentiunt verba, ut quum Clitopho veretur, ne quid illa temere effundat, quo se indicet. Sic in Pseudolo Plauti translata sumitur, onerabo meis præceptis Simiam, quid agat, ne quid tutes. i. ne aberret a fallacia doctè ferenda: sic Agell. l. 2. c. 20. scribit. Cæcilium nutare multum à Menandro. Postremi vers. sunt ἀουδῶς, Cic. dissoluta.

Explacatio Rhetorica.

Epianaphora est initio incisorum ejusdem vocis & soni iterati similitudo.

b Προκατάληπτος est, objiciendorum occupatio jocosa.

c Metaphora est, qualis paulò ante Epistola 10. notata fuit in li. minor urci, id est, si premet ac lædet.

d Metonymia est continentis pro versibus in charta scriptis. qualis fuit Odis 8. & 9. lib. 4. quum dixit silere charta, pro nullo versus scribi, aut nullum poema canni.

e Metaphora est a jumentis domuariis, ad quæ facete Poeta aliud cognomine Asinæ lib. os perlatui, ubi puto clutellas velorum sumendum pro, sarcinula: & fasciculos librorum, quomodo dixi accipiendum Sat. 5. & amials eliscellus ponunt.

f Non caret etiam hoc verbum suâ translatione ab hostibus superatis ad significandum hominem voti sui & intentionis compotem.

g Arbitror hic per synecdochen specie' genus significari, atq; quamlibet vinosam mulierem intelligi.

h Allegoria est ab ebriis, ut modò in Grammaticis patuit ad instructionem bene obeundi munus, & mandatum exsequendi. li. idem translatis Cic. usus est Epist. 10. l. 12. tutes uti & tutes ire: sui quid forte tutesatum esset, ut fit in bello, exercitu tuo niteremur: quod verbo peccandi sub initium Epistolæ significatū est: quam tropi multiplicationem verba frangas & tutes constituit, quorum prius est sumtum a corporeis ad incorporea: cujusmodi notatum fuit Od. 35. l. 1. in perium frangat, & similia, quod hic Gallicè transferas, gardes vous bien de fallir en ce, que don vus à recommencer: posterioris verò jam præcessit expositio: pro quo Græci dicunt etiam τῶν κατὰ ὑποπόρροδου, fallè & delati, ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ὑποπεποιμένων, a libris loci, ubi non facile vestigia frangas.

EPISTOLA XIV. AD VILLICVM SUVM.

Theticum.

Nihil esse in Sabino suo agello, quod villici stomacho fastidium debeat movere: sed turpitudine vitæ in Urbem illum revocari, docet Poeta.

Villice sylvarum & mihi me reddentis agello, quem tu fastidis, habitatum quing. & focus & quing. bonos solitum Bariam dimittere patres:

2 Certemus spinas animo ne ego fortius, an tu

3 Evellas agro & melior sit e Horatius, an res.

4 Me quamvis Lami pietas & cura moratur

5 Fratrem & mentis rapto de fratre dolentis

6 Insolabiliter tamen istuc mens, animusq.

7 Fert, & amat & spatia obstantia rumpere claustra.

8 Rure ego viventem, tu dicis in Urbe beatum.

9 Cui placet alterius sua nimirum est odio fors.

10 Stultus uterq. locum immeritum causatur inique.

11 In culpa est animus qui te non effugit unquam.

12 Tu mediastinus tacit a prece rura petebas.

13 Nunc Urbem & ludos & balnea villicus optas.

14 Me constare mihi scis & discedere tristem,

15 Quandocumq. trahunt in visa negotia Romam.

16 Non eadem miramur: eò disconvenit inter

17 Meq. & te, nam que deserta & inhospita tesca

18 Credis, amæna vocat mecum, qui sentit & odit,

19 Que tu pulcra putas. 20 Fornix tibi & uncta popina

21 incutiunt Urbis desiderium (video) & quod

22 Angulus iste feret piper, & tus ocyus uvæ:

23 Nec vicina subest, vinum præbere taberna,

24 Que possit tibi: nec meretrix tibi vicina, cujus

25 Ad strepitum salias terre gravis: 26 & tamè rures

27 Jam pridem non tacta ligonibus arva: bovemq.

28 Disjunctum curas, & strictis frondibus explet.

29 Addit opus pigro rivus, si decidit imber,

30 Multa molè docendus aprico parcere prato.

31 Nunc, age, quid nostrum conceptum dividat, audi.

32 Quem tennes decuere toga nitidig. capilli:

33 Quem scis immunem Cynaræ placuisse rapaci:

34 Quem bibulum liquidi media de nocte Falerni:

35 Cæna brevis juvat, & prope rivum somnus in herba

36 Nec luisse pudet, sed non incidere ludum.

4 Non istuc obliquo oculo mea comoda quisquam
 5 Limat: non odio obscuro morsuq. venenat.
 Ridet vicini glebas & saxa moventem.
 5 Cum servis urbana diaria & rodere mavis:

Horum tu in numerum voto ruis. 16 in videt usum
 Lignorum & pecoris tibi calo argutus, & horti:
 17 Optat ephippiabos piger: optat arare caballus.
 18 Quam scit uterq. libens, censeo, exerceat artem.

Analysis Dialectica

8 Eodem spectat hac dissensio sententiarum & factorum similium utriusq.
 9 Locus este subjectis, in quibus occupatur animus villici, quem rure retrahunt in Urbem lupanaria, pingues popine ac reliqua voluptates, ωσπερ τὰ κρέας ἴκρον ἀπέλκει τοὺς ἀμφοτέρους θήεις, καὶ ἀρπακίτις πέλονται, ut cadaver attrahit crudi voras feras, & volucres rapaces.
 10 Alia sunt rationes cur tanto Urbis desiderio teneatur, quod primum pars quaedam agelli non sit vinealis, ut loquitur Columella. i. apta vineis plantandis: Sed hac terra inertia pronunciat minoru comparatione: quod ea citius proferret alios alterius terra deserta ac barbarae fructus, quam patrios ac mites racemos. Deinde ex adjunctis, quod villa careat œnopolio, quod etiam meretrice tibi astante: & certe defectus huius pendet e penuria prioris, quemadmodum Anacharlis ἐρωτῶντος, εἰ εἶσιν ἐν Σκύθαις ἀνδρῶν, ἢ πέν, ἀλλ' οὐδὲ ἀμπελοὶ, interrogatus utrius apud Scythas essent tibicines, respondit, ne vites quidem. Ita Ctesiphon Adel, Act. 4. Sc. villam patris suburbanam detestatur, qua re caeteri delectantur, amori magis, quam rei suae consulens: & illud rursus nulla alia causa tam male odi, nisi quia propè est: quod si abesset longius, prius nox oppressisset illic, quam huc reverti posset iterum.
 11 Et superiorum repetitione hac explenda est sententia: Quamvis meum agellum nunc contempnas & desertum existimes; illum tamen adhuc colis, & ad culturam ipsius boves studiose pascis, ut literis & sermone ad me perferatur: hoc est intelligendum εἰς ὄψιν αἰῶνος. Hac quidem inter se dissentanea sunt sed hac dissensio nititur tantum ratione, non re. Itaque argumentum est e loco dissentaneorum diversorum.
 12 Hic locus ex adjunctis referendus est ad illum (& quod angulus) de accessione insueti labori, qui impendendus est non levis vel ad deducendum aliorum vum, vel aggere opposito coercendum, ne, ubi extra ripas defluerit eluvie pratum meum perdat.
 13 Hortatur postremo villicum e loco dissimilium, ut attendat ad veram mutua inter eos dissensionis causam, qua tamen satis patuit ex antè jam dictis: si, inquit, hodie illas juventutis delicias & voluptates consideres: si amoris, ludis, jocos & comotationibus intemperivis indulgerem: si longis cenis & conviviis interesserem: si frequentes sodalitates celebrarem: haberes quidem exemplum istius tuae cupiditatis, & desiderii. Nunc vero, quum vides me libenter illis omnibus carere, & omnino ab illo primo Horatio mutatum; te tuos quoq. mores decet ad hanc normam effingere & conformare: quia quia non prestas, mihi tecum pessime convenit.
 Nec in fuisse. Constat planè ex diversis hic versus: non pudet me praeterita lusionis, sed pudet finis non maturius facti vitae intemperanti.
 14 Approbatio propositionis est a diversis, cur tanto pere suo agello delectetur. Quia, inquit, nemo illic meis modis invidet: nemo illa labefaciat & oppugnat: sed tantum vicini ridet me aggressum aliquid opus insuetum & impar meis viribus, non tamen invident, nec oderunt. Eleganter Politianus in Rustico tranquillitatem vitae rusticae carmine praedicat:
 O dulces pastoris opes loquanta beatum,
 Quam tenet huius tranquilla quies! ut pectore toto
 Letitiam, totaq. se vet bona gaudia mente!

15 Sic agit Dominus cum suo Villico d' ἀντιπλοῦ καὶ ἀνομιῶν. Jam singulatim de utroque loco dicamus: ac primum levatu fastidium villici ex effectis & procreante: quod ex agello magna animi oblectatur, requiesq. curarum domino afferatur: quod etiam inde prodeant quinq. sanctissimi, gravissimq. patres, vel ad consultandum de rep. Sabinorum, vel ad magistratum illic gerendum. Deinde ex adjunctis, quod eundem locum incolant quinq. familia distincta & frequentes: Undè illos quinque senatores existere credendum est. Jam ex his efficit εὐθυμια τοῖς, nihil esse, cur vill. eius contempnat & fastidiat Sabinum Poeta agellum.
 2 Provocat dominus servum comparatione majorum ad contentius ac certatim ei laborandum, uter melius suum faciat opus, ille in curis mordacibus abigendis, hic in spinis ac vepribus ex agro evellendis, ut tandem perspiciatur, utrius melior status fuerit, dominine, an agri.
 3 Ad eandem fastidii levationem pertinet hic locus diversis: non equidem nunc sum in meo agello pis officis consolandi amicum de obitu fratris occupatum: at amen animus semper meus est in agro Sabino, & illum identidem hinc cogito sublatà omni morà.
 4 E consequenti parte superioris diversitatis, conficit eum, qui rure manet, beatum esse: cui contradicit villicus ex altera: non qui rure vitam degit, sed qui vivit in urbe est beatius.
 5 Improbatur villici ratio ex adjuncta hominibus inexplibili cupiditate, qua pronunciat generatim & universè de quolibet non sigillatim de villico, ut locus videbatur postulare: vill. eius, qui alienam sortem expetit, suam odit: sed qui paulò erat acerbior hac sententia singularis, voluit acerbiter lenire hac universali, & adscribere se ad numerum stultorum, qui putant locorum commutatione molestias & curas, reliquasq. perturbationes depelli posse: ad quam adhibentur hac diversa, quum a gritudine non e conditione locorum sed ex animo cuiusq. male affecto, qui ubiq. solet ex cruciari, cerio enascatur. his 4. versib. continetur moralis objurgatio ex contrariis.
 6 Confirmatur origo morbi, quo villicus iactatur e disparatis. i. repugnantibus, quod villicus Horatii mediastinus, quum vitam more colonis laboriosam in Urbe prius toleraret, rura valde exoptabat: Nunc vero quum rure semidominus honeste vivat; Urbem, & Urbis ludos & foeditates summo pere desiderat & requirit.
 7 Dominus studet ex adversis vitiosam servi laxitatem & corruptam vitae consuetudinem emendare suae constantiae & pura consuetudinis ac incorruptae exemplo.

Nempe

Nempe dicitur
 Ambrosius
 Natro
 Ipse filius
 Penderat
 Calatop
 sed ante hanc
 Non alia
 Rurum
 Quam quae
 Non illum
 Qui se dicit
 Non auram
 Non pestile
 Non ille reg
 Vanosq. hon
 Spei metusq.
 iurificam pra
 esse.

Villicus
 Agri colendi
 latus, & h
 am convener
 ut. An vero
 te imo respo
 petiore. A
 qui pectore
 in rura, i
 tot per, i
 rarè domi
 id est dissol
 cultorem vil
 licus plectu
 Reddunt
 ut Cicero
 Quae quae
 etegalla & r
 um & reced
 Habitam
 ac famili
 Barum
 oppidum
 juri dicit
 Quamvis
 Od. 2. l. 1. & O
 Pietas
 tentum, qu
 Confutes
 nil vor mor
 creta
 Dicitur
 villicus
 bilis
 Cic. quon
 consolab
 peratio
 consolab
 Graeci
 quibus
 qui cui
 Mens
 illam. Hec
 ut mem
 quod Ger
 quibus

Nempe odii, fraudumq; expers, exemtus inani
Ambitione, vacansq; metu, spe, liber & insons,
Nativo cultu, & gaza praedives agresti,
Ipse sibi vivit, nullo sub teste, suoq;
Pendet ab arbitrio, suis ipse est censor & alto
Calcet opes animo, ac regum deridet honores.

Sed ante hunc etiam Seneca in Hippolyto:

Non alia magis est libera, & vitio carens
Ritusq; melius vita quae prius colat,
Quam quae, relictis mœnibus, campos amat,
Non illum avarae mentis inflammat furor,
Qui se dicavit montium insontem jugis:
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non pestilens invidia, non fragilis favor:
Non ille regno servit, aut regno imminet,
Vanosq; honores, sequitur aut fluxas opes.

Spei metuq; liber. Unde Columella verè scripsit, vi-
tam rusticam proximam, & quasi consanguineam sapien-
tiae esse.

15 Hæc pertinent ad antapodofin, quamvis enun-
cientur comparatè, quæ sic clarè restituenda est: *Tu*
non sic opus facis rure, sed magis parè ac durè vitam
in Urbe tolerare.

16 Quàm minimè sit pœnitenda villici conditio, ex
adjuncta calonis invidia demonstrat, qui quoti-
die cogitur foras ire lignarum & olera & opsona quasiu,
quæ villicosunt ad manum omnia: quarum commodita-
tum ratione nititur Poeta suum villicum ab Urbis desidia
10 rio deterrere & avocare.

17 Hæc fortis alienæ invidia declaratur apologo bo-
vis & equi, quod est a gumentum aliunde assumptum:
quod communiter potest ad omnes referri, qui præ-
termittunt naturæ officia & infiras functiones, nec
sunt suâ sorte contenti, sicut fuit demonstratum Sat.
1.1.1.

18 Dissolvitur talis invidia ex adjuncta utriusque arte,
ut illius exercitatione cultum vitæ victumq; honestè pa-
20 ret.

Enarratio Grammatica.

Villice.] Varro l. c. 12. definit. villicum esse, qui
agri colendi causâ constitutus sit, & a villa appel-
latus, & hæc ex eodem auctore, quod a vill. coin-
eam convehantur fructus, & evehantur, quum vene-
unt. An verò Græcè eorundem appellationes αὐλῆτος
καὶ ἐπιούλις respondeant Latinis, videant rei rusticæ me-
peritiore. Xenophon in Oeconomico eum,
qui præficitur rei rusticæ dispensandæ, vocat τὸν ἐν ἀγροῖς
ἐπιτροπὸν, ἢ τὸν ἐπιτροπὸν διὸν ἀνδρα ὃς ἐπιστάται ἐπιουλείῳ
τῶν περὶ τὰς ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀποδοτῶν, qui scilicet negotia procur-
rare domino absente quem Cic ad Attic l. 4 a yndētus,
id est dissolutè vocat villi. um procuratorem, & alibi
custodem villicum, pro quibus videtur hic dictum, vil-
licus γλυκῶν καὶ ἀγ. i.

Redduntur.] Dicitur agellus reddere Horatium Ho-
ratio, ut Cicero oratione primâ post reditum in Senatu
dicit, *Qui denique nosmet ipsos nobis reddidistis*, id est, re-
dintegrastis & restitulistis in pristinum & optimum sta-
tum & recreastis.

Habitatum.] Qui constat e quinque adibus privatis
ac familiis.

Bariam.] Baria vel Taria fuit olim celebris locus &
oppidum in agro Sabino velut *συρδίων*, quo senatores
juri dicundi causâ conveniebant.

Quamvis Lamie.] Amor Poetæ in Lamiam eluxit
Od. 26. l. 1. & Ode 17. l. 1.

Pietas moratur me.] I. infert mihi moram & impe-
dimentum, quo minus ex Urbe me rus recipiam. Con-
trâ Consules dimissuri curiam & Senatores dicebant
nihil vos moramur, id est, vobis moram objicimus, quin
discedatis.

Dolentis insolabiliter.] Neque primùm insolabilis
vix alibi apud Latinos reperias, neque hinc ortum insolabi-
liter. Pro priori Ovid. dicit, *Non admittens solatium.*
Cic. quidem l. 4. Epist. 3. ad famil. dicit. *Est omnino vix*
insolabilis dotor: tanta est omnium rerum amissio & de-
speratio recuperandæ? sed quia vix addidit, videtur dolor
consolabilis: id eo non planè respondet τῶν insolabilis.
Græci ἀπαρηγόρητος καὶ ἀπαρηγόρητος ἢ ἀπαράμυθος καὶ ἀ-
παράμυθως, ἀδραπέδωτος καὶ ἀδραπέδως ἀγυῖντος ἐπὶ τῶν ἀ-
δραπέδων: cui nihil esse potest solatiū neque curationi.

Mens animusq; fert istu.] I. affectat, viam ad
villam. Hæc duo ita geminantur a Latine loquenti-
bus, ut mens & cogitatio mens & voluntas a Cicerone,
quod Græcè dicitur *μενὸς ἐπιουλίῳ ἔχειν, καὶ τὸ νόη-
μα ὡς τὸ πνεῦμα, ἐκείσε ἀρῆσαι.* Hoc autem Virgilio dicitur,
ὁ μὲν ἦτορ ἔχει ἢ θυμὸν λαβεῖν ὡς πνεῦμα. Sic Virg. *Æneid.*

— In primis regina quietum

Accipit in Teucros animum mentemq; benignam.
sic Simo Terentianus de Davo Act. 1. Sc. 1. *Rogas? Simo,*
dabo: mala mens, malus animus. Præterea mens & animus
fert istu eodem modo dicitur, quo Virg. 7. *Æneid. illuc*
fert via, prospectat, & attendit. Alterâ syntaxi dicit O-
vid. 1. *Metam.*

In nova fert animus mutatas dicere formas

Corpora — pro cupit & optat dicere.

30 **Rumpere.]** Pro quo Cic. pro Mutiana dicit *refringere*
claustra, & 6 *Verr. revellere claustra,* pro cupit & optat
dejicere & rumpere.

Cui placet.] I. qui sortem & conditionem alterius a-
mat, suam certe solet odisse.

Causatur.] Accusationem & actionem intendit in
locum, vel causam fastidii confert in locum inculpātū,
In (uterq;) autem est ellipsis τῶν nostrum

In culpa.] Donat. in hunc verū Hecyr. Act. 2. Sc. 1. *non*
meâ operâ neq; pol culpa sic evenit, hæc duo distinguit, o-
pera est, si scientes læserint culpa, si nescientes: quorum
alterum est sceleris, alterum stultitiæ.

Tu mediastinus.] Quamvis Sat. 7. l. 2 dictum de ser-
vis præcipueq; de mediastinis, addam tamen ex Oeco-
nomico Aristot. *δούλων εἶδη δύο, ἐπιτροπὸν καὶ ἐργάτην,*
servorum duo esse genera dispensatorem & operarium, &
in genere posteriori mediastinum esse, in quem hæc Ci-
ceronis Paradoxo, videntur aptissimè convenire, ut in
familia, qui tractant ista, qui terunt, qui verrunt, qui un-
gunt, qui spargunt (quales e Plin. 19. c. 1. possumus
ιατρικῶν καὶ φαρμάκων vocare reūctores & mediastinos: in priori
autem genere atriensem, quem Donat. in Phor. Act. 2.
Scen. 1. videtur more veterum appellare columellam &
servum majorem domus, uti descripsimus Atriensem
35 Sat. 7. l. 2.) non honestissimum locum servitutis tenent
sic in civitate, qui se istarum rerum cupiditatibus de-
derunt, ipsius civitatis locum penè infimum tenent.

Tacita.] Rectè Galli suâ linguâ hoc enungiant, *Tu*
me fac sois prier sous main de te baillera gouverner ma-
maison des champs, & maintenant que tu en as la charge,
tu demandes a retourner a la ville & aux plaisirs. Hic bal-
nea publica intelligenda sunt, contâ quàm in prima hu-
jus lib. Epist.

Me constare.] Davus tamen servus, quem ego sus-
picor hic intelligi nomine mediastini, hanc constanti-
laudem dedit Sat. 7. l. 2.

Roma rus optat: absentem rusticus Urbem.

Tollis ad astra levis: qua de re, sicut de aliis illic ob-
jectis audivit, ocyus hinc te.

Nirapis, accedis opera agro nona Sabino.

Qualem inconstantiae notam nunc contra villico
quondam suo mediastino inurit. Cic. 1. Tusc. ita lo-
quitur, Et quidem si tibi constare vis, omnes, quicumq;
nati fuerunt, re non solum miseri, sed etiam semper mi-
seri: Quod Demosthenes dicit in Epist. Philippi, *ἡ ἀμ-
μηνόμενος τοῖς ἄλλοις καὶ τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις, ut constanter perma-
neamus in iurejurando & pactis: quod etiam Graecè di-
citur ἐαυτῶν ὁμοιομενῶν, aut, ut Ilocrates loquitur, ἑμὸν ὁμο-
μόνος ἐαυτῶν εἶναι, cuius pponas, ἐαυτῶν διαφίσει δὲ, sibi consta-
re ἑαυτῶν seipso dissentire.*

Negotia.] I. quocumque tempore molestæ & odio-
sæ occupationes ex agro revocant me in Urbem, illuc
redeo invitus & maestus.

Eo disconvenit.] Particula eo est convinctio ratio-
nalis pro ideo & propterea *διὰ τὸ ἴδιον*. Sic a Terent. usur-
patur in Hecyra Act. 2. Sc. 1. Enim lassam oppidum tu-
gebant: sed ad eam non admissa sum. Hic (enim) ut obiter
admoneam, occupat initium sententiæ καὶ τὸν ἀρχαῖον μὲν
pro recta convenientia: Lassam enim oppidum id est,
valde enim me lassam tum dicebant, ideo non sum ad mi-
sa & introducta ad eam.

Tesca.] Hæc vox tescum & tesca bifariam sumitur a
Grammaticis, primum pro loco auguriis designato, &
alicui Deo consecrato: deinde pro loco aspero & inac-
cesso: de quo vide Festum: quo posteriore modo hic su-
mi debere attributa hæc *deserta & in hospita* satis confir-
mant: ad quam expositionem pertinet illa interpreta-
tio Servii in hunc vers. 4. Æneid.

Et Nun ide infra ni angunt, & inhospita Syrtis.
id est, barbara & aspera. Eodem quoque illud Joh.
Scaligeri, quod in castigationibus suis Festum citat
e Glossario, tesqua sive tesca καὶ ἀκαθήμενοι καὶ ἐρχοίς, καὶ
ἐρμῶν τόποι, *Loca præcipitua, & dorsa montis petricosa,
inaccessa*, ubi suspicor esse legendum ἐρμῶν, quod ex il-
lo Thucydidis loco lib. 1. *χρῆλον ἐρμῶν καὶ διωπεροσθίων,
Locum accessu difficilem* putò explicandum. Etymon au-
tem vocis quidam a tuendo, tanquam diceret, tesca,
alii malunt desletere *πυρρὸν τὸ δάκλον*, quod est umbro-
sum & opacum.

Formix.] De hac voce dictum est Sat. 2. l. 1. sicut de
de popinis Sat. 4. l. 2. addam tamen ex Isidori l. 15. ca. 4. de
Ædificiis, etymū. Popinæ Propina, inquit, Græcus ser-
mo est, qui apud nos corruptè dicitur popina est autem
locus iuxta balneâ publicâ, ubi post lavacrum a fame &
siti reficuntur: unde & propina & propinare dicitur.
πείνα enim Græcè significat famem.

Incutiunt.] Pro hoc Cic. dicit ad Cælium, efficiunt
desiderio, & in Oratore, incendunt desiderio. Gall.
Elles te font regretten la ville, Sic Cic. l. 7. ad famil. Epist.
6. desiderium Urbis suadet Trebatio deponendum, tu
modo ineptias istas & desiderium Urbis & Urbanitatis, id
est, rerum urbanarum deponere, & quo consilio profectus es,
id assiduitate & virtute consequere.

Angulus.] Talis optatur s. Verr. Angulum mihi ali-
quem eligas provincie reconditum ac derelictum, quam
vocem Festus ducit *ἄγῳ τὸ ἀγκυλον* ab adunca curvita-
te, vel *ἄγῳ τὸ ἐγγύς*, a vicinitate.

Ocyus. Feret citius piper, quam uvam.

Quæ possit.] Pro suppeditare, sufficere, & submi-
nistrare: quod Græci dicunt *διὰ τὸ παρέχειν καὶ ἐπι-
χρησιάν*, translata, ut τὸ ποιέειν ἢ ποιέειν, quorum
τὸ ἐπιχρησιάν est propriè, sumtum insuper facere la-
dis, & ποιέειν viam aperire, aditum parare. Sic lo-
quutus est Od. 13. l. 3. *Præbere frigus*, & alibi, nescis, quem
numquam præbeat usum. De voce taberna sunt in Ode

4. lib. 1. nota, quas revisas: huc tamen addam e. l. ff. co.
tit. 16. l. 183. quod ab illis notis dissentit tabernæ appella-
tio, ibi dicitur, declarat omne utile ad habitandum ædi-
ficium: non ex eo, quod tabulis cluditur.

Tibicina.] Quæ tibiâ canit, quam Græci simplicius
pronunciant, τὴν ἀοληπέδα. Tibicen & Tibicina di-
ctis ἀνωμαλίαις extensam habent secundam prioris par-
tis conjunctæ syllabam, quam analogia conjunctionis
breve requirebat, ut in cornicen Juven. Sat. 10.

Qui vix cornicines exaudiat, atq; tubarum.

Concentus.

Et in fidicen Od. 3. l. 4.

Quod monstror digito prætereuntium

Romana fidicen lyre.

Cujus ad strepitum] Tò cuius ad tibiâ intellectam
referendum est, vel ad tibiâ canentem, ut sit, ad cuius ti-
biâ strepitum tu, villice, terræ gravis id est, corporis
ponderosi & gravis ipsi terræ falias. Sic Od. 3. l. 4. canit.

O testudinis aureæ

Dulcem quæ strepitum Picri temperas,

item. Epist. 2. hujusl. bri.

Ad strepitum citharæ cessatum ducere carmen.

Potest hæc loquutio per ad, absolutè verti, strepente &
sonante tibicinâ & citharâ nam chordæ, dum pullan-
tur, strepitum edunt. Ita faciet imperitia utriusq; & can-
entis & saltantis notatur.

Tacta.] I. fodis arva inculta, nec arata diu. De hac vo-
ce dictum est Epodis. 5.

Bovemq; dejectum.] I. iugo solutum, & bene pa-
stum opus, id est, exundat' o rivi auget laborem ignavo
villico multo aggere coerenda.

Docendus parere.] Simili syntaxi dixit Satyrâ 10.
lib. doctus cantare.

Concentum.] I. est quæ causa sit nostræ discordiæ &
dissensionis.

Quem tenues.] Ante hoc relativum intellige me cœ-
na brevis juvat, & c. quem tenues & c.

Tenues toga autem sunt e tenui filo confectæ & raro,
cujusmodi delectantur juvenes & unctis & delibutis
capillis.

Immunem.] I. gratis, ac sine pretio, vel immuni-
tas munerum ab ea tum data erat, ut loquitur Cicero 4.
Academ.

Bibulum Falerni.] Nusquam alibi hanc lectionem
reperias pro bibacem potorem. De vino Falerno Od. 17.
lib. 1.

Sed non.] Grammatici dum particulam sed docent
negare & tollere quod dictum fuit, ut non est vir indu-
stius & diligens, sed probus, norant, imprudentes no-
stum argumentum.

Incidere.] Est abrumpere ac finem ludendi facere,
quod Gallietiam dicunt couper le jeu ou la guerre, sed
est presens pro preterito, incidisse, id est, pudet me, quod
non prius finem ludi fecerim moderatusq; vixerim.

Rident vicini.] Ellipsis est discretiva sed vel similis.

Limat.] Hoc verbo utitur Cic. l. 3. ad famil. App. 9. Da-
tua prolixa beneficiaq; natura limavit aliquid posterior
annus pro attrivit, imminuit. Oculum autem dicit obli-
quum pro quo Græci ὀφθαλμοὶ ὀφθαλμῶν καὶ βλάσανον, i. invi-
sum & malignum oculum, & totam efferunt senten-
tiam: *ὀφθαλμοὶ παραβλέπει ἐκεῖ τὰ λυσιτελεῦντά μοι, ἢ μινδὲς βλέ-
πει πλαισίως ἐκεῖ τὰ πρὸς τὸν με βίον χρέσμα*

Istic.] Rure nullas est invidiæ locus. Od' obse-
ro dixit pro similitudine & inimicitia latente: pro utroq; Græ-
ci usurpant *ἐχθρὸς καὶ ἐχθρὰ μίσος*.

Diaria.] Diarium est demensum, i. quotidianus & di-
urnus victus, servorum, vel cibis diurnus quo Petronius
Arbiter utitur, *anseris mediæ dæ solebant ab anu diaria
exigere*.

Calo. De hac voce dictum est Od. 2. l. 1. ut de argutus Od. 1. 4. l. 3.

Opta.] Hæc sententia relata est inter adagia: quapropter lege eorum auctorem. Deslectitur aut in vox ἐπιπνοῦ ἀπὸ τοῦ ἐπιπνοῦ, ab eo qui equo insidet, & eo vehitur. Sed proprie dicitur de milite equite, cui opponitur ὁ πῆξος pedes miles, unde ἑπιπνοῦ, ἐπιπνοῦ, equestris cursus: dicitur etiam τὸ ἐπιπνοῦ pro certamine currentium e quorum. Item pro sella & strato equi, ut hic, & per diphthongam aliquando scribitur τὸ ἐπιπνοῦ.

Caballus] Vide de hac voce Gram. Sat. 6. l. 1.

Quam scit.] Hic versus est interpretatio illius, qui est in Vespis Aristophanis sub finem fabulæ, ac præcipue antistrophes. 9. λόγος ἐστὶν ἐπιπνοῦ, ἃν ἐκείνος εἶδε, ἢ τὴν ψυχήν, ubi Philocleon narrat, quomodo Sybarites quidam e curru deciderat, graviterque caput læserat per imperitiam aurigandi & equitandi, cui amicus, qui fortè aderat hanc admonitionis sententiam pronuntiavit. Cujus mentio

nem etiam facit Cic. ad Ad Attic. l. 5. adhæc verba dicit: *lud verum est, sed non, &c.* nec Adagiographus silentio præterit, & ante ipsum Cic. lib. 1. Tusc. quæst. & ipsemet Poeta Epist. 2. interpretatur hanc sententiam:

Navem agere ignarus navis timet: Abrotonum agro Non audet, nisi qui didicit, dare: quod medicorum est, Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

quæ citavimus Od. 6. l. 1. ad modestiam Horatii probandam. Qui autem aliquid facere conantur, quod ignorant, idem audire solent, quod Alexander Magnus ab Apelle, qui comiter illum admonuit, sua in officina, ut de pictura cessaret et disputare, quod a pueris scoloris tentibus irrideret, ut refert Plin. l. 35. c. 10. idem narrat Plutar. lib. de dignoscendo amico ab assentatore, quod iteratur libello de tranquillitate animi de Megabylo Persa. Aliud enim est sceptrum, aliud plæctrum, ut Athenæus l. 8. memorat de contentione Ptol. mecum citharædo stratonico.

Explicatio Rhetorica.

Adem vox hæc varè cadit per Polypoton & per synecdochen integri pro membro dicitur: reddentis

me, pro, animum mihi reddentis ac reci eantis
b Videtur sumtum ab homine elanguentis appetentiæ, pro, contemnis & odisti: quanquam Grammatici docent illud a fastu deslecti.

c Synecdoche est primùm particulæ pro toto. i. pro quinq; adibus: deinde metonymia subjecti pro hominibus in quinq; familias distinctis.

d Allegoria est e metaphoris ab agricolis ad mordaces animi sollicitudinis indicandas. Sic loquitur Od. 18. l. b. 1.

e Metonymia est subjecti pro conditione & statu Horatii. Res hic synecdochicè summenda, ut e genere significetur agellus.

f Mœrentis & dolentis similiter sonant in clausulis infororum κατὰ τὴν ἐπιπνοῦ.

g Allegoria est a captivis, qui omni ratione & curâ in id incumbunt, ut e custodia emittantur, & vinculis levantur.

h Petebas & optas similiter sonant in clausulis membrorum κατὰ τὴν ἐπιπνοῦ.

i In qui & qua, item in vocas & vocat polypoton est.

k Tertia est epistrophe in ariæna vocat & ulera vocas.

l Synecdoche est generis primùm pro lupanari & prostibulo, ut docuimus Satyrâ 2. l. b. 1. Deinde metonymia subjecti pro meretricibus & scortis, ut popina pro compotoribus.

m Metaphora est ab animatis ad inanimatum, pro meretrices & compotores ista Urbis cupiditate & desiderio efficiunt.

n Synecdoche est generis: est enim qui vis angustus locus & abditus, & a frequentia hominum remotus pro minuta Sabini agri particula infrugifera.

o Synecdoche est & metonymia in tu terre gravis, totius & materiæ pro corpore ex ea facta quod terram gravat.

20 totius & materiæ pro corpore ex ea facta quod terram gravat.

p In iuges & curas est eicaveia, quæ Poeta usus est ad illudendam villici commemorationem de sua in agro laboriosè colendo diligentia, quam nihil horum factum sit.

32 q Metaphora est a præditi ratione ad ejusdem expertia, pro, rivus est fossa deducendus, aut mole & aggerem avertendus a prato, ne hujus pingue solum emacietur, atq; illuc arena ad volutæ resideant.

r Sumtum est hoc a symphoniacis ad consensionem consiliorum & voluntarem significandam.

s Symploce est in initis & clausulis trium membrorum.

t A corporibus est translatum quæ proprie inciduntur, ut incidere nervos, venas, vitæ, sed hic pro, finire ludum, vel ab eò discedere.

u Puto ludere & ludum currendi ἄσχετος intelligenda & ad hæc præcedentia referenda, elegantia ornatus, amores, comotationes, exquisitas epulas, jocos, sodalitates, quibus omnibus nunc pudor est Horatio non tam diu constituisse modum, præsertim apud Davum Villicum cui vita ipsius satis spectata & cognita erat, sicut e Satyr 7 li 2. perspicuum est: ut quæ fuisset libidinosè ac intemperanter acta.

x Allegoria est a magicis & veneficis, qui solo aspectu fascinant atterunt & imminuunt bonorum quibus malè cupiunt, ad demonstrandam, invidiosam naturam, qui clanculum alios mordent.

y Sumtum est a fabris, qui sunt a atterendo materiam quamlibet informandam attenuant ac imminuunt.

30 z Metaphora est a muribus ad duritiæ victus notandam.

† Hic versus omnino est allegoricus e continuatis metaphoris a bestiis ad homines, qui, quod probè sciunt, illud tractare semper recusant. Contra quod nesciunt, id unum aggredi cupiunt maximè.

EPIST. XV. AD VALAM.

Theticum.

Valam consilio Antonii Musæ Medici percontatur de singulis commoditatibus vitæ, quæ percipi possunt ad jucundè vivendum Velie, & Salerni.

Quæ sit hyems Velie, quæ cælum Vala Salerni, Quorum hominum regio, & qualis via: a (nam mihi Bajæ

Musa supervacuas Antonius & tamen illis Me facit invisum gelidâ quæ perluor undâ Per b medium frigus: sanè e myrtetarelinqui,

tiam quorundam interpretum , qui hoc argumentum tam appositè subjectum superiori a fine conati sunt inde segregare & novam Epistolam ad eundem hic constituere , maximè requirendam. Protasis autem comparationis tam variis ac multiplicibus factis Menii & adjunctis & adversis amplificatur, ut sexdecim versus in ea consummi videantur : quòd , si lectionem Craquii & Cranteri sequimur versus.

Sicut ut ventres laminà candente nepotum

Diceret urendos correctus Bestius: idem, &c.

Continent argumentum assumptum , quòd illata-

men pronuntiat comparatè, *Ingluviem Menii ac similitum ipsius ubi cognovit Bestius, alioqui sordidus, & ab his insatiabilibus nepotibus castigatus & conviciis vexatus, dixit tales ventres laminà potius candente urendos, quàm vita donandos diuturniori, ut eà pleterentur parte, quàm peccasse certum erat.*

9 Apodosis est, aucta, ut protasis, adversis: *Sic ego in penuria rerum moderatissimè vivo, & in earundem penuria solos eos esse sapientes, & beatè vivere puto, quibus facultates sunt non in temeritate Fortuna, sed in uberrimis ac fructuosissimis fundis collocatae.*

Ennaratio Grammatica.

INscriptio Epistolæ reperitur in aliis exemplaribus varia, modò ad C. Numonium Valam: modò ad Cn. Vinonium Valam: modò ad G. Vinonium: hæc autem varetas potest nobis aliquod afferre adjumentum ad inquisitionem personæ accuratiorem.

Quæ sit hyems.] Hic rursus monendus es, Lector, de præponendo versu.

Scribere tu nobis, tibi nos accredere par est

Sic propter syntaxim, ut suprâ propter argumentum. Nam nisi præcedente, *par est te nobis scribere* locus non esset huic temporipræsenti secundo, *sit*, sed primo, *quæ est hyems Velia.*

Velia.] Hoc oppidum fuit Lucaniæ paludibus circumdatur, undè etiam de flexu putant *Ἐξ ἑλὸς* eos a palude præposito vau, quod Servius vocat etiam digamum pro spiritu denso in primigenio: undè fuit olim Helia: unde quoq; Heletes nobilis amnis, qui creditur dedisse nomen Velia, de qua lege Epist. 20. lib. 7. ad famil. cujus est initium, *amabilior mihi Velia fuit, quòd te ab ea sensi amari*, atq; crede utrumq; nomen tam oppidi, quàm fluminis *Ἐξ ἑλὸς* derivatum spiritu denso in vau mutato ut in *ἕρῃ* & *Venetis*: undè fuisse maritimum certum est, ut ex hoc quoq; versu *Æneid. 6.*

Injice (namq; potes) portusq; require Velinos.

necdum exstitisse quo tempore *Æneas* dicitur in Italiam venisse.

Quod cælum.] Quà aeris asperatione sustinentur homines. Salernum autem fuit oppidum Picentium: de quo sic Strabo ad finem lib. 5. paullum autem supra mare Romani Salernum custodiæ gratiâ in eos. *Lucanos & Brutios*, munierunt: de quo præterea vide Plin. l. 3. c. 5. Quidam quoq; deflectunt a Salinis, quæ sunt in illo tractu mariitimo. Id oculorum certiori iudicio comprobet, qui parum fidi scriptis.

Quorum.] Quales sunt homines illius regionis, quæ syntaxi dicet postea, *nihil moror vina illius ore. i. regionis*: Ita enim Cic. illud utrumq; conjungit pro Sextio, *quæ regio orâve terrarum erat labor?*

Bajus.] De Bajis dictum est Od. 18. lib. 2. ex Epist. tamen 12. l. 9. ad Fam. Dolabellam proferam, quod non caret dissimili huic loco faciet, & lepore: *quemadmodum insalubris Baje fuerint, facile perspicere potest, Gratulor Bajis nostris: si quidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt: nisi forte te amant, & tibi assentiantur, & tam diu, dum tu ades, sunt oblitæ sui.* Ellipsis autè est hic primùm verbi, deinde conjunctionis discretivæ, ut sit explendum: *Esti Antonius Musa mihi dixit aquas Bajarum nihil ad meam valetudinem adjumenta afferre, facit tamen me illis invisum.* Gall. *il est route fois cause qu'on me hait, & qu'on ne me voit pas volontiers*: sic loquutus est Quintil. lib. 3. cap. 7. *Nam est turpitudine generis opprobrio multis fuit, & quosdam claritas ipsa notiores circa vitia & in usus magis fecit.*

Supervacuas.] Inutiles, quomodo geminantur supervacaneum, quod idem valet, & inutile: vix tamen

reperias supervacuum & superfluum sed pro utroque supervacaneum apud Cic. De Antonio Musa medico sic Suet. scribit in Octav. 59. *Medico Antonio Musæ, cujus operâ ex ancipiti morbo convalescerat Augustus, statuat are collato juxta signum Aesculapii stiterunt.* Item c. 81. De eodem quoq; scribit Plin. l. 9. c. 8. & Dio in Augusto. Qui cum ita agrotaret, ut nequiret quicquam facere eorum quæ sunt in primis necessaria, Antonius Musa eum frigidis quibusdam potionibus ac lavationibus curavit, & servavit incolumem. Quam obrem Cæsar magnam ei pecuniam dedit concessitque jus aureorum annulorum (erat enim libertus) nec solum ei, sed etiam exteris omnibus, qui eandem artem profiterentur, vel essent postea profecturi. Fuit Musæ frater Euphorbus regi Jubbæ etiam medicus, de cujus nomine dicta est herba Euphobia ex Plin. l. 25 c. 7. E veteribus autem nummis ferunt Musæ fuisse cognomen Pomponiorum.

Per med. um.] Aliâ syntaxi usus est Virg. Georg. 1. in tempore segetis demetendæ constituendo.

At rubicunda Ceres medio succeditur aestu.

quum sol acutiore & ardentiore vibrat radios. Redeo jam ad rationem corporis aquâ fontanâ & gelidâ summo frigore perluendi. Non omnia fomenta omnibus conveniunt corporibus. Itaque consideranda est medicanti, primùm natura peccantis humoris, ut Medici loquuntur: Deinde remedia talem humorem depellentia diligenter ac prudenter quærenda. Non potuit Augustus, ut refert Sueton in ipsius vita, calidis fomentis curari, ideoq; frigidis coactus est uti: hoc certè vitio vertendum est ignorationi causæ morbum efficiens aut ei materiam suppeditantis.

Myrteta.] Myrteta Græcè *ὀμυρτεταί*, ἄριστος locus myrtis confitus, quibus litora fiunt lætissima, ut scribit Virg. 2. Georg.

Nec verò terre ferre omnes omnia possunt. Fluminibus salices, crassiq; paludibus alni Nascuntur, steriles saxosis montibus orni: Littora myrtetis lætissima: deniq; apertos Bacchus amat colles.

Illam certè soli differentia rectè & convenienter hic tribuitur Bajanis myrtis, de quibus diximus Od. 4. lib. 1. nonnulli putant hunc myrtetorum locum hodie appellari *Tabernas.*

Dietaq.] Syntaxis verborum est: & Bajenses queruntur sulphura, i aquas sulphureas Bajarum, quæ dicuntur sanare morbos articulares & alios diuturnos, e crassis & glutinosus humoribus ortos, contemni. Græci vocant sulphur *τὸ θεῖον*, ἢ *τὸ θεῖον εἶναι*, quod sit divinitus datum. Dicitur etiam *πῦρ ἠερῶν*, quòd fulmen redoleat odorem sulphuris, & ipsa etiam fulgetra. De eo lege Dioscorid. l. c. 12. 4. & Plin. l. 5. c. 14.

Elid. re.] Aptum est verbum ad contumaciam morbi indicandam. Est enim elidere violenter pre-mendo aliquid extrahere, depellere, & excludere, ut eli-

est principium sequentis ad eundem: sed quam recte ja viduti in Dialectici. De Menio Sat. 1. 1.

— Ut vram Menius, aut sic
Ut Nomentanus.

Hoc quidem loco, si credimus Porphyrii, hic Menius est ille, qui Sat. 8. l. 1. & 1. lib. 2. cognominatur Pantolabus, ubi aliud praenomen Mallus pro Menius praefixum est. Etsi nominibus inter utrumque plane disconvenit, genere tamen luxus & effatae pecuniae bene convenit. U. planius fiat hunc Menium ad extremum assem luxu fuisse redactum dicam ex Epigrammate Catuli eius vxorem suam emendicasse victum.

Uxor, Meni, saepe quam in sepulchris
Vidistis sperare derogo cenam?

vbi Jos. Scaliger doctè annotavit silicè nia fuisse caenas funebres, quae a pauperibus absumebantur, inter quos erat vxor Meni ad strina sepulchrorum, vbi erant culinae. Quidam enim putant hunc Menium mobilem fuisse, a quo aedificia Meniana nominata sunt. Is enim primus ultra columnas extendit tigna, quae ampliarentur superiora ut ait Festus, quae projectiones a Jureconsultis appellantur Graecè ἐξωσὺλ. Eodem spectare videtur, quod Asconius scribit de Menia columna in accusatione contra Verem. Menia quum donum suam Catoni & Placco censoribus venderet, ut ibi basilica edificaretur, sibi exceperat jus unius columnae, supra quam tectum iijiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipsi & posteris eius spectare munus gladiatorum possent: quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo igitur columna Menia vocata est. Sed de etymo scurræ, & Graecis appellationibus lege Gram. Sat. 3. l. 2. vbi hunc locum citavimus.

Fortiter.] Quum fortitudo sit considerata periculorum susceptio, aut laborum permissio, & spectetur omnis aut in dolore aut in labore, aut in periculo, profectò videtur hic Poeta ἀκρολογῆσαι, improprie loquutus. Nam perdere rem patriam, ut dixit Sat. 4. lib. 1 & illam ingrata in gluvie stringere ut Sat. 2. lib. 1 non est animi fortis & magni sed ignavi, molis ac timidi, intemperantis & inconsiderati. Itaque, ut illa videtur acyrologia, sumendum est hic τὸ fortiter ἐπιτακτικῶς pro plane & omnino rebus consumptis, & dissipatis ut iusque parentis bonis.

Urbanus.] Aristot. l. 2. Ethic. c. 7. de homine urbano sic scribit: καὶ τὸ εὐχρηστὸν τὸ ἐν ταπεινῷ ὁ μὲν μέγας διατρέχει, καὶ ἡ δὲ ἀδύνατος διατρέχει. ἢ δὲ ἀπερβολὴ βωμολοχία, καὶ ἔχων ἀντὶ τὴν βωμολοχίαν ὁ δὲ ἀλλοτρίων ἀγροικῶς τις. Qui vero in sermonis jucunditate joci vitur moderate, dicitur facetus & lepidus, ἀστειός, urbanus, nimirum quod apte nōris sua dicta convertere ad id, quod offeritur ad se. quomodo videtur sumendum in Orat. pro Quintio: neque parum facetus scurræ Sex. Mav. ut, neq. e inhumanus praeco est unquam exillimatus: quod de genere sic forcrat. in Areopag τοῖς δὲ τραπέλοις καὶ σκώπῃσι διαμαίνοισι, αἰς νῦν ἀφαιρῶν ἢ τὸν τοῖς ἀέθλις ἀεροζοροδύουσι. faceti & qui salibus possunt uti. hodie bene ad qre dvis nati & dixi vocantur, & habitus dicitur lepos & urbanitas, virtutis nomen huic Philosopho. Apud Cic. tamen Epist. 6. l. 7. urbanitas non pro virtute, sed pro rebus vrbis accipitur, quarum desiderio rebatus se flagare significaverat: Tu modo ineprias st u & desider a vrbu es vrb. nitatis ἀερονε, qui locus modò citatus fuit Epi. 14. Quod autem est nimium, scurrilitas & qui eā praeditus est, scurræ: quod idem interpretatur l. 4. c. 8. ἐπὶ πλεονάζοντος τὸ γέλοιον, καὶ τὸν πλείονον χειρόντων τῆ παιδείᾳ καὶ τῷ σκώπῃν καὶ τῷ, ἢ δὲ, τότε καὶ τοῖς βωμολοχῶν ὀνομαζομένων δὲ τραπέλοις. Quum risus est multus & frequens, & joci & salibus

complures delectantur effusis, quam par sit, tum etiam scurræ nominantur urbani: unde factum est, ut i dem in Trinummo sint Plauto scurræ & vrbani & mimi, qui d.teria fund tando sibi victum solent aucupari, ideoque passim apud Graecos βωλό: vs audire. Ita juvenal. Sat. 13. utrumque videtur conjunxisse:

— Mimum agit ille

Urbanus qualem facundus scurræ Catullis

quod quidem genus τὸς δὲ τραπέλους Paulus ad Ephesios cap. 5. improbat & prohibet, μὴ δὲ ὀνομαζομένων ἐν ὀνόματι ἀθέτων, μαροληγῶν, ἢ δὲ τραπέλων: ne inter vos n. m. nentur obscenitas, stultiloquium, neque dicacitas, quia hęc neque ad instructionem proximi, neque ad honestæ finem possunt ullo pacto referri. Aperta autem est distinctio scurræ & dicacis lib. 2. de Orat. Qudd hic joci utatur moderate, rationem ducat personarum, tēpotum & locorum. Ille quotiescunque potest, quasi necesse habeat aliquid dicere, dicit. Tempore inquit Cic. ratio & ipsius dicacitatis moderatio & Temperantia & raritas diclorum distinguet Oratorem a scurræ: cuius veriverbium repete e Gram. Sat. 3. lib. 2. Huc accedat. Quod Quintil. scripsit, vrbantatem & dicacitatem non idem esse, ideoque Demosthenem vrbantum fuisse, non dicacem: Urbanitatem autem esse stoicis virtutem, in qua nihil obscenum, nihil agreste, nihil in conditum, nihil peregrinum neque sensu, neque verbis, neque ore gestive possit deprehendi ut non tam sit in singulis dictis, quam in toto colore dicend. Idem quoque genus in Menio hic reprehenditur a Poeta: licet dicat ad ipsius mores effingere se conformare, sed qui partim joci utitur, rusticus & illepidus habetur, quæ sanè ellipsis nemini nisi auctori suo potest nocere vel offendiculo esse.

Non qu.] Exegesis est epitheti vagus, qui omnium mensarum est talleca.

Certum praesep.] Grammatici hoc definiunt stabulum domesticarum bestiarum, ut praesepium locum, vbi pabula illis apponuntur: exemplum autem quod proferunt e 3. Geo g. repugnat definitioni priorii:

Sapè sub immotis praesepibus, aut mala taclu

Vpera del. tuit, calumq. exierit a fugit.

Nam hoc loco significatur χορτοαβὴ, & pabulatoria theca, vbi porrigitur pabulum bestiis quemadmodum ibi dem dicit praesepia plena & satia, quæ Graecè dicuntur αἰ χάρου παρὰ τὸ χάρησις, quod est latohiatu oris comedere. Item φάρμα, An hac distinguantur a Graecis, nondum comperi. Plautus in Curcul. hanc vocem vlu. pat. genere mulieb. i, Quis recipere si huc esum ad praesepium suam.

Impransus.] Id est, qui minimè est pransus ἀπτοχαι ἀνάσῃς, jejunus Longè aliter se gerebat Xenocrates impransus, ut est Sat. 3. l. 2. Erga Pol. monem:

— potus ut ille

Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,

Postquam est impransi correptus voce magistri.

Digno/cere.] Ellipsis est praepositionis ab, ferè perpetua Poetis.

Fingere.] Hellenismus est pro, sœvus in convitiis, & criminibus excogitandis Undè videtur vox Graecis εὐλόγοσθαι ἢ εὐλόμασθαι in eum apposite convenire: qualem hominem Plato in Minoe sic n. tat. νεμεσῶ γὰρ ὁ Θεός, ὅταν τις ψέγη τὸν ἑαυτῷ ὁμοίον, ἢ ἐπαίη τὴν αὐτῷ ἑαυτῷ ὡς ἔχοντα. indignatur enim Deus vel indignè feri, quum quis vituperat similem, aut laudat sibi infestum. Ita v. surpavit hoc verbū Terent. Eunu. Act. 1. Sc. 1. cōmunicor & excogito, Thais; Ego pol quia mihi sum conscia,

hoc certo scio, neque me finxisse falsi quicquam: sed Syntaxi paullo mutata idem dixit Act. 3. Sc. 2. Nonne ad senem aliquam fabricam fingit?

Barathrum.] De hac voce Sat. 2. l. 1. & 3. lib. 2. sicut de macello eadem 3. lib. 2.

Quocquid.] Pro quemcumque quatum fecerat studio, opera & labore, convivii dissipabat.

Factoribus.] Intelligit divites, qui melius ac saepius merebantur de scurris & sycophantis, quam de viris modestis ac bonis: quia illorum maledicta & convitia metuebant, quibus optimum quemque figerent.

Patnas.] Quas Graeci vocant παροισίας & πίναντας.

Omasi.] De Omaso dictum est Sat. 5. l. 2. non tantum quid esset, sed quomodo etiam Graece vocaretur & suo fungeretur officio.

Solicoet.] Hunc versum Joann. Britannicus, Joann. Baptista, Aelius Anton. Nebricensis in Sat. 6. Persii ita legunt, ut in Dialecticis recitavi, veramque puto esse lectionem, & nominatim nostrum Poetam appellant, quam hic, ut in plerisque alijs locis, Persius imitatus est. Hunc autem Bestium definiunt superiores interpretes heredem divitem & avarum, Philosophis infestam, qui juvenes docerent liberalitatem, & addit Nebriffensis nomen esse fictum a Poeta quasi bestialis homo esse. Ipsius autem centura nepotes, qui damnum ei dederant, sic vexabat.

Lamna.) Lamna syncope est pro lamina genere cruciatus et cultis ferreis. quae calefactae & candentes corporibus reorum admovebantur, ut constat e 5. Accus. in Verrem. Ratio autem hujus repetatur e Gram. Od. 2. l. 2.

Inimice lamnae Crispe Sallusti

Nepotum.) De his diximus Epod. 1. in Rethoric qui bui adscribit nunc Poeta in retenui acolastos & prodigos, qui bona patria obligant, quod Graeci dicunt τὴν πατρίαν παρῶν κατεδίδου, ἢ τὰ πατρῷα κατὰ δαπανῶσιν λυχνύοντες, ἢ κατὰ ἀργεῖα πάντα κτήματα. Inter hos Seneca ponit lib. 22. Epist. 123. Pedonem Albinovanum, quos lucifugas denominat, & verba nostri Poetae usurpat: multi bona comedunt: multi amicos habent: ut inter istos nomen invenias, opus est, non tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere. In tam occupata civitate fabulas vulgaris nequitia non invenis, verior est sensus hoc modo, Menius ad alsem redactus, inopia domitus & tanquam monitus censebat luxuriosos divites, a quibus nihil corroserat, graviter puniendos.

Nactus.] Nanciscor est Donato proprie, quum aliquem paratum vides ad tenendum ante, quam possit reperire, quod teneat, & statim, quod occurreritprehendere, Hecyr. Act. 4. Sc. 4. ut quum Cicero dicit 2. de nat. Deor. belluas immanes nanciscuntur venando, id est, incidimus in praedam inter venationem, & hic ipse Ode 11. l. 3.

Velut nocte vitulos leone.

Ubi omne.] Est hic ellipsis τῷ patrimonium, quod totum consumserat.

In cinerem.] Hoc Aristoph. in Vespis enunciat verbo ἀποδίδειν, ut ἢ με κεραυνῷ διαπναιδάλειν ἀποδίδου τυχῶσ' aut me ardenti fulmine in cinerem statim redige, vel vno Lucretij verbo, cinefac.

Hercule.] Viri jurabant Romae per Herculem nunquam mulieres, quin etiam ab Herculano sacrificio abstinebant: neque etiam viri per Castorem & Pollucem, sed mulieres, ut Thais in Eunuch. ante, de quo vide Agell. l. 11. 6.

Obeso.) De quo revise Epod. 12. amplam enodationem.

Turdo.] Judicium Horatij & Martialis & defensionem pro hac volucris vide li. 3. ca. 3. variarum lect. Hieron. Metcurialis adversus sententiam Galeni. Turdus autem Graece vocatur κηλίς, quam Scholiafles Aristoph in pace facit εἶναι τῶν σπυρίων, δοκῶσι δὲ πρὸς τὸν ἐλὼ ἐπὶ τῶν ἄλλων πτηνῶν ἀεισῶσι δάσει εἶναι μάλιστα. facit, inquam, passerum genus. Videntur autem turdi magis, quam aves ceterae, ad delicias expetende: vnde idem ait Scholiafles, sed in nebulis, verbum κηλίς usurpari ἀπὸ τῶν λιπαρῶν ὀστύων πρὸς εἶν, κηλίς ἐστὶν, ἢ γελῶν ἀτάκτως ἢ ἀμέτρως, id est, pro epulari pingues coturnices, & turdos comedere, aut pro inordinate & immoderate ridere, quod sepe contigit vescentibus aucupio pingui delicularum avicularum: quem immodicum ridendi modum Latini dicunt cachinnum, risum effusum: vnde in Epist. ad Pilo:

Romani tollent equites, pedesque cachinnum.

vbi est etymum vocis. Aristot. quoque l. 9. de natur. Animal. scribit, turdum uivali tempore hyemis solitum ad volare ad juniperata vel ἀρκυθῶνας, loca juniperis confita. vbi baccis juniperijs vescitur. & tunc temporis caro ipsius capti maxime commendatur. Surditas peculiaris adscribitur huic aliti: ideoque fit admodum garrulus: ex quo proverbium, κωφώτερος κηλίς, surdior turdo. Hinc irutulare dicitur.

Vulva.] Hanc vocem Isidorus vult dici, quasi valvam, id est, januam, qua semen inferatur, ac inde factus in lucem efferatur, ac praecipue dici solet de bestiis, & vterus de mulieribus, sicut notatum fuit Ode. 22. l. 3. Vulvae autem apparatus lege l. 9. Athenaei, vbi meminit cuiusdam vulvae suillae multis cupediis & dapibus delicatis fartae

Hic ego.] Id est, talis sum ego, ut Plautus in Curc. loquitur, hic somnus est mihi, pro, sic ego dormio. Sic ante Epist. 6. Ne fueris hic tu. In hoc sermonis genere τὸ μέγιστον ἐστὶ τὸ ἀσχετημένον ἀποδιδόν.

Satur.] I. satis constanter, patienterque vilibus cibis vitam sustento meam.

Unctius.) I. lautius, magnificentius, delicatius. Sic Plaut. in pseud. pulmento vror unctiusculo, pro lautiusculo & meliusculo. Translatè autem Cic. in Bruto unctiorem quandam & splendidiorum loquendi consuetudinem.

Quorum.) I. quibus res est in antiquo censu collocata.

Explicatio Rethorica.

Q Vae, quod quorum, varie cadunt per polyptoton.

b Non est hic sumendum medium, ut in morali doctrina: vbi dicitur in medio tanquam moderato consistere virtus, & vitium in extremis, tanquam in temperatis: attramen inde per metaphoram est ductum pro vehementissimo & acerrimo frigore.

c Ex his intellige, tanquam ex parte hodie nomine Tabernarum significata, ut modò dictum fuit in Grammaticis, totum Bajarum tractum per synecdochen: contra per morbum cessantem ex genere sume τὴν ἀρτηρίδος speciem, id est dolorem articulorum, qui cessans dicitur ut Satyr. 9 lib. 1. tarda podagra, per metonymiam effecti pro efficiente lentos & tardos, quos illa contundit.

d Translatum est a duris corporibus, pro, magna vi extrudere & eicere dolorem e nervosis partibus corporis.

e E materia intelliguntur aquae calidae & sulphuratae

ratæ per metonymiam cauffæ.
 f Alter est modus metonymiæ, vbi cives & incolæ Bajarum significantur ex ſubjecto.
 g Brevis eſt deliberatio Poetæ per Apoſtrophæ & communicationem cum equo ſuo: vbi interjicitur quedam Epanorthofis ad hæc verba: *ſed equi franato eſt auris in ore,*
 h Synecdochica eſt periphraſis aquæ pluviæ & cifter-nariæ.
 i Sumtum eſt, ait Donatus in Adel. Act. 3. Scen. 3. ab agitatione pecudum, quum dicit, *abigam hunc rus:* Propriè Cic. in Verrè, *equarum greges iſtum abigendos curaffe,* vnde ab actores, fures eorum.
 k Metonymia effecti pro efficiente & locupletante ipſa affectos.
 l Anaphora eſt, & vnà polyptoton.
 m Epanodos eſt, idem ſonus initio & medio, & duplex Polyptoton in *in te, tibi,* & in *nos, nobis,*
 n Metaphoricus ſumitur pro menſa epularis accubationis.
 o Anaphora eſt in iteratione earundem vocum initiis membrorum.
 p Duplex eſt hic tropus: prior eſt metaphora à vaſto maris hiatus & profunda voragine ad ingluviem Menii decoctoris notandam. Alter eſt metonymia ſubjecti

pro omnibus cupediis & dapibus, quæ in macello emta ab hoc gurgite & helluone exhauriuntur & devorantur.
 q Sumtum eſt ab infatiabili cupiditate divitiarum ad inexplebilem ventrem & furioſam ejus appetentiam.
 r Eſt ſynecdoche generis pro divitiis, qui gratificatur ſcurris, ne figantur illorum maledictis
 ſ Alter modus ejuſdem tropi, quo integrum ſignificatur ex membro, id eſt, cenſebat Mænius illos lucrones & helluones graviter puniendos.
 t Puto certè hoc allegoricis dictum ex metaphoriſa ſacrificijs: vbi ſic tota victima exurebatur ut omnino cineriferet, qualia fuerunt holocauſta.
 u Synecdoche generis, pro, decoquunt patrimonio.
 x Anaphora eſt initio incisorum in iteratione ejuſdem vocis & ſoni. Ac præterè in *vulva* eſt ſynecdoche generis pro ſuilla vulva, ut Græca *μῆτρα κατ' ἐξοχῆς* ſicut Orator & Poeta dicuntur & Græcè & Latinè pro Demotheſe & Homero, pro Cicerone & Virgilio.
 y Epanalepſis eſt, initio & clauſulâ ſimilitudo ſoni. Eſt ſimul apoſtrophe ad lautos & delicatos in quibus Vala numerari videtur.

EPISTOLA XVI. AD QUINTIVM.
 Theticum.

Hæc Epistoſa duplicem complectitur deſcriptionem: alteram Horatiani agelli, alteram veræ probitatis.

NE a percoteris fundus meus optime Quinti
 Arvo pascat herum, an baccis opulentet
 olive:
 Pomisne & pratis, an amictâ vitibus fulmo:
 Scribetur tibi forma loquaciter & situs agri.
 2. Continui montes, nisi dissocientur opaca
 valle: sed ut veniens dextrum latus aspiciat sol:
 Levum discedens curru fugiente vaporet.
 Temperiem laudes: quid si rubicunda benignè
 Corna vepres, & pruna ferant? si quercus & ilex
 Multa fruge pecus, multa dominum juvet um-
 bra?
 3. Dicas adductum proprius frondere Tarentum.
 Fons etiam riuo dare nomen idoneus, ut nec
 Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus.
 4. Infirmo capiti fluit utilis utilis alvo.
 5. Hæ latebra dulces etiam (si credis) amænæ
 Incolumem tibi me præstant septembribus horis.
 6. Tu rectè vivis si curas esse, quod audis.
 7. Jactamus jam pridem omnis te Roma beatum.
 8. Sed vereor, ne cui de te plus, quàm tibi, credas:
 9. Neve putes aliùm sapientè bonoque beatum:
 10. Ne si te populus sanum, rectèque valentem
 Diçitet, occultam febrem sub tempus edendi
 Dissimiles, donec manibus tremor incidat vinctis.
 11. Stultorum incurat apudor malus vlcera celat.
 12. Si quis bellat tibi terrâ pugnata marique
 Dicat & his verbis vacuas permulceat aures:
 Tene magis saluum populus velit, an populum
 tu?
 Servet in ambiguo, qui consulit & tibi & vrbi,
 Juppiter: Angusti laudes agnoscere possis?

Quum pateris sapiens emendatusque vocari
 Respondesne tuo dic sodes, nomine. Nempe
 Vir bonus & prudens dici delector ego, ac tu.
 Qui dedit hoc hodie, cras si volet, auferet: ut si
 Detulerit fasces indigno detrahet idem,
 Pone meum est, inquit: pono, tristisq; recedo.
 Idem si clamet furem, neget esse pudicum:
 Contendat laqueo collum pressisse paternum:
 Mordeat opprobriis falsis: mutemque colores.
 14. Falsus honos iuvat, & mendax infamia terret.
 Quæ nisi mendosum & mendacem: vir bonus est
 quis
 Qui consulta patrum, qui leges jurag, servat,
 Quo multa magnaq; secantur iudice lites:
 Quo responsore & quo caussa teste tenentur.
 15. Sed videt hunc omnis domus & vicinia tota
 Introrsum turpem speciosum pelle decorâ.
 Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
 Servus: habes pretium: loris non ggereris: aio,
 Non hominè occidi: non pasces in cruce corvos.
 Sum bonus & frugi: renuit, negat atq; Sabellus.
 Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterq;
 Suspectos laqueos, & opertum milvius hamum.
 16. Oderunt peccare boni virtutis amore.
 17. Tu nihil admittes in te formidine pœna:
 Si spes fallendi, miscebis sacra prophanis.
 18. Nam de mille fabæ modiis quum surripis unum,
 Damnum est, non facinus mihi pacto lenius isto.
 19. Vir bonus omne forum, quem spectat, & q-
 mne tribunal
 Quandocung, Deos vel perco vel bove placat:
 Janè pater, clarè, clarè quum dixit Apollo:

Labra movet metuens audiri: pul. ra Laverna
 Da mihi fallere: justum sanctumq; videri:
 Noctem peccatis, & fraudibus objice nubem.
 02. 00 Quò melior seruo, qui liberior sit avarus,
 In trivius fixum quum se demittit ob assem, (rò. 3)
 Non video nam qui cupiet, metuet quoque: por-
 Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam.
 21. PP Perdidit arma locum virtutis deseruit, qui
 Semper in augenda festinat & obruitur re.
 22 Vendere quum possis captivum, occidere noli:

Serviet utiliter sine, pascat durus. aréq;
 Naviget. ac medijs hyemet mercator in undis:
 Annona profit: portet frumenta penúsque.
 23 Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pentheu,
 Rector Thebarum, quid me perferre, patique
 Indignum coges? Adimam bona, nempe pecus rem,
 Lectos, argentum. Tollas, licet. In manicis, &
 Compedibus servo sub ^{xx} custode tenebo.
 Ipse Deus, simul atque volam me solvet, opinor.
 10 Hoc sentit, moriar: mors ultima linea rerum est.

Analysis Dialectica

Per insinuationem Poeta captavit occasionem in-
 quirendi in vitam & mores Quintii ex ipsius per-
 contatione, qui proventus rusticioris onem qua-
 fierit non sine talis habitationis exprobatone cui
 ceret potuisset Horatius pro suo agello respondere,
 quod Aristot. scribit lib. 1. Rhet. καὶ πτήματα ἀκαρπεία,
 ἐκδιδέσκειται. pradia quoque unde nullos percipias fru-
 ctus, magis sunt hominis liberatis ac politici propria: καὶ
 πτήματα καὶ ὀφέλιμα. quam fructuosa & commoda. Quae-
 cunque enim valent ad oblectandum animum, co-
 pul- que reficiendum, in honestis ponenda sunt, ut domino
 afferentia dignitatem: quum idem Philosophus lib. 4.
 de moribus praecipiat, hujasmodi fundos in primis de-
 cete viros magnanimos, quum ita scribit cap. 3. ejusdem
 lib. καὶ οἷος καὶ κέραι μᾶλλον τὰ καλά, καὶ ἀκαρπεία τῶν καρπύ-
 μων καὶ ὀφελίμων. ἀνάρκτος γὰρ μᾶλλον. 1. magnanimus ani-
 mo ita factus esse dicitur, ut malit possidere pulcra pradia
 & infertuosa, quam fructuosa & utilia. hoc enim est
 magis ejus viri, qui contentus sit rebus suis. quia hic ma-
 gis itudet splendore honestaeque voluptati, quam magnis
 vectigalibus, quibus stupidi et capiuntur, qui nunquam
 rebus vivunt contenti suis. Ipse tamen Poeta ubi fi-
 tum & commoditatem agri sui descriptione explicavit,
 ac se illo recessu ab autumnalibus morbis optimè mu-
 nitum esse dixit, rationem rectè vivendi docet non
 pendere ex opinione vulgi, sed eam e privata cujusq;
 conscientia esse metiendam: unde profectò facile con-
 jicias, αὐτὸν μὲν περὶ σωσιῶν καὶ ἀποκρίνεσθαι τῶν καλοκαρπείων
 βλαβῶν, ipsam Quintium externâ specie absolutam & per-
 fectam probitatem simulare. Capita autem perconta-
 tionis sunt duo: de fructibus arborum & pratorum: de
 inde plantarum, tantumne frumenti & pabuli ex illis
 recondat, quantum sit satis, ad familiâ & omne pecus alen-
 dum: tantumne etiam ex his olei, malorum, pyrorum &
 vini percipiat, quantum domino sufficiat. Sed cur ver-
 bosè ad eum scripturus sit de forma, proventu ac situ
 agri sui, ostendit invidi e fine, ne ipsi fortè videatur ri-
 dicula tam angusta Horatiani victus ratio & habita-
 tio.
 2. Jam aggreditur descriptionem agri, primùm ex
 adjunctis atque circumstantiis continuorum montium,
 vallis opaca, illustrationis solaris, tam matutina, quam
 vespertinae, arborum frugiferarum, delectabilis umbra.
 3. Eadem deinde augetur geminâ patrium collatione,
 quòd ager amenitate ceteris cum Tarento: quòd etiam
 habeat fontem equè frigidum & purum, atq; sunt Tira-
 cii fontes.
 4. Eadem postea amplificatur ex adjuncta fontis pu-
 ritate, & salubritate.
 5. Pestremò ex effectis: quòd hic recessus illum ipsum
 conservet ac tueatur tempore contagionis saluum & inco-
 lumem. Ex his perspicis, Lector, formam rerum sive
 naturalium sive artificialium perdifficiliter cognosci

posse: & si ea cognoscitur, non tamen nisi multis rebus
 15 collectis illam exprimi posse.
 6. Jam ad alteram Epistolae partem, de vera probita-
 te transit, ad quam invitatur Quintius primum ex effe-
 ctis hypotheticis ita judicatis, si curas esse, quod prædi-
 caris, rectè vivis.
 20 7. Hic particula antecedentis, non totum assumitur:
 Tu jam pridem prædicaris ab omnibus Romanis vir bea-
 tus: ars autem requirebat vel hoc totum antecedens
 assumi affirmatè: atqui tu curare deberes esse beatus, qua-
 lis diceris jam pridem: vel negatè: sed tu non curas esse,
 quod prædicaris: quod utrumque tenet suspensum.
 8. Hæc tamen videntur magis ad negatam assumpti-
 onem inclinare, quæ pronunciat comparatè cum me-
 tu, ne offendat amicum: sed tu majorem habes fidem o-
 pinioni vulgi te bonum & beatum prædicantis quam tue
 conscientia aliter fortasse judicanti. Paroemiologus scri-
 bit hos tres versus notatos 6. 7. 8. referre speciem pro-
 verbij in D. vites, qui tum demum felices sint futuri, si
 vita & mores ipsorum respondeant prædicationibus a-
 dulatorum.
 35 9. Approbatio est negatæ assumptionis e dissimilitudi-
 ne: quòd aliud sit ipsius judicio beatum esse, aliud sape-
 re, ac virum bonum esse.
 10. Eodem spectat hæc similitum comparatio: quòd
 Quintius non curet esse, quod prædicetur, ut egrotus per-
 fictum exemplum stulte credulus magis credit populo ip-
 sum rectè valere dicenti, quam sibi morbum sentienti:
 unde monitus deberet in ediam ferre: ita Quintius credit
 potius opinioni vulgi assentantis ipsum & sapere & virum
 bonum esse, quam conscientia in judicium adhibite: Ita-
 que non curat, quod hi dicunt. Non dissimilis est repre-
 hensio c. 3. v. 13. apud Isaiam: Popule mi, qui te ducunt
 & beatum prædicant, te decipiunt & viam itinerum tuo-
 rum tegunt, id est, te celant rectam legis doctrinam &
 veritatem erroristui.
 50 11. Ex efficiente docet: unde talis dissimulatio profi-
 ciscatur, caussimq; illius stultitæ & vitiosum pudore affir-
 mat esse, qui deponendus est, quæ res postulat, & quo-
 ties vrget necessitas aut valetudinis, aut cuj libet rei.
 12. Eodem quoq; hæc altera similitudo pertinet: Quæ-
 admodum tu non in te agnosceres laudes vni Augusto de-
 bitas, sed eas respueres, si quis forte assentator populus tibi
 deferret: sic noli in te agnoscere vulgi assentantis laudati-
 onem, dum te sapientem & virum bonum prædicat. unde
 illud Antisthenis apud Laertium absterre ac excludere
 ipsum deberet qui ne in suspicionè flagitij veniret, ma-
 lebat a malis & pravis hominibus vituperari, quam lau-
 dari: quod Posterus si quando ipsi præter spem obtigif-
 set, sic afficiebatur, αὐτὸν οὐκ ἔμελλε, κακὸν εἶργασθαι. 1. magno
 ego timoris cruciatu angor, ne quid facinoris ac flagitij ad-
 miserim. contra perhibetur Agesilaus ille Spartiatis a-
 pud Xenophontem solitus dicere, Gestio ego ab ijs lan-
 dari,

dari, qui libenter etiam reprehendant minus a me re-
cte facta.

13. Quintus approbat illam boni viri ac sapientis ho-
noricam appellationem in parium collatione, Ego, in-
quit, non innoti studio laudis ac boni nominis ducor:
vel Ego sum iuxta cupidus bonae existimationis, atque
tu o Horati: Quare siquid hic peccatur nihil mihi ac-
cidit a te separatim: quod improbat poeta substituens
siam personam pro quavis alia similium contentione,
Quemadmodum, ait, afficior tristitia fascibus mihi a
populo ademptis, non aliter aut furti, aut parricidij, aut
Impudicitiae falsò insimulatus offendi soleo unde argu-
itur facile an mus meus mendosus ac vitiosus. Sic poeta
transfert in se, quod Quintio esset tribuendum, Qui
falso honore capitur, falsis que convitiis terretur, is le-
vis ac vitiosus est: ex hoc axioma non vult assumere
modestia causa quicquam de Quintio, qui falso honore
capitur & falsis maledictis commovetur, is est levis, in-
sanus & mordax. Ex hoc axioma non vult assumere
modestia causa quicquam de Quintio: sed illius loco
proponit quaestione de ratione viri boni: e cuius descri-
ptione intelliget facete postea se non id esse quod audit.

14. Haec autem descriptio est ex diversis per quandam
sultentationem Rhetoricam productis vsque ad haec
verba, opinor hoc sentit quorum diversorum prior pars
constat ex talis viri effectis, externam quidem specie lau-
dabilibus: sed quia ex animo vitiiis contaminato profi-
ciscuntur, non quadrant ad nostram, quam quaerimus,
boni viri descriptionem.

15. Haec, inquam, diversorum prior pars confirmatur
similibus: Quemadmodum servus conatur persuadere
hero suo ex eo se bonum & frugi servum esse, quod fur non
sit, non fugitivus, non homicida; non est tamen talis om-
nino, quia formidine supplicii abstinere ab his: quod il-
lustratur tribus ferarum exemplis similibus: Lupi, acci-
pitrus & milvi, qui metu fovea, laquei & hami a re-
temperant: sic noster ille vir, qui extrinsecus speciosis offi-
ciis ornatus vult haberi vir bonus ac sapiens, talis non po-
test esse, quod ea praestet cupiditate aliqua vel metu non
amore virtutis ductus.

16. Hic versus videtur interiectus ad molestiam prio-
ris partis tam longae levandam. Pertinet enim ad alter-
ram, cui locus est ad verba, vir bonus & sapiens: quasi
diceret, non est ille vir bonus & sapiens, qui metu poena
& coactus in officio continetur, sed talis est, qui a proprio
suo motu ac sponte virtutis amore longe se remouet a vitiiis.
Illa enim suis quemque illecebris, oportet ad verum de-
cus trahat, & eundem sui amore capiat sic & incendat,
ut etiam si Dii atque homines ignoraturi forent ipsius
peccatum, se tamen minimè peccaturum, qui probè
sciat illud Sophoclis:

Πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν κριτῶν μὴ δὲν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὀρέων
καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπύουσαι χεῖρας
Ὅτι πῶς ἢ ἀληθεῖα ἐστὶ θύρατις

Idcirco nihil occulta, quippe quia tempus videns, & o-
mnia audiens patefacit tandem omnia, cuius veritas est
fida.

17. Redit ad priorem partem de viro bono ad vulgi opi-
nionem, qualis habebatur Quintius, quem hic apertius
solito notat: quum dicit illum tantisper a maleficiis tem-
perare, dum metuit poenam: sed nihil non admittere in se,
dum illud sperat fore clam. Plato in Gorgia & Protago-
ra scribit duas esse puniendi causas ἀποστρέφει δὲ πάντ' τῶ
μὴ τιμωραίνεσθαι καὶ ἀλλοῖς ὀρέων βελτίων γίνεσθαι, καὶ
ἀποστρέφει δὲ πάντ' τῶ μὴ τιμωραίνεσθαι καὶ ἀλλοῖς ὀρέων
βελτίων γίνεσθαι. Est autem consentaneum,
ut, qui ab alio punitur legitimè supplicium sumente,
melior evadat & fructum capiat primus: deinde ceteris sit

exemplo, ut hi videntes ipsum sic affectum, metu poena fi-
ant meliore,

18. Levitas rei, in qua peccatum fuit, diluitur diver-
sis: parva quidem res est de mille modis unum surripere:
at magna culpa: quia, nisi metus obstetisset tibi, totum a-
ceruum surripuisset: vel in re quidem parva furto mihi a-
te, sublatam minus, contraho damnum, tu tamen iuxta fa-
cinorosus & nunquam habereis es, ac si per metum poena
tibi licuisset magnum furari, atque sententià Stoicorū
peccata non rerum eventu, sed vitij hominum metien-
da sunt.

19. Hypocrisis & mala conscientia talis viri convin-
citur diversis ipsius factis, clarè implorantis opem Jani
& Apollinis: Deam autem farum summissè precantis:
ut suaturpiter, injustè quae facta occultet, nec illorum no-
ticiam ullo modo aperiri sinat.

20. Nunc talem virum bonum appellat avarum, li-
bertatisque omnino expertem in Stoico paradoxo ἰδιώτης
docet: quod ita ex adjuncto metu concluditur & judi-
catur breviter sed tamen ἰδιώτης, homo timidus non est
liber: avarus est timidus: quare avarus non est liber. Pro-
positio est postrema in litera Poetae ad haec verba: quum
metuens: assumptio est ad hunc locum, qui cupiet. Co-
plexio denique est inchoata aucta pro syllogismo e pari-
bus & effectis, non enim simpliciter enunciatur, ut
modò contracta est, sed comparatè: Avarus non magis
est liber, quam servus: deinde cupiditatem suam prosti-
tuit ludibris puerorum in trivis, dum se cupide humi de-
mitte ob assem colligendam.

21. Eadem complexio amplificatur alijs effectis, ac
praeterea adjunctis, quod avarus a virtute defecerit:
quod omne studium & operam in re faciendā & augenda
posuerit, & illa tandem obrutus & perditus sit.

22. Eodem spectat hoc facetum Poetae consilium de
non occidendo tali avaro ex effectis, quod multa varia &
utilia familia poterit praestare officia duri servi more.

23. Jam tandem aliquando ad alteram diversorum
partem devenimus: de vera descriptione viri boni: ad
quam facilius intelligentiae gratiā priorem aggrega-
mus: Non est vir bonus & sapiens, qui pendet e testimo-
nio vulgi: qui recta facit officia coactus & abstinere a pravis
metu poena: qui miserè servit divitiis: sed qui bene est co-
sciens, virtutisque studiosus: qui sponte studet honesto, ac
vitium odit: qui in virtute summum collocat bonum &
humanos casus infracto animo contemnit omnes, vel ip-
sam mortem, quā omnia mala terminantur: Is est vir
bonus, sapiens, liber & beatus. Haec autem pars altera
de vera probitate varijs effectis & adjunctis declaratur,
quae latent in cōminatione Penthei Thebarum tyāni.

Enarratio Grammatica.

NE percontetur.] Contus, ex quo inclinatur ver-
bum percontor, quod est diligenter inquiri, vox
est Graeca, ut jam dictum est Sat. 2. l. 1. quā uti-
tur Hom. Odyf. 1. sub fin.

Αὐτὸς ἐγὼ χεῖρας λαβὼν ἀεμῆκα κόντον
Ὅσα πάρεξ

atque ego manibus prehensò valde longo conto navem a
littore amovi.

vbi Eustath. duplicem contum facit, vnum nauticum,
quem ita primùm definit: ὄπιον, τὸ τοῖς ναύταις χεῖρας ἰν-
strumentum nautis ad naves agendas accommodatum.

Deinde τὴν λέξιν ἐτυμολογεῖ ἀπὸ τῆς κερτεῖν, a simulando.
quae notatio etiam τῶν πολεμικῶν προσήκει, bellico conto con-
venit, ac dū definitur τὸ δόρυ καὶ ξυστὸν καὶ ἐγχέον, hasta, tel-
lum, jaculum: quemadmodum Iuvenalis vsurpavit cū
voce altera, non dissimili notatione.

PAUCA

Pauca licet portes argenti vascula puri
Nocte iter ingressus gladium contumq. timebis.
 nec sum tamen ignarus alterius & scriptionis & nota-
 tionis, quam a Festo potes repetere, atq; huic minime
 profero, ut minus probandam. Dicitur hinc Poeta
 mittam ad te, Quinti, verbosam mei agri descriptio-
 nem & situm: eam ob rem noli percontatione curiosi-
 us repetita ex me querere, quot & quantos fructus an-
 nuo sille mihi referat.

Pomifne.] Hæc pars sententiæ facillè indicat in an-
 tecedenti explendam esse sic ellipsin, *arvone pascat He-*
rum, an baccis &c an amicta &c. Italoquitur Ovidius e-
 legiâ 8. de Ponto,

Non hic pampineis amicitur vitibus ulmus.
Nulla premunt ramos pondere poma suos.

Loquaciter.] Repetio semel hoc adverbium apud
 Cic. Orat. pro Muræ. *Quid huic tam loquaciter litigio-*
so responderet, ille non habebat, quod Græcè dicitur ἀλο-
 κηρός, καλιτικώς, ἢ λαλιώδης, πολυλόγος, ἢ διαπυρρῆος, sic,
 ut quali coram adestes oculatus, facillimè ac optimè il-
 lius formam cognoscas. Ratio autem hujus verbi per-
 contari præter hæc e Satyr, 2. lib. 1. repetatur: cui ver-
 bo hic subjiendum est, quo desideratur, *utrum*, ut sit,
 ne fortè perconteris, utrum fundus meus possit alere
 dominum suum annuo frumento. *Quid autem autem*
fit arvom, diximus e Varrone Epist. 8. ut quid fundus
 Sat. 5. l. 2. Præterea de quibus arboribus dicatur *bacca*,
 Ode. 6. l. 2.

Continui.] Ellipsis est verbi, sunt: quid autem sit
 continuum ex illa Ciceronis geminatione cognosci po-
 test, *verba conjuncta & continuata*, item coherere &
 continuari, quibus opponuntur verba singula, interru-
 pta & disjuncta. Intelligimus ergo interpolitu & inter-
 jecti vallis opacæ non verè continuos fuisse: sed ita di-
 visos ac discretos, ut ager Horatij interjaceret, & huic
 in valle sito utrinque colles imminerent Ustica & Lu-
 cretilis, quos sol illustraret, alterum ortu suo, alterum
 occafu: verum si cui hæc ratio continui minime satis
 facit; repetat alteram e philosoph. Aristot. lib. 10. Meta-
 phys. τὸ συνεχές, ὅπερ ἐχομένον πῖ ἁπλομένον, λέγεται δὲ συνεχές
 ὅταν ταυτὸ γίνηται καὶ ἐν τῷ ἑκάτερον μέρος, οἷς ἁπλομένον καὶ συ-
 νέχομεν. *continuum est aliquid, quod coheret vel conti-*
git: dicitur autem tum demum aliquid alicui continua-
tum esse, quoniam unum idemque est extremum utriusque e-
orum, que inter se apta sunt et contingunt: quod jam pri-
 us dictum fuerat lib. 6. συνεχὴ μὲν ὄν τὰ ἑκατὰ ἐν ἁπλομένα
 δὲ ὄν ἀμα, continua ea sunt, quorum extremitates sunt
 vnum: sed ea inter se tangunt, quorum extremita-
 tes simul sunt: sed de curru solis Ode 6. l. 3.

Vaporet.] Ἐνεργητικώς, εἴτε διαβατικώς sumitur pro af-
 flare calore temperato, id est, tepescere, quod Græci
 interpretantur χλιαίνεν καὶ ἀλεάζεν, ἢ ἀλεαίνεν, ut hæc
 indicant sequentia, *temperiem laudes, πῶ τὲ τότε ἐπι-*
νῆς καὶ χαλῶς πῆρας, tolere ac boni consulas, quanquam
 Grammatici pro vehementiori calore proferunt e l. 2.
 c. 16. Plin. *Gleba solidiores solibus asperis vaporata resol-*
vuntur, id est, siccata & arefacta: quemadmodum l. 5.
 Aened. vers. 682.

Lentumq. carinas Est vapor.
 Hoc est, ignis consumit & incendit carinas.

Vepres.] Columellæ lib. 11. cap. 3. eadem sunt, spi-
 na, sentis ac vepres. Hic tamen malo accipere pro ru-
 beto, sæpè & dumeto, ὅπερ ἢ τὸ ἀγρὸν καὶ πορορία καὶ τῆς γῆς
 ἀποεία μιν ἵπτα καὶ ἐμφανίζηται μάλιστ. ut agri fecunditas
 & terre ubertatis major appareat: cujus eitam dumeta
 ἀκαρπῆς, sint frugifera. Hanc autem vocem declinant
 a vehementerprehendendo, & in his Isidorus maxi-
 mè, qui scribit majores nostros dixisse solitos, omnem

arborem spinosam, veprem, quod vi prenda, *Græcos*
 τῶ ἀκαρπῆ καὶ βέρον.

Benigne.] i. copiosè accumulata fructus afferant,
Quercus.] Si hæc arbores reficiant ac recreent pecus
 copiâ glandis. Rationem autem quercus repeto ex
 Ode 9. l. 2.

Tarent.] De situ hujus vrbis vide Grammatica Od.
 28. l. 1. & de amœnitate Odes 6. lib. 2. vbi tamen pri-
 mas Tiburi tribuit & Tarento secundas:

Ille terrarum mihi præter omnes
Angelus ridet. ut antè dixerat:
Si Tibure Parca prohibent iniqua,
 qualis delectus sit Epist. 1. lib. 2.

Sed vacuum Tibur placet, aut imbelles Tarentum
Dicas adductum.] I. ut diceres amœnitatem mollis
 Tarenti translata in meum prædiolum.

Fons etiam.] Qui rectè posset rivus Digentinus no-
 minari propter aquæ copiam, quam Epist. 18. sequente
 appellat Digentiam:

Idoneus dare.] Hellenismus est, Sic enim Græc lo-
 quuntur ἰκανὸς φέρειν πόρος καὶ τὸς ἄλλους, διδάσκων καὶ τὸ
 δίκαια πράττειν, pro quod dicit Orator lib. ad Attic. *In-*
stru ar etiam consiliis idoneis ad hoc strum negotium.
 Hic ipse tamen Poeta Ode 19. lib. 2. per casum dandi
 etiam loquitur: *pugna non sat idoneus Bacchus.*

Thracem.] De Thracia dictum est Ode. 16. lib.
 2. sicut de Hebro Epo. 15. qui circumdat hanc re-
 gionem.

Tu rectè vivis.] Martialis Epigramm. lib. 10. cujus
 initium est: *vitam qua faciunt beatiorum.*
 in multis efficientibus vitæ beatioris hoc sub finem
 ponit: *Quod sit, esse velis, nihilq. malis.*
 De hac autem beatitate & voce μάκαρ, repetere notas in
 9. Od. l. 4.

Jaetanus.] Anomalia est numeri & personæ, pronos
 Romani omnes prædicamus te beatum.

Alium sapiente.] Ellipsis est præpositionis, qualis fuit
 Sat. 3. lib. 2. ad verba: *quis species alius veru,* pro alium a
 sapientia, ut Cic. loquitur, *nihil quarit aliud a salute &*
libertate communi, pro diversum a sapiente. pro pro
 quo etiam diceretur elegantius néve pices felicitatem
 esse rem aliam, atque sapientiam & probitatem, ut an-
 notavi Epod. 12. & alibi.

Sub tempus.] De hujus præpositionis syntaxi dixi Sat.
 3. l. 1. Gal. *en viron te temps oul heure du repas.*

Donec.] I. donec manus corripantur frigore tremu-
 lo & rigore.

Pudor.] De hoc genere pudoris dictum est Sat. 1. lib.
 2. Ex Homero addam tamen e Donat. in And. Act. 4.
 Scen. 1. discrimen pudoris ac verecundiæ, ut ille mali
 facti, & hæc recti & honesti sit: cujus definitionem ha-
 bes Od. 29. lib. 1.

Ulvera.] Ex hujus vocis inclinamento Græco vide-
 tur prior syllaba densanda, τὸ γὰρ ἔλκεθ' παρὰ τὸ ἔλκειν, a
 trahendo pus dicitur, ideoque definitur ἡ κατὰ τραύμα λυ-
 σις τῆς σωχέως solutio continui ex vulnere, ut Eustathius
 annotat in hunc vers. *Ἰλιάδ.*

Ἐλκεθ' δ' ἰκτὴρ ἐπιμάσσειται, ἡ δ' ἐπιθήσει
φάρμακ' ἀκὴν παύσει μελανάων ὀδυνάων.

Hulcus contreblando expurgabit medicus: & applica-
bit medicamenta, que sedabunt nigros dolores: neque ait
 Scholiastes, τὸ ἔλκεθ' hic significat τὸ πύον, pus, ut vul-
 gus putat, Reliqua illic vide. Memineris interea ex
 Agrattio Gram. vlcus nasci & vulnus ab alio inferri.
 cum Agrettio pugnat locus alter Eustathij *Ἰλιάδ.* λ. 24
 vers.

Ἀλλὰ ἔπει τὸ μὲν ἔλκος ἐτέρητο, πῶς οὐτὸ δ' αἶμα. I.
 Sed ubi vlcus desiccatum fuit, sanguis crumperere desit
 Hulcus,

Hulcus, ait, more Philosophi physici dicit, non quod jam esset purulentum sed continui solutio, a protrahendo longius naturalem situm nominatum. Quoniam autem quae longius protacta sunt, non sunt propinqua, ob id aulus est quidam delicatus etiam notare Hulcus a priuatione appropinquationis. Certum autem est Agamemnonem fuisse a Coone vulneratum: vnde colligendum videtur, vulnus quidem infligi, sed hulcus ex eo potest erumpere: quod tamen postea saepe oritur per se. i. sine ictu externo: quod firmari potest testimonio Pindari, qui *πυδ. eid. Γ. ερδρ 3. vocat τὸ ἐλκεν ἀπὸ τοῦ τυτα. ἢ sponte nascentis a hulcera*, Recentiores medici excogitarunt nova nomina differentij solutae continuitatis, qualia sunt *δραγμα, πύγμα, δλάσις, πάγμα, πύξις*, de quibus eorum libri leguntur.

Tibi pugnata.] Pugnata tibi est antiptosis Graecanica pro, a te, quae syntaxi dicit Sallu. *praelium male pugnatum est a suis*. Idem alioloco, *Quae negotia multo magis, quam praelium male pugnatum, terrebant*. Quod Graecè pronuntiat, ἢ μάχη καλῶς μεμαχημέν. Cicero quoque pro Murena, *Ex omnibus pugnis acerrima mihi: v. de iur illa, quae cum rege commissae est, & summa contentione pugnata*, quam etiam phrasin ipse Od. 9. lib. 2. usurpavit, *Non pugnauit ingens Idomeneus Steneliisve solus dicenda Musis praelia*. Pugnata autem dixit patheticè licet a verbo neutro deflexum sit: quomodo etiam loquutus est Ode 9. lib. 3.

Pugnata sacro bella sub Ilio.
& Ode 6. lib. 2. *regnata rura*: quod libet tamen addere e Servio in vers. Aen. 6.

O virgo nova mis facies, inopinave surgit.
ad distinguendum participia ab adiectivis nominibus. Hoc ille annotat: *τὸ inopina nomen & non participium. Nam non inuenitur inopinor, ut opinor. Ergo nocens a noceo participium est, innocens vero nomen: quia non inuenitur innoceo. Nullum enim participium, quod a verbo non trahitur, licet a verbi sui forma non veniat, ut placita, licet placeor non inueniatur, tamen placeo inuenitur: sic cœnatus, pransus & regnata & triumphata: vnde galcatus & tunicatus nomina, quia nullum exstat verbum.* Sensus igitur est: si quis assentator celebret te alienis laudibus, quod bella fortiter gesseris terrâ matique, fortiusque confeceris Reip. causâ: atque præterea aures vario huius hominis sermone patefacias, vtrum populus ob id magiste amat, an tu populum? quod certè tribuendum est Augusto, qui tanto complexus est amore populum, vt nesciretur, vter ab altero magis diligeretur: quod facile perspicias e Suet. in Octa. cap. 58. & 59. & aliis locis, quod ad populum attinet. Hos autem duos versus:

*Tene magis saluum populum velis, an populum tu
Seruet in ambiguo, qui consulit & tibi & Urbis, Iu-
piter*

vetus simile est fuisse e Panegyrico in Augustum, cuius meminit Porphyrio & Virg. Eclog. 9.

*Nam neq. adhuc Varo videor neq. dicere Cinnâ
Digna, si d'argutos inter strepere anser olores.*

Cruquius tamen mavult eosdem versus esse nostri Poetae propter similitudinem styli, sub aliena persona scriptos. talis illorum analysis Grammatica esto. Iupiter, qui tibi & Romæ, o Auguste, consulit, hoc servet in ambiguo, populus ne magiste velit saluum, an tu ipse populum servet autem in ambiguo est optatio adulatoris, qui precatur, vt in perpetuum, tanta sit Augusti benevolentia erga populum, & huius vicissim illum, ut nemo dijudicare satis possit, vira exsuperet alteram.

Augusti.] Hæc sententia simpliciter enuncianda permultis videtur sine interrogatione, vt quæ ex proxima precatatione facile demonstrat talem commendationem

ad solum Augustum pertinere, nihil ad Quintium.

Agnoscere possis.] Dicimur id agnoscere, quod prius novimus, ideoque verum illud fatemur, & probamus. Ita fit, vt agnoscere valeat, verum confiteri, sicut Epist. ad Fam. 4. li. 4. *Illum excusationis partem nec agnosco nec probo*, i. non fateor esse veram. Sic hoc loco, possis fateri laudes Augusti veras & huic soli merito debitas, nec cuiquam alij tribuendas vel assumendas?

Pateris.] Hellenismus, qualis fuit Od. 27. lib.

Vxor invicti Iovis esse nescis.

ita Homerus Odyss. 2. v. 180.

Μέντις Ἀρχιλόου δαιμόνιον εὐχόμενός ἐστις

Mentes Anchali prudentis gloriæ esse filius, pro facto me esse filium: qualis etiam fuit Od. 2. lib. 1. *Patiens vocari Casaris ultor*, pro pateris te vocari sapientem & emendatum, i. nullis vitis contaminatum & ad hanc appellationem libenter attendis, tanquam ad proprium nomen, sed falleris: si enim te putes virum bonum ac sapientem esse hodie, quod te populus ita dicitur, pariter æqualiterque te cras putato virum malum atq; stultum fore: quod te populus talem iudicaturus sit.

Vir bonus.] Hic Poeta ferè insignitè τὸ Vir epitheto bonus, idque potius, quam probus, ita Sat. ult. l. 2. sub finita vir bonus es, convivag. comis, & hic iterum: *Vir bonus omne forum, &c.* ibidem: *Vir bonus est quis*. Item Epist. 7. *Vir bonus & sapiens: &c.* quod ex conjunctione vtriusque epitheti clarius perspicies in Epist. 5. l. 7. ad Familiar. vbi Cic. de Trebatio sic spondet, vt dicat illo *probriorem hominem, meliorem virum, pudentiozem esse neminem*, Item in Epigram. Virg. descriptione sapientis vtrumque coniungit:

*Vir bonus ac sapiens, qualem vix repperit unum
Milibus e cunctis hominum consultus Apollo.*

Ego.] Hic ellipsis est alterius notæ comparationis, eque vel iuxta vel perinde, vt sit, æquè delector dici vir bonus, actu: sic desideratur, aliter vel contra in And. Terent. Act. 5. Sc. 1. *Nescio, quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere*, pro aliter vel contra, ac volui dicere.

Pone & pono.] Pone & pono simplex est verbum pro conjuncto, depono & depono magistratum.

Neget.] Repete ex antecedenti & supple: Etsi neget me esse pudicum, id est, affirmet me esse femininâ vel masculâ libidine pollutum, etsi contendat me esse parricidio obstrictum.

Esse pudicum.] I. τὸν σώφρονα, moderatum, & a facia libidine alienum

Contendat.] I. constantissimè affirmet.

Laqueo.] Pro hoc dixit Sat. 3. l. 2. cum laqueo vxorè interimimus, & Ovid. 7. Metam. *Laqueo animam claudere*, & vno verbo Cic. ad Pætium Epist. 9. *Ille patrem strangulavit*, quod videtur deflexum ἀπὸ τοῦ σπᾶνῆν ἢ σπᾶνᾶν a premendo, stringendo, torquendo, quod etiam Graeci dicunt πνίγειν, & Latini suffocare, a faucibus laqueo frangendis & oblidendis.

Mordear.] I. num talibus maledictis commoveri & colorem mutare debeam? subjicienda est negatio minime: quia tam est hominis varij & inconstantis affici honore falso & alieno, quàm falsâ ignominia, & dedecore commoveri.

Qui consulta.] I qui vitam & mores suos videtur effingere & conformare ad normam Senatusconsultorum & legum, componitque controversias civium, Gall. *Parle conseil du quel, quelun gaigne son proces.*

Quo responfore.] Est quidem Jure consulti, quum petitur ab eo consilium, respondere ac responsitare de iure, non tamen responforem usurpaveris pro consulente visitatè: vnde lectio codicis Bl. *nd.* non videtur improbanda, quæ habet, *quo res sponfore, & quo cause restit*

venentur. Hoc autem modo Cic. pro Cæcin. loquitur, causam non tenuisse: sic quoque Suet. in Domit. c. 9. *Qui causam non teneret.* pro quibus negatis prior se peditit causam cecidisse, & causam perdere. Ex his intelligimus & in teste accuratam veritatem & in iudice incorruptam Iustitiæ administrationem requiri: quo utrumque naturali quadam & veritatis & æquitatis luce sic hominum mentibus insitum videmus, ut hic & Iuvenalis, compluresque alij poetæ, vel ut Sacerdotes Gentium, id ipsum concionentur.

Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem Integer, ambigua si quando citabere testis, Incertæ rei, Phalaris licet imperet, ut sis Falsus, & ad nota dicitur perjuria tauri. Summum crede nefas animam præferre pudori, Et propter vitam vivendi perdere causas.

In numero etiam horum possunt haberi Phocylides, Theognis, Hesiodus, Pythagoras Hæc sunt prima,

Πᾶσι δίκαια νόμιμα, μὴ δὲ κρίσιν χάριν ἔλκειν. Μὴ πρὶ φησ περὶ δίκης, ἀδίκους μὴ κρίνει πρόσωπον. Ἦν οὐ κακῶς δικάσῃ, οὐ θεὸς μετέπειτα δικάσει. Μακροβύλιον δὲ δὴν φέρειν. τὰ δὲ δίκαια ἀγορεύειν.

Omnibus tribuas, neque in gratiam Iudicium trahas.

Nec abicias pauperem, nec injuste quemquam iudices.

Quod sit male iudicaveris, Deus te postea iuste iudicabit

Falsum fugias testimonium, contra tu iusta, velim, dicas.

Introrsum.] I. vicini ac domestici omnes cognoscunt hominem esse fictæ ac simulatæ probitatis, cuiusmodi adumbratæ virtutis descriptionem legel. 2. de Repub. Platonis.

Nec fugas.] Utrum absolute sit fumendum, pro, nec fui fugitivus, an ἐνεργητικῶς, ut casus intelligatur, nec dominum meum deserui viderit Lector.

Habes Pretium.] Id est. præmium & mercedem paratam, quod non cædatis loris. hoc potest Gall. reddi, *Tu en es plus prisé*, quod Plinius videtur imitatus, quum dixit, *Sylvæ habent prætia in odoribus. res for est & bou sunt fort prises pour leurs odeurs qu'ils ont & rendant.* Græcè δὲ *πληθύνει ἡ μασση, ἢ ἀλλυασσέσθαι.* De pretio fuit admonitio Od. 24. l. 3. e Donato in And. Terent.

Loris.] Non cædētis virgis, ut Sat. 7. l. 2 dixit: *Quid referi vri virgæ, ferræq; nocari?*

& Sat. 3. lib. 1. sub. finem, quomodo Cic. loquitur 8. Philipp. *loris cæd.* Pseudolus apud Plaut. huiusmodi pœnæ se submittit: *Quasi in libro quum scribuntur calamo literæ, stilus me totumque vimeis conscribito: i. virgis me cædito ita, ut in meo corio appareant puncta, velut literis distincta, quales sunt vibices, quæ quum majores fiunt, a poetis dicuntur grandes flagrorum Sulci, Græcè μάλωπις. vocem autem Latinam quod est *κατάραπτον εἶναι.* Qui autem talibus flagris dignus erat, verbero dicebatur, Plautus in Amphyt. *Tu me verbero audes herum iudificari?* Atque idem pauld post pro eodem. *Exi foras mastigia*, quod posterius Græcum est ἀπό μαστίγης, ἡσος, flagellum & scutica, quo mancipiorum humeri & scapulæ præcipue cædebantur: vnde servi scapularum dicebantur, vnde etiam illa sunt Justiniani in rusticis legibus verba imperandi, *μαστιγώθητω*, & pauld post, *σπίδηα πᾶσι δέω, loris operiatur*, ut loquitur Terent. *graviter verberetur.* Tradunt autem Grammatici apud veteres lora dicta fuisse laura a lauro triumphorum, sub quibus mos erat captivos vincetos duci per πόπᾶ, ut cōditionis suæ reminiscerentur mancipia, sicut hoc nomine monentur & altero servi, qui quum interficere illos jure belli seu*

victoriæ licuisset, tamen servati sunt: ad quod etymon alludit Virg. quum induxit captivum supplicentem:

Per patrios manus, per spem surgentis Iuli, Te precor hanc animam servas natoq; patrog.

quæ reperies apud Donat in Adel. Act. 2. Sc. 1. ad verba: *operire loris.*

In cruce.] Ut loquitur Sat. 3. lib. 1. *Non te suffigam in cruce, eis τὸ τὸν καράκων ἐλαέσιον.* in pradam corvis lacerandam.

10 *Atque.*) Conventientia hujus conjunctionis est, ut antecedat dictionem copulandam, non autem consequatur. Itaque anomalia est ordinis, pro, ego Horatius Sabellicus id est, Venusinus renu. atque nego te virum esse bonum, quia neminem occidisti. utriusque verbo sua est inficiatio; prior quidem signis, sed posterior fit verbis. De Venusino & Sabello dictum est Sat. 1. lib. 2.

Milvius.) De hoc quod dictum fuit Epo. 16. repete.

Oderunt.) Hoc verbum cum infinito videtur explicandum, ut illud Iliad. a. ver. 163.

20 *Σπύριον δὲ καὶ ἀλλοῖσι τοῖσι μοι φάσθαι καὶ ὁμοιοῦμαι αὐτῶν.* Veratur autem alius mihi se dicere parem & similem. *Oderunt* igitur valet timent ac verentur.

Admitte.) Hoc verbum non simpliciter facere aliquid significat, inquit Donatus, sed facinus committere & peccare. Ita Plaut. in Menæch. *Quid tandem admisti in te, ut loqui non audeam*, id est, peccavi in te, vel in tua commoda.

Spes fallendi.] I. latendi: si speras facinus tuum posse occultari, celari & latere, nullo discrimine res sacræ & prophana a te tractabuntur. Sed de voce prophanus repete, quod annotatum fuit in 1. Oden. li. 3. Ciceronis est gravis & sancta cohortatio his super vitijs atque super alijs omnibus: *satis per se ipsum esse debet, si omnes Deos hominēque celare possimus, nihil tamen avarare, nihil injuste, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.*

35 Eodem spectavit Seneca, quum ad reprimenda vitia docet, si soli sumus, fingamus gravissimum sanctissimūque virum adesse rerum nostrarum testem & spectatorem, ut Scipionem, Lælium & Catonem, quorum præsentia detereamur a vitijs perpetrands: quod D. Bernhardus imitatus est in Epi. ad fratres de monte Dei, quod omnes etiam Poetæ docuerunt, quum scripserunt omnia patere oculis Dei: *Zeis eos ἑπορεῖσθαι τὰ καὶ κρατύνει.*

45 *Est damnnum levius mihi, non facinus tamen: esto.* Mihi sic probatur hæc lectio Accursij Flori, ut vulgarem non repudiam, quam Xylander mavult retinere:

Damnnum est non facinus, mihi pacto plenius istos: quam firmat simili loquutione Od. 19. lib. 2.

—lectaq; Penthei

Disjecta non levius ruinâ

50 pro gravi & sæva δὲ τῆς λιτότητος. Nam illud esto vacat per sententiæ perspicuitatem. Sed quamvis hic locus sit in Dialecticis satis expositus, addam tamen, parvum quidem est damnnum & res parva, quum de mille modis fabæ aliquis unum furatur: Ratio tamen operis atque culpæ futuris magna est, & quemadmodum punienda sit, Plato docet Dialogo 12. de legibus initio: *εἰάν τις τι κλέπῃ δυνάστον μέγα, ἢ καὶ μικρόν, τῆς αὐτῆς δίκης δεῖ. συμμέρον τι γὰρ ὁ κλέπῃον ἔροσι μέν τ' αὐτῶς δυνάσει δ' ἐλάπῃον κ' ἄλλοτε, ὅτε τὸ μέγρον κρόνον, ἢ κατὰ μένος ὄλον ἀδικεῖ.* id est, *Si quis aliquid publicum furatus fuerit, sive magnum sive parvum, eodem supplicio plectitor. Nam qui rem exiguam intulerit, etsi minorem vim, quam qui magnam, adhibuit, æquā tamen cupiditate furatus est. Et qui magnum aliquid sustulit, ubi non ipse deposuit, is omnino plane iniquus est.*

65 *Vir bonus.*) Hæc honorifica appellatio tantum vulgari opinione nititur, cuius hypocritis satis arguunt sacrificia & preces publicæ. Quandounque enim his operam

peram dare palam videtur, tum qui sem clarè devocat, o Jane o Apollo: sed tacitè & obscure, o pulcra Laverna, ne turpis vitiorum suorum confessio & commendatio a circumstantibus audiat. Hic ante labrum movet ellipsis discretivæ ea & ante vulv. Laverna, quum dixit, supplenda est, adhuc modum: sed librum movet, id est, summissâ voce precatur, quum dixit, id est, invocavit.

O Laverna. Quis autem fuerit Janus d. etum est Sat. 6 lib. 2. ut de Apolline Ode 2. lib. 1. & in carmine seculari Laverna definitur. Dea frurum & vitiorum humanarum, quibus dat finem dignum: ideoque fures Romani sua furandi contilia precibus ac votis illi commendabant. ut e Plauti Cornicularia apparet, *Mibi Laverna in furis celebrassis manus.* Sumitur etiam tropicè pro Latrone & plagiario scripti alieni ab Aufonio:

Bonorum mala carminum Laverna.

Indè dicti sunt Laverniones fures, de quibus lege Festum. Hujusmodi autem stultas & impias preces hominum graviter reprehendit Seneca in Epistol. *Tunc scito, ait, te esse omnibus cupiditatibus solutum, quum eo perveneris, ut nihil Deum roges, nisi quod rogare possis palam. Nunc enim quanta est hominum dementia? turpissima Deus votis insuurrant, si quis admoveat aurem, consensunt, & quod hominem scire noluunt, Deo narrant. Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videret: sic cum Deo loquere, tanquam homines audiant.* Simili sententiâ Vegetius Prætextatis utebatur contra suspicionem hominis amantem dicitur: qui quod intervenisset olim disputationibus nobilium Rom. procerum & doctorum, putaret alius quoddam secretum ab illis tractari a bitris remotis. *Si tu, Evangele, ait Vegetius, ut me, aut hæc innocentia lumina cogitasses, nullum inter nos tale secretum opinareris: quod non vel tibi, vel es vulgo fieri dilucidum posset: quia neque ego sum immemor, nec horum quæquam inscium credo sancti illius præcepti philosophæ, sic loquendum esse cum hominibus, tanquam Dei audiant: cibus secunda pars sancit, ne quid a Deo petamus, quod vellet nos indecorum sit hominibus confiteri.* Hæc e. l. i. Satur. Macro. Vide præterea de ratione votorum Plat. in Alcibiade secundo, ubi Socrates in iucitur cum Alcibiade de his disputans. Vide quoque Clem. Alexandr. in Stro. 3. de eodem. Postremò Persium Sat. 2. de honestis & inhonestis votis, cujus aliquot versus tibi profero de utroque genere.

N. n. tu prece peccis emari,

Quæ nisi se ductus nequeas committere Divis

At bona pars procerum tacitâ lib. ibit acerrâ.

Haud cui vis promptum est, murmurque humilè s'q. susurros

Tollere de templis, & aperto vi vere voto.

Mens bona, fama, fides, hæc clarè, & ut audiat bonos.

Illasibi introrsum & sub lingua immurmurat: O si

Ebullet patri præclarum funus: & o si

Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro

Hercule: &c.

Sic Ovidius 1. Fast. facit quendam mercatorem stultè precantem Mercurium:

Di modo lucra mihi, da fæsto gaudia lucro

Et fac, ut emtori verba dedisse iuvet

Sed in primis Christianis est audiendus D. Jacob. 4. cap. Epist. Catholica de causa, cur interdum preces a Deo repudientur: *οἱ τεῖ τε καὶ λαμβάνετε, διὸν χάρις αἰτεῖτε, ἢ αὐταῖς ἰδιωταῖς ἰμῶν διαπραΐνετε. petitis quidem, sed non accipitis, propterea quod non rite petitis, nimirum ut summus vestris voluptatibus succurrere possitis.*

Da justum.) Pro hoc vulgato quædam exemplaria habent:

Da mi iusto sanctoq. videri.

Objicentubem.] Id est occulta & ab oculis hominum remove meos dolos: ubi videtur allusio quædam ad etymum nubis. Nam nubere est operiri & tegi: unde & nubes, quod tegere calum soleant, dicuntur, ait Donat. in Hecyr. Act. 4. Sc. 4.

Qui melior.] Placet hæc lectio pro, quâ ratione, quove modo & re servo præstat avarus, bonitate & libertate.

Intrivis.] Hoc sumtum est e ludicris puerorum fallacijs, quas numo potius adulterino & humi defixo in prætereuntes interdunt ad quem indè tollendum illi frustra demissi postea illuduntur, & cupiditatis redarguuntur, ut in vicis Lutetia quotidie fieri solet. Sed de asse vide, quæ Sat. 1. l. 1. annotata sunt.

Porro.] Hic tò porro non est loci, ut illic porro ire pergas. neque discretionis: sed meo iudicio est temporis, quomodo Donatus interpretatur Act. 3. Scen. 1. Hecyr. bis. *Quia resta? nisi porro ut siam miser,* id est, postea & in posterum, tanquam hic diceretur: ubi aliquem incessit cupiditas. Itatim pòst meundam metus & perturbatio incipit.

Mernens.] Hoc verbum est servi proprium, ut vereri, hominis liberi, ut ait Donat. in And. Act. 3. Sc. 2.

Perdidi.] *ἡ ἀποπείσει καὶ ἀλειποτάκτικα τῆς ἀρετῆς, ut ἀπακτεῖν τῆς πατρῆας ἀγωγῆς,* id est, deficere ab ordine patriæ educationis.

Re obruitur.] Sic Cic. dicit lib. 1. Epist. *Obrui magnitudinem iniquitatis, tanquam fluitu* id est, opprimi. Dicitur autem propriè de his quæ vel copiâ vel pondere opprimuntur, terra, aquis, lapidibus, vino, telis & similibus.

Vendere.] Hæc fuit prudentia & humanitas Pompeii, sicut habet ipsius Historia apud Plutar. in Piratis captivis tractandis, quos plures quam ad viginti millia servavit, reputans hominem naturâ neque nasci, neque esse in domitum animal, nec ferum, sed efferari si vitijs se præter naturam dederit: consuetudine verò locorumque ac vitæ commutationibus cicurari, vel belluas victus vsu mitioris feritatem ac sævitiam deponere, de liberavit illos a mari in continentem transferre, & vitâ fingere humaniore, alluescentes urbes & agros colere. hoc autem faceret dictum poetæ in avarum, quod hic perinde ferendus sit, atq; captivus servus: *in imperare moerere laus est, & in mancipio cogitandum est, non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittat equi bonique natura, quæ parcere etiam captivis & pro parati. i. emptis, habet.* Seneca lib. 1. cap. 17. de Clementia serid usurpavit ad ostendendum sic principem oportere dominari subdito, ut dominum servorum quorum uterque, ut homo, agnoscendus est, atque quod illi utrique non vetat Lex. hoc vetat fieri pudor, sicut Agamemnon dicitur æquius respondisse

Sine pascat.) Ellipsis est finalis ut ferè in hoc genere perpetua. Serv. profert hoc, *portet frumento, penus que in hunc An. 1. v. Cura penus struere, ut ostendat tò pinus esse neutrius generis & tertiæ declin. & alia exempla, quibus probat eandem vocem esse masculinum & femin gener. & 4. declinat idem distinguit penum a cellario quod hoc sit paucorum dierum: illud vero longi temporis.*

Frumenta penusque.) De priori repete, quod annotatum tum fuit in Grammatic. Sat. 3. lib. 2. ad verbum: *Milia frumenti, &c.* De posteriori habes lepidam disputationem Phavorini Philosophi cum glorioso Grammatico definiente tò penus, quod est nium aut poculentum est, l. 4. c. 1. apud Agel. ubi contra definitio penoris statuitur de eo toto quod sit patris familiæ, ipsius familiæ totius, ac longæ usionis gratiâ contrahatur & recon-

datur, atque ex eo dictum, quod non in promptu sit, sed intus ac penitus habeatur.

Reitor.] De Pentheo rege Thebarum diximus Od. 19. lib. 2 Hic autem locus iunctus est e tragedia Euripidis Bacchi. s. Quem ego quum videam a pleisque citatum, ut ad hujus loci illustrationem accommodatissimum, ascribere etiam non verebor:

Διον. ὁ, π παθεῖν, δεῖ, π μετὸ δεινὸν ἐργάσθαι;
Πενθ. Πρωτόν μιν ἀβρὸν εὐσεβῶν τεμὼ σέθεν
Διον. Ἰερὸς ὁ πλάκαμ θ' τῷ θεῷ δ' αὐτὸν πρέσσει.
Πενθ. Ἐπειτα θύσον, τὸν δὲ περὶ θ' ἄμ' ἄρξαι.
Διον. Αὐτὸς μ' ἀρξαι, τὸν δὲ Διονύσε' ἀρξαι.
Πενθ. Εἰρξέσει τ' ἐν θούσῳ μὰ σου φυλάσσει.
Διον. Λύσει μὲ δαίμων αὐτὸς, ὅταν ἐγὼ θ' ἴλω.

Hic Dionysius Bacchus inducitur sic ad minas Penthei regis respondens:

Dion. Dic, quid me ferre oportet? quid etiam pati indignum? Penth. Primum tibi mollem caesariem tondebo. Dion. Ea sacra est, & eandem Deo dicatam alo. Penth. Deinde istam hastam irade manibus positam. Dion. Tu ipse mihi aufer: hanc (ut Dionysii sceptrum) gesto. Penth. In custodiam tuum corpus dabo. Dion. ipse Deus me, ubi volam, inde eximet.

Vides hic, quid Poeta expresserit, & quid immutaret, & de suo adjecerit, Est præterea τὸ reitor Thebarum interpretatio verborum Euripidis Πενθ' κρατῶν τῆς δεσποτίας Ἰθιθ' : quemadmodum etiam loquutus est Sophocles in Oedyp. Tyran. initio

Ἄλλ' ὁ κρατῶν Οἰδίπιδος χόρος ἐμῆς.
Sedo potens Oedipe mee patre & regione, ut annotatum est Od. 3. lib. 1 ad verba: potens Cypri.

Tolla.] Ellipsis est conjunctio: is ut.
Ecce.] 1. tibi liberum est & in tua potestate, ut me omnibus fortunis spoliis atque pœnis afficias.

Simul.] Statim ubi optabo & cupiam, Deus me ista morte liberabit, quæ finis est omnium malorum. Sic in Antigone Sophoclis mores ἀπειράσσει, ἐπ' ἀκρανίον μιν χαλκὸν χαλκῶν, ad extremam venimus lineam rerum malarum. Similis est locus in Electra Euripidis ad versum, καὶ δούσει τὸ πῦρ δίκην, πρὶν εἶναι πέλας τοῦ μύθου ἰκται. Hanc autem sententiã Cic. Epi. 2. l. 6. ad famil. ex. ressit sine tropo: præsertim quæ omnium rerum mors sit extremum.

Explicatio Rethorica.

Metaphora est ab exploratione nautarum, qui conto pertentant altitudinem maris & locorum navibus oportuno vel stationem carinis bene fidam.

b Hoc quidem videtur εἰρωνικῶς accipiendum de eo, qui malit vir bonus haberi, quam talis esse. Itaque probitas ipsius ficta erat atque simulata.

c Est hic metonymia subjecti, qualis reperitur alibi raro, pro frumento, legumine, herbis, fructibusque aliis illic nascentibus, ac inde perceptis. De arvo dictum in Gramm. Epist. 8.

d Quis non agnoscat duplicem imitationis rationem? primum est translatio a bestiis ad homines. qualis lib. 6. ad Atticum, ὄνυσκῶν ἡμῶν σὸς παστέρε, id est, tractare cibus hortensibus, atque inde etiam pro delectare, ut in I. horm. Act. 1. Scen. restabat nihil aliud, nisi οὐκίλος παστέρε: deinde synecdoche speciei pro nutrire me dominũ fructu Cereali.

e Altera quoque metonymia: e loco enim significatur res adjuncta, ἢ κενὸν γόστ' ἔχει καὶ ἠεὶ ἰσχυρὸν, fœnem & herba, cujusm di est illa lib. 1. Fattor. παστέρε οὐκίλος, id est gramen & fœnum.

f Tropus est omnino similis, τῆς μὲν ἀληθείης ἀμπαρῆς

ἀντὶ τῶν βοτάνων ὡς ἴσως quidem pro novis ac racemis illic suspensis, & hæc rursus pro vino indè expresso, τὸ ἀπ' ὀρέων iteratur per anaphoram.

g Periphrasis est Ustica synecdochica: cujus mentio fit Ode. 17. li. 1. ubi hic versus citatus est illustrationis gratiã: quidam tamen malunt τὸ Ἰστὶαν esse nomen alterius montis. Ideòque τὸ ὕαλλε sumendum esse propriè.

h Synecdoche est generis. λέγεται γὰρ ὁ ἦλιος κλειῶς ἀνατέλλειν Solem proprie dicitur exoriri & ἀνατελλῆ, exortus ipsius.

i Altera est anaphora initio sententiarum,

k Alia est synecdoche generis unde notio communis τῷ fru. is cognoscitur, pro peculiari, glãde, atque in multa est alia anaphora per quandam symploces formam subinẽ τὸ δὲ περὶ μῶρον etiam teratũ habet anaphoram.

l Anadiplosis videtur. Idem enim sonus auditur & in clausula præcedentis & initio sequentis sententiæ,

m Est præterea synecdoche generis, pro, hic meus ager in hac valle latens, tanquam recessus quidam, defendit me ab inclementia cæli autumnalis amœnitate & alacritate suã.

n Synecdochica est periphrasis autumnii, quem dixit alias si bres adducere pestilentes, aliorumq; morborum esse fecundum.

o Epistrophe est, ejusdem soni circa clausulas sententiarum iteratio.

d Metonymia est subjecti, pro, nos omnes cives Romani prædicamus te beatum.

q Procatalepsis est, quã credulitatem Quintii occupat.

r Epiphonema est sententiarum, ubi acclamat ad dissimulationem jam recitatam. vbi de falsa persuasione incolumitatis, quam suademam μεταφορικῶς vocat, vlcera sanitatis expertia.

f Sumtum est ab asperis corporibus & ad animum leniendum translaturum. Est enim mulcere idem, quod molire & lenire, ut tradit Festus in voce Mulciber.

t Polyptoton est in τὴν ἰσχυρῆν, rater, aĩn d' ὀβ. versibus ten, magu &c & servet ἢ ἀμβι. perfecta est p̄p̄op̄œia cujusdam sic Quintio adulantis: ut aliquis Poeta vel ipse

Varus dicitur Augusto adulatus his versibus olim fuisse, ad quam accessus jam indè ab eo loco: si quis bella, & recessus ab eain his verbis: Augusti laudes.

u Profopopœia est Quintij, qua Horatio respondet.

x Metonymia est adjuncti pro magistratu & consulari vel prætorica dignitate & auctoritate.

y Altera est profopopœia sed imperfecta populi, atque unã dialogismus utriusque honorantis & honorati.

z Metaphora est ab animatis ad contumelias inanimata, qualis fuit Ode 3. lib. 4. Dente minis mordeor invido, pro si falsi partidii me insimulet, & de mea fama detrahat, an propterea debet illa perdi, & ego commoveri? Similis est tropus Iliad. 1. ad vers.

Ὡς φάτο Σαρπηδῶν. δάκρυ δὲ φέροντας ἔβλεπε μὸν θ' ὄ.
Sic dixit Sarpedon: memorat autem mentem Hectori sermo Sarpedonis: quod Græci dicunt: ὁ Σαρπηδῶν καθήκετο τῆς ἑκτορῆς ψυχῆς καὶ διοίει καὶ καταρρακῆν λόγῳ καὶ ὕβρει. Sarpedon pertigit animum Hectoris convulsus gravi oratione & contumeliã.

aa Synecdoche generis pro pal'ore, qui metum consequi solet, pro, debeo ne expalescere, & vultum mutare? Imò verd hic & hujus color constabit. Hanc subjectionem interrogatio requirit, quod in virtuosos & flagitiosos tales perturbationes cadere soleant.

bb Quædam est synecdoche generis periphrastica, pro senatus consulta, vel senatum decreta.

cc Est polyptoton ac præterea ejusdem soni iteratio principiis sententiarum κατὰ τὴν ἀναφορῆν.

Ad Meta,

dd Metaphora à corporeis rebus est nota pro, ditimuntur, componuntur, & terminantur res controversæ, qualis fuit Sat. 10. lib. 1.

Fortius & melius magnas plerumq, secat res.

ee Metonymia est. subjecti, pro, omnes domestici & vicini hanc vident.

ff Apparatus est ad profopopæiam servi & dialogismū cum Domino.

gg Similitropus fuit Epodis 4. peruste funibus latus, & Sat. 7. lib. 2. virgus vri.

hh Metaphora est, vbi datur motus & sensus cadaveri rei inanimæ, pro quo dixeris, corvi non exedent cadaver tuum suspensum.

ii Synecdoche est generis pro speciali: Ego Horatius Sabellus nego, id est, Venusinus, vt dictum est Sat. 1. lib. 2.

Nam Venusinus arat sinem sub vtrūmque colonus.

Qui autem hic constituunt enallagen personæ, aliquid Grammaticum dicunt, sed nihil Rhetoricum.

kk Epiphonema esse potest, quo velut acclamatur illa diversitatis pars:

Vir bonus & sapiens audebit.

ll Metonymia est. aut potius allegoria subjectorum pro vulgo, & iudicibus & patronis, cæterisque illic verlantibus, qui probant talem virum, & sibi esse tanquam æquitatis & religionis exemplum putant.

mm Metaphora est à corpore ad vim mentis & iudicij ut Epist. 1. annotatum fuit.

nn Profopopæia est illius hypocritæ precantis.

oo Depositâ personâ precantis, Poeta loquitur, vbi est anaphora.

pp Allegoria est e metaphoris continuatis a transfugis & desertoribus ducum suorum, qui metu perculsi in cæcisides, horru, clypeum & arma abiciunt, quod capitale erat crimen in disciplina militari. Est præterea synecdochica periphrasis τῆ λεπτοτάτης ἢ λεπτοτάτης .i. ejus, qui locum & ordinem deseruit in acie instructa. Et præterea in portet synecdoche generis pro speciali vectura, qua fit navigio.

qq Accessus est ad aliam profopopæiam atque διαλογισμὸν, vbi vir verè bonus ac sapiens se præstat invidum & impavidum adversus omnes minas Tyrannorum, & liberè profitetur, omnes arumnas, cruciatus, vel mortem ipsam esse suâ virtute & constantiâ longè inferiorem.

rr Synecdoche generis ἀπὸ τῆ εὐρυμορίας, pro custode carceris.

ss Sumtum est vel a Geometricis figuris, quarum superficies lineis terminantur vel a stadio dromis qui carceres ac metam sui cursus linea designant: vnde proverbium, venimus ad summam lineam, vt est dictum in Diæcticis. Alij consent translatum a ludo scrupulorum vel latruncolorum, vbi alter collusorum dicitur ad vltimam lineam suos promovisse calculos & latrunculos, quæ & Hiera, id est sacra vocatur, cui non licet amplius aliò proferte, qui propterea cogitur se victum profiteri, & luto inciso sinem facere: quæ sententia probabilior est: adquam videtur alluisse Seneca epist. 49. non solebat mihi tam velox tempus videri. Nunc incredibilis cursus apparet: siue quia ad moveri lineas sentio, siue quia attendere capi & computare damnum meum &c. vide proverbium, movebo salum a sacra linea.

EPISTOLA XVII. AD SCÆVAM Theticum.

Hic ita disputat, vtra vivendi ratio præstet, politicane & honesta, an privata & inculta: ut illam huic longè anteponat.

Qvamvis Scæva satis per te tibi consulis & scis. Quo tandem pacto deceat majoribus uti: Disce docendus adhuc, quæ censet amicus, ut si Cacus iter monstrare velit: tamen aspice si quid Et nos, quod cures proprium fecisse, loquamur. 4. Si te grata quies, & primam somnus in horam Delectat: si te pulvis strepitusque rotarum, Si ludit caupona: Ferentinum ire jubebo. Nam neque divitiis contingunt gaudia solis: 5. Nec vixit malè, qui natus moriensque fefellit. 6. Si prodesse tuis, paulloque benignius ipsum Te tractare voles: accedes sicus ad vinctum. 7. Si pranderet solus patienter: regibus uti Nollet Aristippus. Si sciret regibus uti, Fastidiret olus, qui me notat. 8. Vtrius horum Verba probas, & facta, doce: vel junior audi Cur sit Aristippi prior sententia: namque 1. Mor dacem Cynicum sic eludebat (ut aiunt) 9. P. Scurror ego ipse mihi populo tu. 10. rectius hoc & Splendidius multò est, equus ut me portet: alat rex Officium facio: tu poscis vilia rerum, Dante minor: quamvis fers te nullius egentem. 11. Omnis Aristippus decuit color, & status & res Tentantem majora ferè presentibus equum. Contra, quem duplici panno patientia velat:

Mirabor, vitæ quæ via si conversa decebit. 11. Alter purpureum non expectabit amicum: 40. Quilibet indutus celeberrima per loca vadet: Personamque feret non inconcinnus utramq, Alter Miletii textam cane pejus & angue Vitabit chlamydem. morietur frigore si non 45. Rettuleris pannum. Refer & sine, vivat ineptus. 13. Res gerere & captos ostendere civibus hostes, Attingit solium Jovis & caelestia tentat. 14. Principibus placuisse viris non ultima laus est. 15. Non cuius homini contingit adire Corinthum. 50. Sedit qui timuit, ne non succederet: esto: 16. Quid: qui pervenit fecitne viriliter: atqui Hic est, aut nusquam, quod quarimus. Hic onus horret 55. Ut parvis animis, & parvo corpore majus: Hic subit, & persert: Aut virtus nomen inane est, Aut decus & precium rectè petit experiens vir. Coram rege suo de paupertate tacentes Plus poscente feret. 18. Distat sumasne pudenter, An rapias: atqui rerum caput hoc erat, hic fons, 20. Indotat a mihi soror est, paupercola mater, Et fundus nec vendibilis, nec pascere firmus, Qui dicit, clamat, victum date: succinit alter: 65. Et mihi dividuo findetur munere quadræ. 19. Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet Plus dapis, & rixam multò minus, invidiæ.

kk 2

20. *Brundisium comes aut Surrētū ductus amonū,
 Qui queritur salebras, & acerbū frigus & imbres,
 Aut cistam effractam & subducta viatica plorat?*
 21. *Notare fert meretricis acumina, sepe catellā,
 Sape peris celidem raptam sibi silentis: uti mox*
 22. *Nulla fides damnis verisque doloribus adsit.*

*Nec semel irrisus triuvis at tollere curat
 Fracto crure planum: licet illi plurima manet
 Lacryma per sanctum juratus dicat Osirim.
 Credite, non ludo crudeles tollite claudum,
 5 Quere peregrinum, vicini aranca reclamat.*

Analysis Dialectica.

PRimi quinque versus προδεδείχται, ἢ καὶ προκτατασκέ-
 λω πρὸς ἡμετέραν ἀνὰ μὲν τὸν λόγον ἢ τὸν χαρακτῆρα
 aptè præparandum. Sunt enim pleraque hominū
 ingenia, quæ nescio quâ fallæ cognitionis ac scientiæ
 persuasione, non libenter audiant præcepta doctiorum, 15
 aliquid huiusmodi semper objectantes:

Μὴ με διδάσκῃς ἔτι τοι τῆλικός εἰμι μάθευ.
 Ne me doceas non eā certe sum atate, qui discere de-
 beam.

Quamvis autem ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτῆρ formæ epistolariæ atq;
 sermonis genus requirit τὴν ἰχθυότητα, gracilitatēque
 orationis exigit stylo: in hac tamen, ut in plerisque aliis,
 est urbanitas Satyrica & subtilitas. Nam huius exordij
 ratio refert principium familiaris ac solutæ loquutionis,
 & est elocō diverforum, quia modo quodam & ratione 25
 differens necum est hoc axioma: quod homo satis doctus atque
 consultus debeat doceri & moneri. Itaque Poëta talem
 opinionem sic occupat modestè: Licet tibi adsit tanta in-
 genui bonitas & rerum experientia, ut nihil tibi sit necesse,
 ullum aliunde consilij & prudentiæ capere documentum ad
 30 am civitatem potentiorum tibi conciliandam & tuendam: tu
 potius tamen adhuc ab amico aliquid utiliter edoceri. huic
 consequenti Menander reddit rationem, Σοφία γὰρ ἐστὶ τῆ
 μάθευ ὁ μὴ νοῖς. Est enim sapientiæ quod non intelligis
 scire.

2. Posterior pars huius argumenti confirmatur brevi
 similitudine, quam sic perficias: ut facile ferimus vel ca-
 cum humanum nobis iter monstrare volentem: sic tu me per-
 spectè explorata meâ consulendâ facultate audire ac fer-
 40 re debes libenter.

3. Repetitur mutatis vei bis eadem pars, quæ fuerat tibi
 discere docendus.

4. Proponitur jam post exordium quæstio primum de
 vita penitus aturbulenti negotiis remota & solitaria: cui 45
 locum a turbis & interventoribus maximè vacuum de-
 stinat, & sententiam collatione maiorum approbat, quod
 non opulenti tantum, sed tenuibus etiam fiat potestas ju-
 cunde ac quietè vivendi.

5. Eiusdem loci commoditas ostenditur testimonio E- 50
 picharmi Græci Poëtæ, quod ei etiam liceat bene vivere,
 qui minimè versatur in maxima hominum luce, & cuius
 vel ortus vel interitus nescitur.

6. Altera est quæstio de vita civili & aulica, quod vi-
 vendi genus sequi solent, qui rem familiarem augeri, & 55
 se lautius tractari volunt. Itaq; affectant in primis viam
 ad familiaritatem ditiorum & potentiorum.

7. Utraq; quæstio e suis efficientibus confirmatur, quā
 auctor incultæ & horridæ vitæ producit Diogenes Cy- 60
 nicus: urbanioris & humanioris Aristippus: cuius vide-
 tur Poëta clam hinc partes tutari, & genus vitæ apud Mæ-
 cenam & Augustum non otiosè sequi.

8. Quia vtrūq; hoc vitæ genus suas habet commo-
 ditates, quibus singulatim se possit tueri, vrgit jam Poe- 65
 ta τὸ οὐνεχὲν firmamentum & summum rei caput: quod
 vulgò dicitur in foro punctum causæ & litis, & novam
 comparat attentionem ex adjunctis atate s. & Scævæ dat
 optionem docendi vel audiendi, vtrum vita magis videat-

tur probanda. Censet tandem Horatius sententiam Ari-
 stippi multo esse illâ Diogenis potiorem.

9. Sententia Aristippi ex adversis comprobatur, quæ
 dicuntur ab aliis Anthitheta. A quo certè verboliben-
 ter abstinemus: quod attineat communiter ad omnia
 dissentaneorum genera, & ad nonnulla consentanea, ut
 ad comparata. Quam, inquit Aristippus, scurram ago a-
 20 pud divites & potentes, rem præclaram facio: tu, quum te
 populo talem præstas, nihil tibi omnino comparas. Ego
 lante vivo apud divites: Tu parce ac duriter cum populo
 victuas.

10. Eadem adversa, quæ generatim antè pronunciata
 fuerant, nunc repetuntur speciatim enunciata & compa-
 ratè: quod pulcrum sit in officio rectè faciundo lante iraltari
 a principibus, quàm scurrando apud populum victuas
 25 queritare: apodosis probatur maioribus: quod mendican-
 do & accipiendo fiat inferior exigua danibus, & ita liber-
 tatem, quam jactat, misere perdat: deinde diversis: Est
 Diogenes nullius se res egere prædicat, turpiter tamen ostia-
 30 tim victuas queritat.

11. Utrūque dissimiliter comparatur. Aristippus po-
 test ad omnem sese habitum assingere, quamlibet perso-
 nam aptè & convenienter simulare: vndè Platonem fe-
 runt dixisse, soli Aristippo & chlamydem & pallium
 gestare datum est: Diogenem vix etiam mutatum vite
 35 genus meo iudicio unquam decebit. En iudicium Mi-
 chaelis Hospitalij Franc. Cancel. de hoc utroque Philo-
 sopho, ex ipsius epistolis.

*At mihi Diogenes, Cyrenæq; urbis Alumnus
 Diversis ambo studiis peccasse videntur:
 Ille quidem vere non libertatis amator,
 Dum mundum atque elegans vitæ genus odit ini-
 40 que.*

*Hic Regum mensas, & dum convivialaudat,
 Vestiriq; nimis pretiosè curat & ungi.
 Est aliquid medium, quod si tenuisset uterq;
 Hic & delicias, & sordibus ille vacaret,
 Qui placuit magno & sapienti pauper amico,
 Præsertim virtute sua si fretus in altum
 Contendit, celsiq; fora patefecit amoris,
 At constans & perpetuo mensura videtur
 Gratia, quam primum Virtutis opinio junxit,
 Que mox officii vires accepit honestis:
 Vt neque pauperior locupletis blandius unquam
 Palpetur, nec dives egenum flagitet ultra
 Fas licitumq;.*

Ad hoc iudicium libet adungere illud Basilij
 magni ex Homil. ipsius ad Iuvenas: Ego verò Dioge-
 nem admirari magnopere ac laudare soleo, rerum hu-
 manarum omnium contemptorem, qui se Rege Ale-
 xandro ditorem parvo contentus ostendit, cum illis
 procul dubio ad suum statum sustinendum pluribus ita
 digeret. Protasis comparationis est in duobus primis ver-
 65 sibus & Antapodosis in totidem sequentibus ad hæc
 verba: contra quem.

12. Similis est priorî comparatio, sed ejus prota-
 sis con-

his continet tres versus, & antapodosis est ad hæc verba: *Alter Milesi: quæ amplificatur minorum collatione, quia chlamys est in questione, cujus arguenda gratia canis & anguis, ut res minus eâ ipsius iudicio terribiles adhibentur. Deinde adjunctis comparatè sic enunciatis: quod Diogenes vestem Milesiam magis vitet & metuat, quam rabidum canem aut serpentem venenatum. Huiusmodi comparatio frequens est, ut Epist. l. 7. ad fam. Marcum 2. Epist. oderam multo pejus C. Munatium Plancum Bursam, quam illum ipsum Clodium. Brutus ad Cic. pati contumelias pejus odero omnibus malis. sic Ode 8. lib. 1. ratiocinatur, cur olivum sanguine viperino canis vitat? siem frigore pereat, nisi reddideris illi diplodem & lacerrum pannem.*

13. Hæc est egestia laudatio vitæ politicæ e parium collatione, quod recta administratio Respub. & magnificus de hostibus actus Triumphus ornent auctores suos aequali Diis honore & gloria.

14. Prudenter & acutè agnovit Porphyrio hic collationem similitum, utinam talem dialecticæ prudentiam ubique adhibuisset: magnam profectò nostri huius laboris partem nobis minuisse. Habet autem hæc similitudo præcedentia paria loco protafæ: ut præclara functio publici muneris divinos consequitur honores: ita qui gratus est apud principes, summam dicitur laudè invenisse.

15. Adeptio tanti boni declaratur ex finali difficultate, quâ multi deterriti sunt & avocati ab hoc politico & negotioso vivendi genere & eo quondam instituto superfederunt metu infelicis eventus. Adhibetur atem hæc difficultas appellendæ Corinthi ad confirmationem proxima Apodofæ, sic de integro enuncianda: *ut arduum est ac difficile mercatori appellere Corinthum: ita est laboriosum pauperi se in consuetudinem & amicitiam divitum & potentiorum insinuare.*

16. Proponit jam questionem (privatè & horrido vitæ genere repudiato) e majorum collatione, quod illud longe superet vires ingeni & corporis multorum, utrum ille, qui novit, ut decet, uti majoribus, & illis placere, fortiter fecerit.

17. Respondet rem dubiam esse propositione disjunctâ: *aut virtus est infructuosa, aut vir bonus & prudens rectè premium petit sue virtutis, ita tamen, ut antecedens propositionis tollendum esse videatur, virtutem nec infructuosam, nec inutilem esse: quæ si forte incurrerit & incidet in ingratum, vel invidum, vel inimicum, a quo spoliatur suis premiis; multis se tamen solatiis oblectat, suoq; decore maxime sustentat. Conficiatur ergo, a viro bono rectè premium expeti, neq; tamè illud acerbe est exigendum, vel cum querimonia, sed modeste & cum silentio, quod quidem confirmatur ad hæc verba: coram rege majorum collatione: quod tanto plus accepturus sit ab amico suo potentiori, quam hi, qui cum querimonia solent efflagitare: nam qui queritur insolentius, quod favor amici potentioris minime respondeat suis in ipsum meritis; non admodum ablutit ipsius imago ab eo, qui identidem sua in al quem officia commemorare solet: lacerat enim animù ac premit, ait Seneca. frequens meritorum commemoratio, quam Demosthenes de sequenti parù quid in abesse dicebat ab exprobratione, cujus verba sunt: τὸ δὲ τὰς ἰδίας εὐεργεσίας ἀναμνήσκων, μὴ τὰς ἀλλοτρίων ἐστὶν ἀνείκελον, quod est Terentius imitatus, isthac commemoratio, quasi exprobratio est in memoris beneficii, id est, probii objectio.*

18. Etiologia est cautionis præcedentis cautio ad versus impedimenta rei bene-faciendæ & amplificandæ honestè e duplici exemplo simili: Primum queruli petitoris apud potentiorum Amicum: Deinde comitis & meretricis. Prioris quidè protafis primùm ex adjunctis palam querelis unius servi de indotata sorore, matre paupertina, & de sterili fundo, ubi quedam latent paria, ut qui ita

queritur, æquale faciat, atq; mendicus clamans sibi aliquid dari: Deinde ex aliis alterius collegæ servi succlamantis, sibi quartam muneris partem dari, quod promittitur petitori priori.

19. Apodosis est, non quidem apertè significata, sed clarè hoc modo enuncianda: *sic corvus pabulum nactus, quia gestienti crocitate concitat alios ad inventam escam, non plene ac liberè suo fruitur in vito: quod dilatatur geminâ comparatione, si enim eo tacitus vesceretur, plus dapis sibi haberet, & minus rixæ ac invidia sibi constaret.*

20. Posterioris comparationis protafis est in his versibus ex adjunctis comitis damnus fictus & simulatus, asperitate vitæ, frigoris acerbitate, inclementia cæli pluvii, amissione rerum propter cistam effractam, & vitæ vicissitudinis.

21. Apodosis est de meretrice: quæ ita fingit atq; simulat astutè, in ignis se ac multis consultiari incommodis: & certè partes huius similitudinis in litera sunt inversæ, quæ clarè mihi videntur ita restituendæ: *ut meretrix fingit se multa damna dedisse ad extorquendam ab amatoribus sui pecuniam: ita comes comminiscitur, & confingit multas querelas, ut a duce suo aliquid corradat.*

22. Posterior similitudo confirmatur aliâ, quod, ut nulla fides manifesto impostori habetur: ita huiusmodi querelis comitis ac meretricis nusquâ credatur, sed illæ ab omnibus repudientur.

Enarratio Grammatica.

Quamvis Scæva.] Hic Scæva, cui inscribitur hæc Epistola, nunc prænomine Lollius Scæva nunc cognomine Scæva Lollius afficitur: undè nihil possum certi statuere de ratione appellationis, de qua non nihil attingimus in Grammat. Epist. 2. Memoratus est etiam huius nominis parricida quidam Sat. l. 1. 2. Observandum quoque est convenientiam conjunctionis discretive quamvis, quæ Grammatici tradunt semper gaudere temporibus secundis, non esse perpetuam. Viti quidem dixit in Tityro: *Quamvis lapis omnia nudus*

Limosoq; palus obducatur pascua junco.
& Georg. *Quamvis arces sit candidus ipse.*
& paulò antè *Quamvis Milesia magno,*
Vellera murentur.

sed Horat. *Quamvis consulis & scis, nõ, consulas & scias,* & paulò post hic, *Quamvis fers te nullius egentem.* ut Sat. 3. l. 1. *Quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen, atq; Optimus est modulator, non, quamvis taceat: sicut illic annotavit in Epist. 4. antecedenti:*

Me quamvis Lamia pietas & cura moratur.
non moretur. Hic observa libentius alterum Poetam primis temporibus uti, alterum secundis post hanc convictionem delectari. De hoc genere convenientiæ omnium optimè P. Ramus in sua Grammatica præcepit, *Quamquam* inquit, *& quamvis omnibus finitis temporibus conveniunt, sed ut, & licet, finitis temporibus tantum secundis.*

Per se.] Sic Cic. dicit pro Sextio, *per se splendere virtutem semper,* id est, sine externa cujusquæ opera, & auxilio. **Consulis.]** Ut 3. in Verrem, consulere & perspicere filiis, & alibi consulendum & providendum saluti suæ.

Majoribus uti.] Ferè perpetua est Ellipsis in hoc Poeta adverbii, familiariter, vel familiarissimè, interdum id exprimitur per nomen ab aliis auctoribus. Terent. in Hecyra Act. 3. Scen. 1. *Nostrâ utere amicitia, ut voles.*

Quæ censei] Et triplici significatione, quæ Festus huic verbotribuit, mediâ, quæ est suasionis, sequemur: non admodum tamen ab extremis remotâ. Nomen autè *amiculus* improbe innotuit ita sumèdum est, ut nulla de fidelitate veri amici diminutio fiat: sed talis extenuatio referenda sit ad modestâ scientiæ opinionem, tanq; dixisset: *Quæ suadet sciolus amicus: q; exigua monstrandæ viæ facultas in homine cæco, facilè post etiâ declarat, ideoque sententia Græcorum veta-*

bat, μηδέ τυράνην ὀδύνην, μηδέ εὐνοίαν συμβεβηκέναι σοὶ παρολαμ-
βάνει, neque cœcum ducem, neque deminuem consultorem ti-
bi assumat. Sed à doctis d. scas & a bene consultis confi-
liū petas. Sunt qui hoc referūt ad statuas indices viarum &
in his præcipuè Cruquius, quam vis οἱ Ἐρμῆαι ἀχίρῆες καὶ ἀ-
ποδῆες sculpantur, manibus ac pedibus mutilati, est tamen
excogitatum ingeniose ex spectu iussione.

Aspicere.] Formula quedam attentionis ad firmio-
rem vim persuasionis. Sic Epist. lib. 2. aspicere Plantus Quo
pacto paries tui et ar amantis ephob, & 2. ejusdem
—aspice primum.

Quanto cum fastu, quanto molimine circum
Spectamus vacuum Romanis vaticibus adem. sic Propert.
Eleg. 2. lib. 1. aspicere, me quanto rapiat fortuna periclo.

Quod proprium cures fecisti.] Ita tibi vindicasse, & in
rem tuam vertisse, ut tibi semper fixum & immotum in-
hæreat. Sic definitivimus Sat. 6. lib. 2. proprium.

Somnus in horam.] Arbitror Poetam designare, & μὴ
ἀνατολῆν ἡλίου, τὸ ἔστι τέλειαν ἡλίου ἐπορεύσαν, ἀλλὰ πλὴν αὐτῆς
ἐπιτολῆν διὴλον ὅτι πλὴν ἐπιτελλομένου ἡλίου τοῦ αὐτοῦ, non integrum
solis ortum, sed ipsius particulam jam exorientem.

Ferentinum.] Quidam ponunt hoc oppidum in
Campania, ubi Hernici dicuntur habitasse in locis aspe-
ris. Plinius tamen lib. 3. cap. 6. videtur duplex Ferentinum
constituere, unum in agro Romanensi, alterum in
Tusco. Strabo quoque lib. 5. videtur Ferentinum Tu-
scum appellare. Φερίντιον, alterum Hernicum Φερίντιον, ex
illo majores Ottonis imperatoris orti sunt: ubicunque
sit, locus est parum celebris & ferè desertus, ideoque
valdè otio aptus: de hoc vide Liv. 1. 7. & Strab. 1. 3.

Gaudia sola.] Ode 3. lib. 2. discer men hujus locis ac
lætitiæ definit one duplici fuit declaratum, & posteriore
notatione illustratum: sed etymum gaudii omisium, quod
nunc festo ad το, ἀπὸ τῆς γαυεῖν quod est gloria efferi ac
superbiri, exultare, undè qui sic gaudent, Gallicè dicuntur
La Gaurers & Gauriers, quæ præfectò notatio videtur
elevare discrimen Cicerionis ibidem notatum.

Nemate.] Id est, feliciter vixit quem nemo, vel cer-
tè per paucos intellexerunt, vel in vitam ingressum vel ex
ea egessum, quod videtur etiam propter contagionem
malæ consuetudinis & humanæ societatis. Plutar. ta-
men illud Epicurum quamquam nonnulli ad Epicurum
hoc referunt, vel ipsemet Plutar. λέγει τὸ βίωσις, in quæstio-
nem revocavit, & refellit in libello inscripto, εἰ καλὸς ἐ-
στὶν αὐτῷ μὴ δὲ βίωσις, an recte dictum sit, vive latens & igno-
tus, vel, ut Erasmus vertit, sic vive, ut nemo te sentiat v-
xisse, quasi enunciatum esset Græcè, λαβὼν βίωσιν, ut ἐλαβὼν
ἐμὲ διαφθερμένους vel λαβὼν ἐμὲ διαφθαρταί me inscio corruptus
fuit quod Ovid. lib. Trist. videtur approbasse.

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisque manere suam.
Eodem spectat hic ultimus versus Sat. 3. lib. 1.

Privatusq; magis vivam terege beatum.

Moriens.] Usitatissimus huic, Poetæ hellenismus u-
bi verbum Græcū λαβάνειν, redditur verbo fallere Lati-
no, tam absolute, ut hic, quam cum casu, ut Od. 10. lib. 1.
Pro Priamus iniqua Trojæ castra fefellit, i. latuit. Gall.
Priane fut apercen del'inique camp de Grecs, qui stoet de-
vant la ville. Od. 11. lib. 3. & 14. ejusdem & 16. & 4. lib. 4. &
Epist. 2. lib. 1. & 16. proximè antecedenti. Si spes sit fallen-
di, id est celandi & latendi.

Benignus.] I. largus, lautius.

Accedes sicus.] Hic paulò aliter sicus accipitur at-
que Od. 8. lib. 1. applicatum est: quia quum opponitur, ut
squalidus. uncto & lauto, videtur exponendum, incom-
tus & pauperimus qui divites & copiosos debet sibi ob-
sequio facere amicos: sic Epist. 15. dixit, ubi quid melius
contingit & unctus.

Nollet Aristippus.] I. si viveret contentus tenui & par-
co victu & cultu Aristippus, non quereret tam studiosè
in familiaritatem divitum penitus intrare, ait Diogenes.
De hoc Cyrenaicò philosopho diximus Sat. 3. l. 2. & Epist.
1. hujus libri.

Si sciret.] Aristippus par Diogeni refert: si hic blan-
ditiis ac facetiis sciret reges ac divites demulcere & ine-
scare, non tam parè dūtiterque vitam toleraret, quam
potes repetere a Laertio. Quid autem sit olus discere ex
Grammat. Sat. 6. l. 1. Galli hoc interpretantur, si Dioge-
nes scavit entretenir les rois, princes, & riches de plaisans
propos, il ne se contenteroit pas de manger des choux, oignons,
& navers, en un cachot.

Cynicum.] Hæc vox deflectitur a κυνός, κυνός, κυνός, κυνός,
Id est, caninus. Hinc discipuli Antisthenis & Diogenis
Cynici sunt nominati, vel a Gymnasio Cynosarches, ubi
illi disputarunt. Alii volunt eos dictos ἀπὸ τῶν ποιημάτων
τῶν ἀκαυillationibus & false dictis: quod ipsemet Dio-
genes apud Laetium videtur confirmare, qui rogatus,
cur caninus diceretur, respondit τοὺς μὲν δίδοντας αἰῶνα,
τοὺς δὲ μὴ δίδοντας ὑλακτῶν, τοὺς δὲ πωπῆρους δόκνον. Equi-
dem dantibus blandior, sed nihil largientes allarro, & im-
probis mordeo. De Cynicis vide plura apud Athenæum
sub finem lib. 12. Hujus autem patriam fuisse scribit Pom-
ponius Melal. 2. c. 1. Syncopen, nunc Sinopi urbem Cha-
lthum, alii Paphlagonia.

Siculi debet.] Facetè refutabat scōmata & dicteria
Diogenis.

Scurror.] Γελοτοποιὸς αὐτὸς ἐστὶ τὸ μοι συμφορῶντα, scurri-
liter a το, quæ mihi profutura sunt, & scurror dictum est
Sat. 1. lib. 2.

Equus me.] Interpretatio est cujusdam carminis
Anapaestici Dimetri ex aliqua Tragedia Græca, ἵππῳ μὲ
φέρεϊ, βασιλῆος μὲ τρέφει. Equus me portat, rex me alit. Tri-
buitur hæc sententia cuidam juveni jamdiu sub Philip-
po rege merenti qui quum scilicet itaretur ad missionem pe-
tendam & militia vacationem, sic respondet, innuens e-
um commodissimè vivere, quæ pedibus alienis vias iniret,
& alienâ pecuniâ sustentaretur.

Officium.] Id est, soleo, quod profiteor, præstare, ac me
regi quo utor, accommodare.

Vilia verum.] Enallage est syntaxeos, ubi rectio est pro
convenientia, res viles: qualis est l. Aneid. v. 426. strata
vias & Aneid. 2. angusta viarum, pro vicis & vias angu-
stas, vers. 332. quod Thucydides dicit συνέπρηξεν τῶν χειρῶν
Item ardua terrarum, pro terras arduas, id est, ut ait Ser-
vius, montes. & Od. 12. lib. 4. amara curarum, pro amaras
curas, undè addicor & usu hujus syntaxeos eleganti, ut
magis probem lectionem Aldi, vilia verum, quam, vilia:
verum es Dante minor. Vult autem hic Aristippus dicere
Diogenem non minus libertatem vendere dono rei mi-
nuta, quam se ipsum acceptione rei maximæ.

Fers te.) Jactas te nullius egentem. καὶ ὑπόμνησιν αὐτῆς
χείρας. Ita ferre se dixit Virg. 5. Aen. de vict. Bute.

—qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

Pto extollebat, jactabat.

Color.] Pro his tribus; color, status, & res Laer-
tius dicit, καὶ δὲ ἱκανὸς ἀμοσίδαι καὶ τόπω καὶ χρέων καὶ πά-
σαν ἀρετῆσαν ἀρμονίαν ὑποκείναι. Aptissime conformabat
se ad locum & ad tempus & ad personam: Omnem deniq;
humana vite conditionem convenienter recipere. aspita-
bat quidem ad splendidiorem fortunam, atq; statū vitæ
potiorem querebat, attamen præsentī æquo animo con-
tensus vivebat: αἰσχρὸν γὰρ ἢ σέργειν οἷς ἀνέχομεν καὶ ἀρετῆ-
σαν τὴν πλείων ἀεί. Turpe est enim non acquiescere præsen-
tibus & plus semper appetere.

Aequum

Acquum.] Sic Birrha Terentianus loquitur And. Act. 2. Sc. 5. Quo aequior sum Pamphilo, id est, quare cum Pamphilo moderatius ago: minus illi sum iratus, & infensus. Sed quia hic de rebus, non de personis sermo est, videtur explicandum, non indignantem, neque conquerentem res praesentes, sed aequo animo amplectentem. Sic Isocrates monebat Demonicum, *εὐχρη μὲν τὰ παρὰ τὰς ἡμέρας ἐστὶν τὸ βελτίον, ἵσταντο δὲ τὸ παλαιόν, ἵσταντο δὲ τὸ παλαιόν, ἵσταντο δὲ τὸ παλαιόν*, Statu praesenti contentus esto, sed quae ratio memora.

Duplici.] Pro quo Virg. 5. Aen. dicit, duplicem amicum, Graeci uno verbo *διπλοῦν*, ἢ *διπλοῦν τελευτῶν διπλοῦν*, lanam duplicatam, quam Juvenalis vocat abollam Sat. 3. *atque audi facinus majoris abulle.*

ubi epitheto distinguitur abolla philosophica a militari chlamyde: quae posterior intelligitur a Servio in loco Virg. hic citato. Sensus autem loci Juvenalis est: audi, quae fecerit Graecus Philosophus gravioris auctoritatis. Augustinus lib. de civitate Dei scribit, dogmata philosophorum solo habitu inter se differre. Illorum enim omnium summa fuit consensus in una virtute summum bonum esse collocandum, divitias despiciendas. Itaque Stoici tunicam distinguebantur a Cynicis & hi ab illis duplici pallio, quod Horatius vocat hic duplicem pannum. Cynici philosophi profitebantur patientiam & aequanimitatem, & inter hos Diogenes dicitur instituisse duplex pallium, cuius meminit Tertullianus lib. de Pallio de quo vide Laertium.

Quidlibet.] Quamlibet vestem indutus, & utlibet vestitus. Sic Virg. 2. Aen. loquitur, *induitur galeam.*

Personam.] Haec vox non hic est intelligenda de rationali aliqua & individua essentia, cuiusmodi sapienter tractatur a Theologis atque scholasticis, sed de qualitate, ac circumstantia quadam, quarum accessione aut decessione res ornantur, vel deformantur, ut sunt virtutes ac vitia, scientia & iustitia, pulchritudo & deformitas, purpura ac panni, auctoritas, potentia & status privatus & nullius auctoritatis, amicitia & inimicitia, dominatus & servitus, senectus & juventus, conditio virilis ac muliebris, &c. quorum omnium ratio accuratè habetur a Poetis, maximeque a Tragedis & Comædis, qui debent in genere esse *προσωποποιήματα* ad decorum cuique accommodandum, ut dicitur in Epistol. ad Pisones. Personae vocabulum & originem, legel. 5. c. 8. apud Agel. possunt loci duo Ciceronis proferri ad vocem *persona* apertius explicandam, prior est Epistol. 5. lib. 4. ad famili. ubi Servius Sulpicius studet sic Ciceroni minuere dolorem de obitu filiae, ut, quum amplissimos magistratus gesserit eximia cum laude, gravem videatur sustinere personam, quam multis collectam virtutibus, & famam fortitudini ac constantiae cumulatam videtur insolabili luctu contemnere. Itaque ait, *ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt*: Posterior locus est lib. 1. de finib. bon. & mal. *Suspitor fore, qui genus hoc scribendi, etsi sit elegans, persona tamen & dignitatis esse negat.* Aristippus igitur apertè & concinnè personam tam heroicam, quam obscuram, tam bene cultam & ornatum, quam laceram & pinnolam sustinebit, vel habitum & gestum & cuiusvis cultum feret decenter: Graeci personas fabularum communiter appellant *τὰ πρόσωπα*, ἢ *προσωπεία* *θεατρικῆς*, *χορηγία* alii *μορφοποιεῖα* *προσωπείας*, personarum & larvatus: Sed huiusmodi personae conditio dicitur Graecè *ὑπόκρισις* quae definitur ab Eustathio in Odyss. *Ἐστὶν κατὰ τὰς παλαιὰς ἢ ὑπόκρισις, διατεσθὲν ὁμοίως καὶ χημικῶς πῶθεν, ἀρῶσθαι τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ καὶ ἀράγματι.* i. Hypocrisis ex opinione veterum est dispositio vocis ac gestus ad persuadendum apta, & ad personam subiectam & rem representandam decen-

ter accommodata: atque quisquis hoc praestare potest, ὑποκριτὴς dicitur qui novit alterum imitari, & ipsius effigiem voce, gestu, totoque corporis habitu referre: atque ita longè alius apparet, atque natura est comparatus. Tales sunt mimi & Histriones. His multum dissimilis est, qui rebus praeclare fortiterque gestis pro communi salute famam collegit omnis virtutis: unde propriam, non alienam, viri boni ac sapientis personam sustinere merito praedicabitur, & quicquid agit id *αὐτοπροσώπως* agere, id est, sub propria persona nullo alienae faciei figmento coram idem efficere. Itaque significat Aristippum interdum gestare solitum purpuram, quae si non esset ad manum: primam quaque obviam se induebat, & ita in publicum prodibat. Pro, *personam feret utramque* Graecè dicitur *Ἀείσιππος ἀμφοτέρων ὁμοίως χημία*: Diogenem verò unicam uti, velut huic addictam.

Alio.] Diogenes erat *αὐτοπροσώπως*, nullam aliam personam induebat, *ὡς δὲ μὲν ποικίλῃ, ἀλλ' ὁμοίως, non erat variis, sed unius coloris.*

Mileti.] Pomp. Mela lib. 1. cap. 17. scribit *Miletum urbem quondam totius Ioniae belli pacisque artibus principem fuisse*, Thaletis astrologi, & Timothei musici, & Anaximandri Physici patriam. Ibi optimae lanæ erant, de quarum praestantia sic Columella lib. 7. c. 2. *Generis eximia Milesia, Calabris, Apulisque nostri existimabant: earumque optimas Tarentinas: nunc Gallicae & Britannicae pretiosiores habentur.* Sed de Milesiis sic 3. Georg.

—quamvis Milesia magno
Velleramutentur Tyrios incolta rubores.

Id est, quamvis lanæ Milesiae majus sit pretium purpuræ Tyria infectae, parturam nam caprarum & mulctra copiosior est. Praeterea Martialis lib. 8. facit lanam Milesiam inferiorem alteram quadam.

Nec Miletiis erat vellere dignatum.
Vide plura de Mileto in scholiis Eustathii in versum Dionysii Periegeti.

*Μαιάνδρου ἢ παραθαλάσσιον ἔστιν ἄλλο δῖον
Μίλητον τε μέγαν καὶ ἐσυχρότερον. Περὶ δὲ τῆς*

I. Maandrus pinguis decurrit in mare inter Miletum, & Prienen spatiosam ubi praeter caetera *χορηγία*, Μίλητον πόλιν ἐπιφανῆ. Milesius civitas illustris cuius celebritas illic multis ostenditur nominibus. Praeterea mollities Milesiorum propter immodicum cultus & elegantiae studium abiit in proverbium, de quo lege *παρὰ κριανίαν, domi Milesia.*

Vitabit.] Sic loquutus est Od. 8. lib. 1. de Sybarito iavene, *cur olivum sanguine viperino cautius vitat*: pro quo Cic. dicit Epist. 2. lib. 7. *oderam multo pejus hunc, quam Clodium.* Item, *pati contumelias pejus odero omnibus malis.* Ita quoque Plauti Mercat. sed genere comparationis mutato in parium collationem: *Nempe rursus uxor est tua, quam dudum dixerat se odisse aequè atque anguis.*

Chlamydem.] De hac voce diximus in Grammat. Epist. 6.

Moriatur frigore.] Graecè dicitur, *ἀπολύσει ἢ ψυχροβασίσει frigore quatitur*, quam se patiatur indui vestem Milesiam.

Retuleris.] Hic alterum t. ectasin habet ad syllabam re producendam, & nomine panni intellige τὸ τελευτῶν διπλῶν, vilem & pannosam vestem & laceram, vel duplex pallium, vile & abjectum, quod Graeci dicunt τὸ φαχῶν, & definiunt τὸ ἱμάτιον διεσπασμένον, lacerum & sordidum pallium sub quo latet sapiens virtus.

Vivat ineptus.] Habes hanc vocem clarè expositam e Cicerone Sat. 1. l. 1. Potest hic dici Diogenes ineptus e praecedentibus, quod regibus & divitibus bene uti nesciret

nesciret, ut illi Aristippus objicebat: quod ajunt contigisse in balneis, ubi Aristippus dicitur coluto induisse vile pallium Diogenis, & saum purpureum reliquisse, ut hoc se indueret Diogenes: quod quum repudiasset, & frigore graviter morderi, quam eo armari & purpuratus videri maluisset, Aristippus servilem ipsius conditionem sic, ut hic videmus, criminatus est.

Res gerere.] Est hoc explicandum, τὴν μὲν ἀμιχρίαν καὶ τὰ νόμους, ἢ δὲ τὰ ἐπιπέμματα, πρῶτον, res tractare ad temp. non ad privatam pertinentes. Itaque bene rempublicam administrare, ejusque nomine res, ræclare gestas ostentare, de hostibus patriæ triumphasse, ad honores divinos esse aggregandum, attingit folium, &c. pro hoc dixit Poeta Ode 3. lib. 3.

Hac arte Pollux & vagus Hercules

Innixus arces attigit ignea.

aliquando tamen res geri dicitur, quum miles ferit: undè Salustius in Catil. *ensis telis res geritur gladiis*, id est, dimicatur: sic cædes Cæsaris vocatur res gesta.

Solum, &c.] Grammatici desectunt hanc vocem a soliditate materiæ, ex qua fit: Servius tamen a sessione putat dictum, ut sella, quasi sedium: quod quidem etymon posterius convenit τῷ θρόνῳ quod, ut θρόνος dicitur ἡ δὲ τὸ θρόνον, a sedendo, & definitur βασιλεὺς, ἡ δὲ βασιλεία, regia & magnifica sella, quam nonnulli tradunt augustiorem esse τῆς ἀρχαίας, & tribui tantum solitam Diis, regibus & potentioribus, ut folium Latinum.

Cælestia.] magnum opus & arduum conatur divinâ & immortalis gloriâ dignum, c'est une entre prise plus que humaine & digne de louange immortelle.

Non ultima.] Minus hic dicitur per negationem, quam intelligitur. Significat enim, placere regibus in maxima & summa laude ponendum, quod genus sermonis Grammatici τὴν μέγιστον ἢ τὴν μέγιστον appellant sine ulla ratione, ut monui in Rhetoricis Od. 1. lib. 1.

Non curvis.] Hæc est interpretatio hujus trimetri jambici Græci, ἢ πάντες ἀνδρὲς ἐς Κόρινθον ὁ μῦθος, id est, non datum est curvis Corinthum appellere, aut, ut est in interprete Strabonis jambicus conversus lib. 8.

non est Corinthum adire curvis integrum,

Significat autem τὸ τοῦ διὰ ἀρχαίων πρῶτον εἶναι: atqui hujus sententiæ origo variè tractatur. Suidas putat eam duci e difficultate portus Corinthiaci, qui geminus est propter Isthmum, alter Asiam, alter Italiam spectans, ut jam docuimus Ode 7. lib. 1. in explicatione τῆς βίβλου. Strabo censet illam natam e luxu atque divitiis Corinthiorum: Agel. 1. c. 8. refert acceptam Laidi scorto nobilissimo, ad quam propter formæ venustatem ditissimi quique tota Græcia adnavigabant: nemo tamen admittebatur, nisi qui solveret eam pecuniæ summam & pretium, quod copia suæ faciendæ statuisset. Itaque Demosthenes, quem ferunt eò clàm adnavigasse, magnitudine pretii perterritus rediit domum secum reputans non esse tantipœnitere emendum, ἐκείνῳ γὰρ ἢ ἐταίρῳ μεγάλῳ, sortum enim erat emitium mercede magnâ, ut loquitur Lucia. Alii ad multitudinem meretricum Corinthiacarum referunt, quarum diram rapacitatem Aristoph. in Pluto exagitat & reprehendit. Quidam hic arbitrantur Horatium alludere ad Laidem & ad Aristippum, qui se solum gloriabatur μὴ γινώσκοντα δαΐδι ἐκτρομῆθαι, cum Laidæ posse corpus commiscere multo minoris, quam alios & illius se esse dominum, cæteros verò ministros ac potius servos. Sed de usu hujus sententiæ, equidem existimo planè supervacuum Lectorem admonere. Quia commuæ est rerum omnium, ut inter se comparentur, ut hic ad ostendendam difficultatem conciliandi benevolentiam regum & divitum adhibe-

tur portus Corinthiacus appulsu difficillimus, quod ita jam pronunciamus, ut sit pars altera comparationis: atque etiam nunc enunciamus confirmanda memoria causâ: ut periculosum est appellere portum Corinthiacum: ita non sine periculo affectatur regum ac divitum amicitia, quomodo parasitus quidam Athen. dicitur accommodasse hoc proverbium ad suam professionem, ἢ πάντες ἀνδρὲς ἐπὶ τράπηλαι ὁ μῦθος, non cuiusvis est hominis navigatio ad mensam.

Sedit.] Donat. in hæc verba Terent. Adolph. Act. 4. Sc. 5. *An sedere oportuit domi virginem tam gravidam?* scribit sedere proprie verbum esse ignavia & celsationis, quemadmodum sumitur Æn. 12. initio, ubi Turnus parat se jactanter ad committendum cum Trojanis prælium: *sedeant, spectentq. Latini*, quod Galli ita interpretantur, *Que les Latins se deperient de ceffe bataille, & quils ne facent que regarder les combatans.* sic Cicero sedere videtur sumere pro nihil agere, Epist. 2. lib. 16. *vis ventis istinc navigatur: qui si essent, nos Corcyra non sederemus.* sedit igitur valet hic se continuit ac cessavit adreperere ad amicitiam regum & potentiorum, & super sediti conatu, nec ausus est tantum aggredi honorem: qui veritus sit, ne quid sibi malè succederet.

Quid qui pervenit.] Id est, Qui obtinuit, quod affectabat, dicendūne est fortis ac virilis? vel, estne ille magno & excelso animo vir? Ita indefinitè usurpavit hoc verbum Terentius Eun. Act. 1. Scen. 2. *sine me pervenire, quò volo*, pro, sine me narrare, quæ cupio, id est, in hoc, quod sequitur, versatur quaestio, utrum magnitudini animi & fortitudini tribuendâ sit conciliatio benevolentia regum.

Nomen mane.] Sat. 3. l. 1. exposuimus, quid sit verba dare & nomen mane apud Græcos & Latinos: propterea inde potes facillè repeterè.

Experiens.] I rerum multarum peritus & prudens: undè intelligimus virtutem versari in actione, non in contemplatione cerni, quum vir experiens rectè definitur longo rerum variarum usu ac exercitatione probè instructus: quibus vis consilii maturè postea dandi paratur: qualis cernitur in senibus, & eo nomine celebratur Nestor ab Homero.

Coram rege.] I coram amico divite & præpotente.

Distat.] Absolutè ponitur, nisi velis duo verba sequentia loco casuum esse, distat inter modestè sumentem & importunè extorquentem, vel, hic ab illo multum distat & divergens, id est, differt & interest.

Rerum.] Id est, summa rei faciendæ & amplificandæ, atque finis nempe in accipiendis a potente opibus. Sic Græci usurpant τὸ τέλος, τὸ κέρδιον. Simili quoque geminatione Cic. lib. 1. de Orat. appellat Socratem, fontem & caput Philosophorum, & ipsemet in arte pro altero dicit:

Scribendi rectè sapere est & principium & fons.

Sovor, &c.] Agel. 1. 13. c. 10 sic ex Labeone Antistio notat hanc vocem: *Sovor appellata est, quod quasi seorsum oritur & nascitur, separaturq. ab ea d. mo, in qua nata est, & in aliam familiam transgreditur*, prioris nomine in posterum extinctio in ipsa.

Firmus.] I idoneus ac sufficiens, certus. Hellenismus est, ἰκανὸς ἐν ῥαὶ κακὸς ποιῆν βλάστην ἐνεργῆν ἰσχυρὸς, βέλαιον τὸ ποιεῖν, qui potest facere bene ac malè, validus ad pondus sustinendum: certi o facturus hoc: pro quo Cicero dicit, Firmus ad defensionem: & discedet tamè nihilo firmior ad dolorem ferendum, quam venerat. 4. de Fin. Pro non firmus dixit Od. 1. l. 3. *fundus mendax.* hoc tamen ad conditionem temporum potius referendū est, quam ad terræ malignitatem. Significat ergo, non firmus est fundus pascere illū non satis esse fecundū & uberè ad suggereda familiæ alimēta.

Qui

Qui dicit.] I. qui tales fundit querelas, perinde facit, ac si mendicaret sibi bona.

Succinit.] I. alter servus competitor sub postulationem prioris succinat, ut de munere priori donato quarta sibi deducatur pars.

Quadra.] Bisariam hæc vox sumitur: aut enim potest significare mensuram orbiculum, ubi opsonia secantur, quo modo videtur sumendum veris. 2. Sat. 5. Juvenalis.

Ut bona summa putes aliena vivere quadra:

Id est, aliena mensa & impensa, aut pars quarta certæ quantitatis, qualis posset esse illius panis apud Hesiodum ἐπιφραϊς, qui dicitur ἀστὸς τετρατρυγος, & definitur, τέσσαρες κλάσματα ἢ μᾶλλον θράνματα ἔχον σαυροειδῆς, quatuor partibus constans instar crucis, Gall. *Ayant quatre pieces ou quartiers en forme de croix*. Ideoque Græcis dicitur etiam βλαμῆλις ἀστὸς, ut hic antè & a Romanis, quadratus panis, dictus ἀστὸς τῶν εἰς τέσσαρες θρόπην, quod est ἐς μέρη τέσσαρα in minuta frustula secare. Hic autem in quadra finditur munere, explenda est ellipsis præpositionis de munere, quam Martialis expressit, *scilicet quadra de placenta*, Gall. *un catter coupe du gasteau*. Martialis lib. 6. dicit etiam per refectionem,

Quum miris imâm veni mihi, quadramve placente.

Tacitus pasci.] Est hoc ferè omnibus avibus innatum, ut inventa esca gellant, & garritu eam aliis denunciant, parum tamen sibi prospicientes, quod ubi undique convolutam est, inventum sæpius inventori præcipitur, aut certè minuta illius portiuncula relinquunt.

Pusdapis, &c.] Hoc Græcè dicitur, πῦλὸν μὲν πλείω δ' αἰτῶν κλάστω δὲ ποδὶ πῦλ' ἀν' ἐρεῖδα καὶ θρόνον ἔχου.

Brundisium.] De situ hujus oppidi & etymodiximus Sat. 5. l. 1. ut de Surrento Sat. 4. libri. 2.

Viatica plorat.] Ἰ. Ὁδύρεται πεπλάσμενος τὸ ἐσθδὸν ἀποκρίβεις, sic dicitur lamentatur se viatico spoliatum, vel ὁ συνακόλμβος, μεμψιμοιρεῖ τῷ ἡγεμόνι ὁ ποικυπτικὸς περὶ τῶν ἡνῶν, ἢ τῶν τοῖς ἴσων ἐπιτηδεῖων ἐξερπασμένων. comes simulate queritur apud ducem de viaticis sibi ereptis.

Nota.] Porphyrio hunc locum annotate Truculento Plauti translatum, ubi sic adolescens loquitur de meretrice:

- Ita est disciplina in adibus lenoniis,
- Præquam unum dederis, centum, que poscat, parat.
- Aut avum perit, aut concussa pallula est,
- Aut emta ancilla, aut aliquod vasum argentum,
- Aut vasum abeneum aliquod, aut lectum dapsilis,
- Aut armariola Græca, aut aliquid semper est,
- Quod pereat, dibeatq; amans scortio suo.

atque ibidem comparat meretricem cum mari, Meretricem ego item esse reor, mare ut est: quod de, de vorat: nec unquam

Abundat. At hoc saltem servat mare, quod illi subest apparet: huic des

Quantumvis, nusquam apparet neq; datori, neq; acceptici:

De meretrice sic monet Hesiodus in operibus & diebus.

Μὴ δὲ γυνὴ σε νόον πυρρόσλος ἐξ ἀπατάτω
Λιμὴν καὶ κωπίδου τέλω δὲ φῶσα καλῆλυ.
Ὅς δ' ἰδῶμαι πέποιδ'ε, πέποιδ' ὄρα φιλήτησι.

ut mulier exornans nates decipiat mentem tuam blandè garruens & querens domum tuam: Qui enim mulieri confidit u confidit furibus. Ille sunt meretriciæ artes & calliditates. Verisimile autem est Poetam loqui decerta & nota quadam sui temporis meretrice.

Catellam.] Ὀνομα ὑποκοριστικόν a catena pro muliebri ornamento vel monili: sic dictum, ut Gramaticis placet, a caneteneudo. Pronunciatur etiã neutro genere a Plauto in Curc. *delscatu te hodie faciã, cũ catello ut accubes ferreo.*

Periscelidem.] Hæc vox est Græca deflexa ἀπὸ τοῦ σκέλος, σκέλος a crure. & illud ἀπὸ τοῦ σκέλειν ab attenuando, quod pars illa corporis sit ἀπερος graci is & carne nudata & incessus organū. Circumscribitur autè eius coxendice, pedisq; plantã, illiusq; partes sunt ὁ μηρὸς, ἢ κνήμη, ὁ πούς, femur, tibia & pes: hinc περὶ σκέλεος, καὶ τὸ περὶ σκέλεος, quod eius ambit, & in plurali τὰ περὶ σκέλεα sunt fem. oraliã, Gall. *haut de chausses* tibialia, Gallicè *bas de chausses*: ἢ περὶ σκέλεος ἴδης est mulierū ornamentum circa crura, q; Porphyrio dicit partibus illis adhiberi solitum adgressus earum componendos, cuius fit mentio Isaïæ 3. ubi illud Dominus se filiabus Sion detracturū minatur. Mulieres autem Galicæ ad utrum alterum videntur hodie ὑποκοριστικῶς, *Caleçon* etiam vocare, aut potiùs *σωμὸς ἀγμένος* *Caleçon*, Latine *Calcunū* & femoralcula & feminalcula, earum partium integumenta, quarum aspectus est verecundus. Ut autè Caligo dicitur, quod maximè aeris densi calore gignatur: sic tam Latina, caliga, caligula, calcunū, quàm Gallica chauffe, chuffete, caleçon, non equidem dubitabo declinare a calore crurum fovendo.

Uimox.] Id est ut nulla fides postea veris ac iustis querelishabeatur, nec is, qui semel deceptus est tali simulatione, curet in trivis deceptorem verè lapsum p dicit sublevare: quã expositione videtur distinguendum post ad sit nota membri, non periodi, & legendum *curet non curat*.

Crure planum.] Πλάνος vox est Græca significans propriè vagum, cui nullæ sunt certæ atque statæ sedes, qui etiam πλάνος πτος dicitur, quod utrumque Eustathius defleat: περὶ τὸ πλανάν & μεταρρετικῶς hac definitione declarat: τῶν ἔχον τέχνην τοῦ ἀπὸ πλάνου τοῦς θεωμένους, ἵστικ tenere artem in fraudem inducendi spectatores, vel illorum oculos perstringendi, quales Athenæus l. 1. memorat duos, γέρουσι δὲ καὶ πλάνοι ἐνδοξαί, ὡς Κηριστοδῶρος, καὶ Πανταλέων, sed fuerunt, inquit, insignes præstigiatores, quorum unus fuit Cephisidorus & alter Pantalcon Itainterpretes novi testamenti cap. 27. seductorem & impostorem vertunt, quo accedit Agel. l. 16. c. 7. interpretans Syco hantam. Interdum planus sumitur ἁπλοῦς, adjectivè pro fallaci & doloso, ut ad Timotheum Epist. 1. cap. 4. initio, τὸ δὲ πνεῦμα ἰητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστροῖς καί τοις ἀποστολῆται ἴνεις πῖς πίσεως προσέχουτες πνεῦμασι πλάνοις. Spiritus autem nominatum dicit posterioribus temporibus futurum, ut nonnulli a fide desistant fraudulenti spiritibus auscultantes. Ad hanc quoque hujus vocis rationem arbitror equidem illud Xenophontis Præd. 1. posse aptè quadrare. δὲ τὸν μέλλοντα τύπο ποιῆσαι, καὶ ἐπιβαλὸν εἶναι καὶ κερφύρον καὶ δολερόν καὶ ἀπατεῶνα καὶ κλέπτην καὶ ἀπαρῆα oportet esse, qui hoc facturus est, esse insidiatorem, dissimulatorem, dolosum, impost rem, furem & rapacem. To implanator, quo Cyprianus utitur pro impostore, ab hoc Græco duci videtur. Postremò præter hunc Poetã & Agellium Cicero pro Cluentio & Plinius hæc vocè fecerunt Latinam, & ego in illius explicatione diutius sum moratus, ut Lectores commentariorū moverem ex ea opinione, quã planus creditus esse nomen hominis proprium φεράντων, veritati ipsius rei respondens.

Juratus.] Hic ἐπισημητικῶς sumendum est, pro, ubi juravit per sanctum Osirim. Hanc autem syntaxin Servius in 12. Æneid. ad vers.

Hæc eadem Aenea terram, mare, sidera juro. sic comparat cum ipsa Virgilio ut æstimet ornatiorem eloqueutionem ἢ cribram apud majores, quam si velis addere præpositionem, ut si dicas per maria, per terras. Immemor fuit hic interpres vers. 458 Æneid. 6. Per sidera juro: per superos. & 9. lib. ejusdem, per caput hoc juro & Cic. in Orat. pro Rab. Post. ubi semel quis pejeraverit, si credi postea, etiã si per plures Deos juret, nõ oportet. huc accedat distinctio utriusq; sermonis e diversa dialecto, qui

fingentes. Quamobrem illos profitebatur omnium horarum amicos. Talis autem amici descriptionem lege apud Agellium lib. 12. cap. 4. ex Ennio sub persona Gemini Servilii.

In quem duplici panno.] primum est periphrasis Drogenis ex adjuncta vestitu, deinde in panno est metonymia materix pro pallio inde facta.

9 Metaphora est ab iter facientibus pro ratione, genere & instituto vitæ mutato. Communis est hic tropus Hebræis & Græcis cum Latinis: illis per verba חלחל halac, דרר darac, ambulavit, trivit, & per, inde flexa, חלחל halicah. דרר detec via & iter, ut est in primo vers. Psal 1. autè Græcis per hæc, εἰς εἰνεν πᾶτον ἀδελφῶν, fugere consuetudinem hominum, τειβον τε μιν, ἢ ἀρετῶν ὁδὸν ἵνα ἴδωσιν τὴν βίαν, viam inire, secare semitam, institutum vitæ ingredi; simili tropo dixit & Lucas Act. 9. de Saulo, εἰς ἅν τινος εὐση τῆς ὁδοῦ ὄντας ἀνδρες, si quos inveniret ejus instituti ac sectæ, & professionis.

1 Si construis, Chambydem Mileri erit metonymia subjeçti, pro lana Milefia, ex qua clamys textitur si verò construis, vitabit chlamydem textam Mileri, nullus erit tropus, sed propria significatio rei facta in illo oppido.

f Synecdoche est generis pro pallio vili & sordido, cujusmodi notata est Od. 35. l. 1.

Te spes & albo rara fides colit
Velata panno.

e Allegoria est Hyperbolica è continuatis metaphoris

quâ significat eum, qui rectè gessit Remp. & de hostibus triumphavit, secundum à Jove honoris gradum meruisse.

u Altera est allegoria ex ejusdem tropi continuatione pro, non omnes gratiosi esse possunt apud principes & divites: quod si qui fortè sunt consecuti, ex his pauci illorum gratiam diu possunt retinere.

x Concessione difficultas conciliandi potentes amicos firmatur.

y Epanaphora est, ut postea, in *non* repetito.

z Metaphora est satis nota pro principio & summa rei, sicut fons pro origine ejusdem.

aa Profopopœia est importuni ac molesti flagitatoris.

bb Altera est Profopopœia servi priori succinentis.

cc In quadr. v detur triplex tropus: primum est metaphora à parasitis, qui vivunt alienâ quadrâ: deinde metonymia subjecti pro ipsis opsoniis: postremò synecdoche speciei pro quo vis genere muneris, cujus semilem competitor efflagitare hinc videtur.

dd Summum est à mucrone ferri cote attenuato, id est, à corpore ad animum ad meretricis astutiam, calliditatem & technas indicandum, quemadmodum Epist. ad Pisones dicit, argutum judicis acumen.

ee Apparatus est ad aliam profopopœiam impostoris querendis, credite, &c. cui inducitur vicinia sic respondens: Quare peregrinum.

Epistola XIIX. AD LOLLIUM

Theticum,

Quid homini amicitiam professo sit fugendum, quid etiam expetendum atque faciendum, ad animi tranquillitatem, *idmōs* docet.

Si bene te novi, metues liberrime Lolli,
Scurrantis speciem præbere professus amicum.

Ut matrona meretrici dispar erit, atque

a Discolor: infido surra distabit amicus.

Et huic diversum vitio b vitium propè majus,

c Asperitas agrestis, & inconcinna, gravisque,

Quæ se commendat tonsâ cute, dentibus atris:

Dum vult libertas mera dici, purâque virtus,

2. Virtus est medium vitiorum & utrinque reductum.

3. Alter, in obsequium plus equo pronus & imi

Derisor d lecti sic nudum divitis horret:

Sic iterat voces & verba cadentia tollit:

Ut puerum sevo credas dicta a magistro

Reddere: vel partes nimium tractare secundas.

4. Alter rixatur de glana sæpè caprina:

g Propugnat nugis armatus: scilicet, ut non

Sit mihi prima fides, & verè quod placet, ut non

Acritera elatrem: pretium etas altera sordes.

5. Ambigitur, quidem? Castor sciat, an Docilis plus.

Brundisium Numici melius via ducat, an Appi.

6. Quem damnosa Venus: quem præceps alicui

dat:

v Gloria quem supra l vires & vestit & ungit:

Quem tenet argentisitis m importuna famelq;

Quem paupertatis pudor & fuga, dives amicus

40 Sæpè n decem vitis instructior, odit & horret.

Aut si non odit regit, ac velut pia mater

Plus quàm se sapere & virtutibus esse priorem

Vult, & ait propè vera: Mihi contendere noli.

45 Stultitiâ patiuntur opes: tibi parvula res est.

Arcta decet p sanum comitem toga: desine mecum

Certare 7. Eutrâ pelus cuicunque nocere volebat,

Vestimenta dabat pretiosa. Beatus enim iam

Cum pulcris tunicis sumet nova consilia, & spes:

50 Dormiet in lucem: scorto postponet honestum

Officium, nummos alienos q pascet: ad imum

Thrax erit, aut olitoris aget mercede caballum.

8. Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam:

55 Commissumque teges & vino t tortus & irâ.

Nec tua laudabis studia, aut aliena v reprendes:

Nec quum venari volet ille, poemata x panges.

Gratia sic fratrum geminorum Amphionis atque

60 Zethi y dissiluit donec suspecta se vero

z Conticuit lyra: fraternis cessisse putatur

Meribus Amphion: tu cede potentis amici

Lenibus imperiis, quotiè que educet in agros

65 Aetolis onerat a plagis jumenta canesque,

Surge & in humana a senium deponere Camæne:

Canes ut pariter pulment a laboribus emta.

Romanis solenne viris opus utile fama,

Vitæ q membris: p. præsertim quum valeas, &

bb Vel cursu superare canem, vel viribus aprum

Postis adde, virilia quod speciosius arma

Non est qui: tractet scis, quo clamore & coronae
 ad Praelia sustineas campestris denique savam
 Militiam puer & Cantabrica bella tulisti
 Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit,
 Et nunc, si quid abest, Italis adjudicat armis.
 10. Ac ne te retrahas & inexcusabilis absis:
 Quamvis nil extra numerum fecisse modumque
 Curas, interdum nugaris rure paterno:
 11. Partitur lintres exercitus: Actia pugna
 Te duce per pueros hostili more refertur.
 Adversarius est frater: lacus, Aëria donet
 Alter utrum velox victoria fronte coronet.
 Consentire suis studiis qui crediderit te,
 Fautor utroque tuum laudabit & pollice ludum:
 12. Protinus, ut moneam siquid monitoris eges tu,
 Quid de quoque viro, & cui dicas sepe ff videto.
 Percontatorem fugito: nam garrulus idem est:
 Nec retinent patu la commissa fideliter aures:
 Et semel emissum eg volat irrevocabile verbum:
 13 Non ancilla tuum jecur h' ulceret ulla, puerve.
 Intra marmoreum venerandi limen amici.
 Ne dominus pueri pulcri caræve puella,
 Munere te parvo beet, aut incommodus angat.
 14. Quae commendes, etiam atq; etiã aspice: ne mox
 Incutiant aliena tibi peccata pudorem.
 Fallimur & quondã non dignum tradimus. Ergo
 Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri:
 Ut penitus notum, si tentent crimina, serves,
 Tuterisque tuo fidentem presidio qui
 Dente Theonino quum circum roditur, ecquid

Ad te post paulo ventura pericula sentis?
 Nam tua res agitur, h' paries quum proximus ardet:
 Et neglecta solent incendia sumere vires.
 15. Dulcis in expertis ll cultura potentis amici:
 Expertus metuit: tu dum tua navis in alto est,
 Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
 Oderunt hilarem strites tristemque iocosi:
 Sedatum celeres: agilem gnævumque remissi:
 16. Potiores bibuli me dia de nocte Falerni
 Oderunt porrecta negantem pocula quamvis
 Nocturnos jures te formidare vapores.
 16. Deme supercilio nubem: plerumque modestus
 17 Occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
 18. Inter cuncta leges & percontabere doctos,
 Quæ ratione que as traducere lenitet ævum.
 Ne te semper inops agitet vexetque Cupido:
 19 Ne pavor & rerum mediocriter utilium spes.
 Virtutem doctrina xx paret naturæ donet:
 Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicū:
 Quid parè xx tranquillet honos, an dulce lucellum,
 An xx secretum iter, & fallentis semita vita.
 19 Me quoties reficit gelidus Digentia rivus,
 Quem Mandela bibit ragosus frigore pagus,
 Quid sentire putas, quid credis amice precari?
 Sit mihi, quod nunc est: etiam minus: ut mihi vivã,
 20 Quod superest ævi si quid superesse volunt Di.
 Sit bona librorum, & provisa frugis in annum
 Copia: ne xx fluitem dubia spendulus hora.
 Sed satis est orare Jovem, qui donat & aufert:
 21 Det vitam, det opes: æquum m' animū ipse parabo.

Analysis Dialectica.

ΕΝΘΑ ΜΕΝ ΔΙΟΥΤΟΣ ΠΟΙΗΤΗΣ ΗΘΟΠΟΙΕΙ ΤΟΥΣ ΦΙΛΟΥΣ, HIS POETA FORMAT IPSE MORES AMICORUM, & ITA HÆC EPISTOLA, UT PLERÆQUE UT ANTECEDENTES, MORATA DICI POTEST, CUIUS PROFECTIO SENTENTIA MELIUS INTELLIGATUR, DEFINIENDUS EST NOBIS AMICUS, QUEM & SOLA VIRTUS ALTERI CONCILIAVIT, & ITA CONSERVARE POTEST A SOLET, FIDE, VERITATE, AC FIRMA DE ALTERO BENE MERENDI VOLUNTATE, UT SIT ΜΙΑ ΨΥΧΗ ΔΥΟΝ ΣΩΜΑΤΩΝ ΗΝΟΙΚΟΥ, UNUS ANIMUS IN DUOBUS CORPORIBUS SEDEM HABENS: & CETERÆ HÆC DESCRIPTIO MIRUM IN MODUM REFERT ETYMUM VOCIS AMICUS, QUAE DICITUR QUASI ANIMÆ QUUS, ΟΥΚ ΟΠΙΩΝΟΣ ΑΜΙΧΟΥS UT ALIAS FUIT ANNOTATUM. ITAQUE AMICITIA EST QUÆDAM ΙΣΟΨΥΧΙΑ, & EQUABILITAS ANIMORUM. QUARE QUI VOLET HABERI & ESSE SINCERUS, STABILIS, VERUS, AC FIDELIS AMICUS METUET CONFISTERE ULTRA VEL CITRA HUIUSMODI FINES AMICITIAE, QUOS CERTÈ TRANSILIRE SOLENT DUO HOMINUM GENERA, UNUM ASSENTATORUM, ALTERUM MOROSORUM SPECIE AMICITIAE: QUORUM, UTRUQUE ARISTOT. ETHIC. 2. CAP. 7. HIS NOMINIBUS DISTINGUIT ΔΕ ΕΙΣ ΠΡΩΤΟΝ ΕΝ ΤΩ ΝΔΕΙ ΤΩ ΕΝ ΤΩ ΒΛΗ, ΕΙ ΜΕΝ ΨΕΥΔΟΣ ΕΝΕΚ ΑΡΕΣΤΟΤΕΛΟΥΣ, ΕΙ ΔΕ ΑΡΕΛΕΙΑΣ ΤΗΣ ΑΥΤΗΣ ΚΟΛΛΑΕ. QUI MODUM SUPERAT IN FACETIIS VITAE, SI NULLIUS REI CAUSA DICITUR CAPTATOR GRATIAE, SI VERÒ UTILITATIS REI CAUSA FECERIT, ASSENTATOR. HÆC AUT VOX GRÆCA POSTERIOR NON MULTUM DISTAT RATIONE NOMINIS A PARASITO, QUAE BLANDA ASSËTATIONE CAPTAT CANAS DITIONUM: ALTERA ENIM A CIBO ALTERA A FRUMETO NOMINE INVENIT. IDEOQUE ARIST. 3. ETHICORUM SCRIBIT ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΚΟΛΛΑΚΑ, ΘΗΛΙΜΟΥΣ & ΤΟΥΣ ΙΑΠΕΙΝΟΥΣ ΚΑΛΑΚΙΑΣ. OMNES ASSËTATORES ESSE MERCENARIOS, ΕΘΥΝΕΣ QUI SE NIMIS ABΙΨΟΥΝΤ ΙΝ ΡΕΟΙΣ ΕΣΣΕ ΑΣΣËΤΑΤΟΡΕΣ QUOS ATHENÆ 1. 6. SCRIBIT NŌDIU FLORETE, QUOD NEMO GAUDEAT ASSËTATORE CANO SED DE GRATIAE AC STUDIUM ALIENI AUCUPATORE QUAE JÀ APPELLAVIMUS ΤΩ ΔΕ ΑΡΕΣΤΟΤΕΛΟΥΣ SIVE DE CIVILI AMICO, UT DICITUR A BUDZO. SIC ARIST. ETHIC. 4. C. 6. ΕΝ ΔΕ ΤΑΙΣ ΟΜΙΛΙΑΙΣ & ΤΟ ΣΥΖΗΤΗ, ΟΙ ΜΕΝ ΑΪΣΧΟΙ ΔΟΧΟΥΝ

ΕΙΝΑΙ, ΟΙ ΠΑΝΤΑ ΠΕΡΕΣ ΗΘΟΠΟΙΩΝ ΕΠΑΙΝΟΥΤΕΣ & ΨΕΥΔΕΙΣ ΑΠΡΟΒΛΗΤΕΣ, ΑΝ ΔΕ ΜΕΝΟΙ ΔΕΙΝ ΑΝΥΠΟΙ ΤΟΙΣ ΔΟΥΤΟΥΧΑΙΟΝ ΕΙΝΑΙ, QUI FAMILIARI SERMONE, & CONVICIUM BLANDO GRATIAM AUVITUM AUCUPANTUR, HI ΟΜΝΙΑ AD VOLUPTATEM ΕΟΙΩΝ ΛΑΥΔΑΝΤ, & APPROBANT, ΑΡΒΙΤΡΑΤΙ, NON ESSE MOLESTIAM HUIUS EXHIBENDAM, QUIBUS OCCURRANT, ΟΙ ΔΕ ΕΞΕΡΑΤΙΑΣ ΤΩΤΟΙΣ ΠΕΡΕΣ ΠΑΝΤΑ ΑΠΡΟΒΛΗΤΕΣ, & ΤΗ ΛΥΠΕΙΝ ΨΕΥΔΕΙΣ ΕΡΩΤΗΤΟΙΣ, ΔΥΣΚΟΛΟΙ & ΔΥΣΤΕΙΔΕΣ ΚΑΛΩΝ ΤΑΙΝ, QUI VERÒ CONTRΑ, ΙΤΩ, Η, AD ΜΝΙΑ ΑΡΕΠΟΥΓΙΑΝΤ, ΝΕC ΑΛΛΟ ΚΥΙΔΕΜ ΜΟΔΟ ΛΑΔΕΡΕ VOLUNTATEM ΣΕΔ ΑΛΙΟΥΜ ΚΥΡΑΝΤ, HI ΜΟΡΟΦΙ, ΔΙΦΦΙΛΕΣ ΑC ΛΙΤΙΓΙΟΦΙ VOCANTUR: SED DUM LITA SE GERUNT, VERUM AMICI OFFICIUM DEFERUNT, CUIUS EST PRÆTER CÆTERA PROPRIUM & MONERE & MONERI, & ALTERUM LIBERÈ FACERE, NON REPUGNANTER. HÆC DAM ACCIPIUNTUR AMICÈ & BENEVOΛÈ FIUNT, AMICI NON PRÆCIPITES IN VITIA FERUNTUR: SED CONTRÀ MATURE À PECCATIS REVOCANTUR. ADDAM EX ISOCRATIS SENTENTIA, QUO SIT ASSENTATOR HABENDUS LOCO, ΜΙΣΤΕ ΤΟΥΣ ΚΟΛΑΚΔΕΥΟΝΤΑ, ΩΣ ΠΕΡ ΤΟΥΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝΤΑ, ΑΜΦΩΤΕΡΟΙ ΔΕ ΠΡΕΥΔΕΤΕ ΤΟΥΣ ΠΡΕΟΥΤΟΤΑ ΔΔΙΚΟΥΜ. ODERIS ASSENTATORES, UT IMPOSTORES: UTRIQ; ENIM FIDEM MERITI, INIURIÀ SIBI CREDENTES AFFICIUNT. ΤΑΙΣ ΔΕ ΑΠΟΤΑΙΕ ΤΕΣ ΠΟΡΤΥ, Ι. FRAUDIBUS ENIM DELECTANTUR. IDEO PINDARUS ΠΥΘ. Β. ILLOS FACIT ΕΡΩΤΙΩΝ ΤΩΙΣ ΑΛΩΠΕΚΟΝ ΙΚΕΔΟΥΣ, Ι. MORIBUS IMPENSE SIMILES VULPIBUS, & TANQUAM LUPUS LATRATU EXAGITANDOS, PRÆTEREÀ EST APUD SENECAM IN PRÆFATIONE LIB. 4. NATURAL QUÆST. INSIGNIS DESCRIPTIO ASSENTATORIS, FUGIT ERGO, Ν. Ι. ANCI, QUOD FACERE CONFUESTI AT VITIA QUANTUM POTÈ, SE SEPARO, ΝΕC ADULATORIBUS LATIUS PRÆBEAS ART. FICES SUNT AD CAPTANDOS SUPERIORES, PAR ILLIS, ETIAM SI BENE CAVERIS, NON ERIS, MIHI CREDE, CAPIERIS, SI PRODITUM IPSE TE TRADER, HABENT HOC IN SE NATURALE BLANDICIA: ETIAM QUUM REICIUNTUR, PLACENT: SAPE EXCLUSA, NOV SIMÈ RECIPUNTUR. HOC ENIM IPSUM IMPRANT, QUOD REPELLUNTUR & SUBIGI ΝΕ CONTUMELIÀ QUIDEM POSUNA

sunt. Quibusdam intermissis additur præcautio. ad hoc exemplar componeris. Quum quis ad te adulator acc. sserit, dicit, I tu, ista verba, que tam ab alio magistratu ad alium cum licitoribus transeunt, ferto ad aliquem, qui parva facturus, vult quicquid dixeris, audire. Ego nec decipere volo, nec decipi possum, Laudari me à vobis, nisi laudaretis etiam malos, vellem. Quid autem necesse est in hoc descendere, ut te petere cominus possint. Longum inter vos sit intervallum. Quum cupieris bene laudari, quare hoc ulli debeas? Ipse te lauda, dicens, liberalibus me studiis tradidi, quamquam paupertas alia suaderet, & ingenium eò duceret, ubi præsens studii præmium est, ad gratuita carmina deflexime, & ad salutare Philosophie studium contuli. Ostendi in omne peccus cadere virtutem: et eluctatus natalium a iugis suis, nec sorte me, sed animo mensus, par maximis steti. Hæc dicta sunt de assentatore amico. & nunc de moroso amico dicamus. Hunc Arist. appellat Ethic. lib. 2. cap. 7. ut supra, ο δὲ ἄλλεπὼν ἐν πᾶσι ἀνδρῶν δυσχερὲς καὶ δύσκολος & lib. 4. Ethic. cōn cap. 6. ο δὲ πᾶσι δυσχερῶν ἐστίν, ὅτι δύσκολοι καὶ δυσχερῆς. Qui vero modum deficit, in omnibus est in iucundus, contentiosus & morosus. Idem quoque dicitur omnia gravatè ferre & indignari. Hæc quidem mihi certè visa sunt, quæ Analyti Dialecticæ præponerentur ad faciliorem illius intelligentiæ. Nunc igitur Poeta initio non planè affirmat. *Lellum in hæc duo extrema amicitie vitia lapsus est, quum scribit comparatè eum non fore suo iudicio scurræ similem.* Ita ipsemet videtur amicitie leges servare, dum amicum monet amicè, rationem rectè amicitiam Augusti retinendi ac colendi, cautè utriusq; extremi vitii declinatione, quam primùm suadet similitum collatione, quòd, ut matrona discrepat à meretrice omni honestate, pudicitia & illustri famâ: sic verus amicus distinguatur ab assentatore, fide, sinceritate, benevolentia & veritate. Observandam tibi est, Lector, hoc comparationis genus, ubi dissimilia utriusq; bina inter se conferuntur. Nam in protati matrona & meretrix tantum inter se differunt, quantum honestas & turpitudò, quantum pudicitia & stuprum, quantum denique puritas & obscenitas: in apodosi verò (pro qua maiè quidam antapodosi notârunt, ut est quoq; oblativum in Epist. 1. huius libri & reddit onem similitudinis interpretati sunt, ut etiam Od. 1. lib. 1. præmonitum est) summa est studiorum & moram distantia inter amicum & scurræ, & assentatorem, sicut potuisti è definitione superiori percipere. Res igitur tam inter se dissidentes ita conferuntur, ut que ratio est matronæ ad meretricem, eadem quoque sit amici ad assentatorem. Sed utriusq; dices, est hic in quæstione: utrum simile continet? Quæstio & res, de qua habetur sermo, est fidus amicus & infidus scurræ, ad quorum naturam exprimendam quæsitæ sunt & inventæ duo similiba, non sibi quidem ipsis, sed binis terminis quæstionis uti jam docui. Itaque simile, id est argumentum in protasi, & res in apodosi, ut loquitur Quintilianus. Aptissima quidem cerè est hæc similitudo ad Lollium deterrendum & avocandum ab assentatione, quum intelligit scurræ & assentatorem eodem haberi loco, quo meritorium scortum. Quare rectè à sapientibus præceptum est, assentationem, vitiorum ministræ, procul ab amicis removendam, ut funestam amicitie pestem. Hoc autem extremum vitium est ἐν υπερβολῇ in excessu amicitie: alterum est ἐν ἐλλείψει, in defectu, & dicitur Latine asperitas vel morositas, quæ squalore & immunitate sibi perluadet opinionem honestatis, libertatis fidem & veritatis, & demonstratur minorum collatione, quod assentatio minor fere sit morositas.

2 Docuit adhuc, consulte cavendum esse Lollio ab adulatione & morositate, vitis amicitie extremis, sed ejus medium tenendū, i. quo virtutis palma posita est, undè ἐν δουρικρατικός conficere possis è disparatis assentatio est vitium,

Ergo vitanda: Morositas est vitium: quare etiam cavenda: Atqui amicitia est virtus inter utrumq; med. a. Que vitios periphraistica descriptione declarata fuit Saty. a. 1. lib. 1. his vet libus.

5 Est modus in rebus: sunt certi deniq; fines, Quos ultra c. trag. n. quit consistere rectum.

quæ quum medium teneat inter hyperbolen & ellipsin, studiosè colenda est, sed assentatio, & morositas sunt extrai illud medium utrumque igitur est vitiosum quales habetur utriusq; dediti. Sed ad intelligentiã huius medii videtur locus Plut. πῶς τῆς θειᾶς ἀρετῆς ἀπυλλιστῶς προφερόμενος, ἐπεὶ δὲ πολλαχῶς τὸ μέσον, (καὶ γὰρ τὸ κεκαρμένον τῶν ἀρετῶν μέσον, ὡς ἀδίκου καὶ μέλανος τὸ φαιόν, καὶ τὸ πεισχόν καὶ πεισχόμενον τὸ πεισχομένον καὶ πεισχόν) ὡς τῶν διαδέκα καὶ τετάρων τὰ ὅκτα, καὶ τὸ μισθότερον τῶ ἀκρων μετέχον, ὡς ἀγαθὸν καὶ κακὸν τὸ ἀδιάφορον) τῶν μὲν ἐν τῶν τριῶν ἀρετῶν εἰς ἀν μισθότης, ἔτε γὰρ μὴ τῶν κακῶν ἐστίν, ἔτε ἐμπειροχρησι τάλαντων, ἐμπειροχρησι τῶν πλεονῶν, ὅτι τοῦ πλεονῶντος ἔτε ἀπὸ πᾶσι παντῶν τῶν ἀνηπικῶν ὀρμῶν ἐν αἰς τὸ μέλλον καὶ τὸ ἠτιόν ἐστι γίνεται δὲ μεσότης καὶ ἀγαθῆς καὶ κακοῦ τῆς ἀρετῆς καὶ ἀρετῆς ἀρετῆς, ἐκείνη γὰρ ἐμμελὴς ἐστὶ φωνῆ, καθάπερ ἡνίκα καὶ ὁ πᾶσι τῆς μὲν τῶν ὀκτώ, τῆς δὲ τῶν βαρῦτητι τῶν ἄλλων διαφέρουσαν, αὐτὴ τε κίνησις ὕψους καὶ δύναμις πῶς τὸ ἀλογον, τὰς ἐκλύσεις καὶ τὰς ἐπιτάσεις ὅλος τὸ μέλλον καὶ ἠτιόν ἐξαρτῆς τῆς ὀρμῆς, εἰς τὸ μέτρον καὶ ἀναμείκτων καθὼς αἴσθησιν παθῶν ἐκείνων. Interpretes Gallicus clarè hæc ita reddidit,

25 Mais pour ce qu'il y a de milieu & de mediocre de plusieurs vertus, il nous faut définir, quel milieu & quelle mediocre est la vertu morale. Premièrement donc il y a un milieu composé des deux extrémités comme le gris ou le tanne composé de blanc & de noir (quod compositum Latini dicunt fuscum vel pullum) & ce, qui contient, & ce qui est contenu, & moien & milieu entre ce, qui contient & ce qui est contenu seulement, comme le nombre de huit est contenu entre le douze & le quatre. Le qui ne participe & ne tient de nulle des extrémités, s'appelle aussi moien & milieu, comme ce qui est indifférent entre le bien & le mal. Mais vertu ne peut estre milieu, ne moien selon pas une de ses interpretations parce quelle ne peut estre composition ni meslange de deux vices, ni ne peut contenir ce qui est moins, ni estre contenue de ce qui est plus, que le devoir, & si n'est point du tout exemplee des passibles emotions subjectes au trop, & au peu, & au plus, & au moins: mais plusostelle est & s'appelle milieu & moien selon la mediocre qui est aux sons & accors de voix. Car il y a en la musique une note & une voix qui s'appelle moienne, pour ce quelle est au milieu de la basse & de la haulte, qu'on appelle Hypate, & Nete, se retirant de la haulte, de l'une, qui est trop aige, & de la basse de l'autre, qui est trop grosse.

30 Ausi la vertu morale est certain mouvement & puissance en la partie irraisonnable de l'ame, qui tempore le relachement ou roidissement, & le plus ou moins qui peuvent estre, reduisant chaque passion à temperature moderee pour la garder de fallir. Si hæc, Lector, in genere dicta tibi non satis faciant, aut ad ito locum citatum, undè sigillatim disces τὰς μεσότητας virtutum, aut Grammaticos consul to. cur genus inter virile ac muliebre appellat τὸ μετὰ τὸ γένος ἢ ἐστὶν ἄλλο. Respondebunt procul dubio res hoc genere medio indicatas neq; natura neq; specie virili aut muliebre præditas esse. Ita certè mediocritas illa aurea inter extrema vitiosa nihil habet cum his commune. Restat igitur, ut amicitia expetenda sit, atq; colenda: extrema autem utriusq; declinanda id est, assentatio & asperitas.

35 Summa fuit adhuc Epistola: quæ verò post dicentur, à definitione proxima virtutis longe ostendentur abesse, ac confirmationes illius tantū & amplificationes erunt utriusq; partis & descriptio potentioris amici: postremò cohortatio ad querendam vitam tranquillitatem. Primùm igitur assentatoris ingenium declaratur majorum collatione: quòd plus indulgeat vitis potentioris amici: & illius moribus offici-

40

45

50

55

60

65

bis officiosius obsequatur, quam leges amicitiae requirant. Deinde effectis, quod infimum epularis accubationis locum derideat: postremo duplici similitum comparatione, quod ut discipuli solent vel vocem praeceptoris praelegentis subsequi, vel dictantis verba excipere: sic assentator sermonem amici divitiis blandè excipere, iterare, & affirmare, quod ille affirmavit, & negare, quod idem negavit: ut etiam actor secundarum partium in comedia temperat modum sui gestus ac vocis ad vires & facultatè primas partes agentis sic assentator ad nutum potentioris amici totum se convertit. Hanc assentatoris imaginem Mich. Hospitalius Franc. Cancell. si non expressit, certè adumbravit epist. ad Card. Loth.

— *Laus est non ultima fingere vultum,
Et simulare probè, nec qui vel fallere nescit
Mentiri, feret sapientis nomen in aula.
Hac quia divitiis prudentia cogit & aurum,
Quæritur à multis: sed enim delecta malis se
Implicat innumeris, & pœnas deniq; solvit.
Quam vellent vixisse domi sub paupere tecto,
Contenti modicis opibus, mensaq; paternâ!
Quæ si vitia minus splendet, si rem minus auget:
Expers invidia tamen est, exorsq; pericli
Securo si vitur rerum, quas possidet, usu.*

4. Deinde ingenium quoq; illius dysscoli & agrestis exprimitur: ex factis & comparatione minorum, quod de rebus levissimis soleat rixas excitare, propugnare, tanquam proferius ac gravibus causis, sic pro re nullius ponderis ac momenti: cuius prima fidei defensionem sibi interclusam ferret iniquiori ani no, quam vitam longiorem vel immortalitatem sibi negatam.

5. Proponuntur comparatè è quaestionibus, quarum tam obfirmato animo propugnationem & defensionem suscipit, duæ, uter sit artis gladiatoria, vel histronica peritior, Castor nè an Docilus. Deinde, utra via brevior sit ad Brundisium Numiciæne, an Appia.

6. Vitia inferiorum amicorum observata & animadvertita sunt adhuc: illa potentioris amici excutimus inde, unde Poeta incipit, Primum describit illum à majorib. longè vitiosorem esse inferiori amico, licet hic sit mulierosus, aleator, gloriosus, summe cupidus pecunie, paupertatis pudore dejectus: Deinde ex effectis & similibus, quod hunc summo odio prosequatur: vel utaregat, ut mater filium: postea minorum collatione, quod in eo majorem prudentiam requirat, quam in se ipso. Aetiologia hujus cõparationis est ex diversis, quod perpetuus sit, aut potentior, comes opum amentia & stultitia: pannosam verò paupertatem se pius prudentia & consilium sequi videantur: Undè efficit, non esse inferioris amici cum potentiori certamen instituere, nec splendide se vestire.

Exemplo agit superior amicus cum inferiori, i. argumento extrinsecus assumto: Eurapelus, si quem obiabat amicum inferiorem ad assensum redire & perire, elegantius solito illum ornabat, unde ille insolentior factus, quod erat sui officij plane oblitisceretur, & misere tandem peribat: quod illum turpiter imprudenterq; facta pertraxerunt: quamvis supra hic potentior amicus amentia ac improbitatis insimulatus sit, ei tamen rectum tribuitur consilium ad correctionem inferioris, quod quibusdam videtur non satis decorum, ut docet P. Iones.

— *Servetur ad imum
Qualis incepto processit, & sibi consistet, deinde
Reddere persone scit convenientia cuiq;.*

Jam Poeta resumit personam monitoris, & multa sapientum τὰ ἀποδείγματα memorat Lollio. Est profecto illud Menandri trimetrum distichon longè verissimum:

Ἀπαντες ἐσμεν εἰς τὸ νετεδῶν σκεῖ.
Ἀυτοὶ δ' ἀμαρτάνοντες ἢ γυρόσκαμιν

Omnes quidem sumus ad alios monendum sapientes. Sed ipsi errata nostra minime agnoscimus.

Itaque Lollius moneatur, ut si velit rectum amico prestare officium, rem sibi creditam fideliter celet, etiam vinolentus ac iratus: sua ipse studia minime commendat: nec aliena culpet: nec eorundem dissimilitudine amicitiam dissociet: quod postremum confirmat exemplo similiter tractato, & ita contractè potest judicari: dissimilitudo morum & studiorum amicitias dissolvit: quomodo gratia Zethes Amphionis fratrum divisa est: undè potes ex adversis conficere: Eam igitur & similitudine eorundem conciliari, & obsequio fovenda par est. sic contraria contrariis sanantur. Hæc complexio firmatur sine jucundi laboris, qui est in fructu capta ferina: deinde adjunctis, quod venatio illustris viris semper fuerit voluptati & honori.

9. Commendat Lollium ex adjuncta corporis firmitate & minorum & parium collatione, quò liberalius se prebeat comitem Augustane venationis: prætereà quum valens primo sit corpore, celeritate cursus eam, viribus apro prestet, tractatione armorum pariter equaliterq; respondeat vel militi vel gladiatori, in armis deniq; sub Augusto & labore militari: jam inde à puero sit exercitatus.

10. Eundem admonet ex effectis ac diversis, quod votius debeat Augusti studia semper sua presentè cohonestare & approbare, quam rure paterno ludicris exercitat onibus, ludisq; campestribus uti. Quamquam autem nihil horum faciat imprudenter & inepte, dum pugnam Achiacam illic imatur in laudem Augusti, absentia tamen ipsius poterit Cesarem adducere in suspicionem contentionis.

11. Hæc quoque forma & descriptio pugnae navalis est ex effectis & subjectis atq; sine, ut sic bipartita & instructa ad similitudinem classis Cesariane & Antoniane videatur ad Cesari gratificandum.

12. Continuatur cohortatio ex effectis, & multa tradit præcepta de amicitia potentioris amici conservanda & tuenda, primum ut summâ circumspèctatione accuratèq; consideratione utatur, quum aliquid de quoq; viro alteri dicere volet, deinde fugiat hominè nimis de alienis curiosum, quæ nihil ipsius intersit scire. Hujus aut declinationis Aetiologia est è locis adjunctorū & effecto: um: quod hoc hominis genus sit vanum, futile, & garrulum, & ita: marum plenum, ut hæc & illac perfluat, nec sibi credita possit continere: cuius est apud Theognidem talis descriptio:

Κατὰ τὸ αἰθρῶν ὄρα τὸν χαλεπῶτα τὸν ἀχθῶ.
Φθὲν γομῶν δ' ἀδελφῶν πᾶσι μελέτα.
Ἐχθαίρουσι δὲ πάντες. Ἀναγλῆναι δ' ἐπιμύχῃς
Ἄνδρὸς τοῖσ' αὖτε συμποσίῳ τελέθει.

Homini garrulo est gravissimus onus tacere.
Quum autem in peritum loquitur, est cura quibuscumque loquitur.

Omnes illum oderunt. Est autem hujus hominis
Consuetudo valde apta convivio.

Amplioem autem ejusdem descriptionem vide apud Plutarchum de garrulitate. Ab hoc vitio sic Cic. studebat rectè Cassium abducere l. 15. ad Famil. Epist. 17. me Hercule puto te sapienter facturum, si divitiarum dos fueris, id est minime curiosus nec rumusculos rerum præsertim vanarum captans.

13. Tertio revocat Lollium ab amore rerum domesticarum potentioris amici: è fine, ne postea dominus amatis illum donec, quibus tanquam maximo beneficio, exornet eundem: quia si fortè oblitus post recuset, ut perexiguas, à se voluntatem illius non nihil alienabit.

In hac sectione tres sunt cautiones ex eodem argumenti genere, ne laudet indignos, nec vitiosos commendet & tueatur, ne vitia aliena in laudatorem tandem redundent. Quod autem omittenda sit hominis indigni & culpam flagiti. sustinentis defensio, docet è fine, ut alterum immeto-

Virtus] Hunc versum explicavimus Epi. i. hujus l. Dicā tamen virtutē esse inter, etā inter duo vitia & ab utroq; extremo se junctam. Utrinq; aut vim habet adverbii de loco & per ablativum cum ab explicandum, per medium ab utroq; extremo retractum & remotum: quod videtur interpretari verbum Plutar. in Dialecticis scriptum ἡ μέση διαπίπτουσα τὴν ἀσθένειαν καὶ τὴν βαρύνουσα. chorda media refugit ab acuta & gravi. Hanc sententiā Galli sic reddunt, *virtus est in medio estongne del une & de l'autre extremité vitieuse*, quæ utraq; interpretatio & Horatiana & Gallica exprimit ferè ad verbum locum Aristot. l. 1. c. 6. Ethic. διὰ τὴν ὁμίαν, τῆς μὲν κακίας, ἢ ὑπερβολῆς, ἢ ἑλλείψεως, τῆς δὲ ἀρετῆς ἢ μεσότητος quib. cerie de causis nimium & parum sunt vitia: *medisocratas virtutis*, quod Scholiasta addit, ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν βαρύνει. *in duo sunt vitia, quæ a virtute sunt, nam quæ virtutē comitantur in defectus excessu*

Alter in.] Scurra & assentator nimis est indulgēs peccatis amici potentio is, & nimis obsequiosus, & inisor sui: & secū discumbentiū in imo convivali lecto, qui locusest inferiorib. amicis destinatus, & qui jã abiit in proverbium, ut apparet è Sticho Plauti, ubi parasitus sic loquitur, *Non postulo equidē in summo lecto accumbere. Scis me dudū esse imi subcellij virū.* i. postremæ classis ac infimæ notæ. De acubatione convivali dictum est Od. 27. l. 1. & a. Sat. l. 1.

Pronus.] Hæc vox est in Culice Virg. Josepho Scalig. cōjunctione Latina sed origine Græcā: cujus indicio est quantitas syllabæ prioris, quæ in Græcis solet corripi. Idē affirmatur de prologus, ut voces hujusmodi sint velut hybrida. Defleētur autē τῶν πρὸς τὴν ἀρετὴν in anteriore partē vergendo: vnde τῶν πρὸς τὴν ἀρετὴν, quod Hesy chius exponit τῶν πρὸς τὴν ἀρετὴν, propendens.

Nutum horret.] Aded est τῶν πρὸς τὴν ἀρετὴν, ad comitatē assentatricē attentus, ut si potērior amicus nutu se significārit aliquid requere, quod ipse prius nō observaverit, ægerimè ferat, & verba illius, tanq̄ humi lapsa, subito colligat

Sevo Magistro] Suspicior Orbiliū notari, quem appellat plagolum Epist. 1. l. 2.

Mimum.] De hac voce dictum est Sat. 2. l. 1. Quæ autem summissè agant omnia actores partiū secundarum, declarat Cic. in 1. Verr. ut in actorib. Græcis fieri videmus, sæpe illum, qui est secundarū aut tertiarum partiū, quum possit aliquantō clarius dicere, quàm ipse primarum, multū submittere, ut ille princeps quæ maxime excellat: sic faciet **Al lienus**. In hæc sententiā sic Asc. Prædianus scribit: *Comædia quinq; actus habet, hoc est, quinq; in scenā.* Est ergo persona primarum partium, quæ sapius actū regreditur: secundarum ac tertiarum, quæ minus ac minus procedit. Aristoteles in Poetica scribit, Aeschylū fuisse auctore duo rū histrionum, & Sophoclē trium, quum antea unus tantum adhiberetur in agendo, qui propterea dicebatur plures habere animas: quod illi essent compluriū mores & affectus induendi. Illi aut tres actores Græcè dicuntur, πρῶτος, δεύτερος, τρίτος, ἰδὲ τετραγώνιστος, ἢ πεντάγωνιστος. Histrion primi ordinis quia sustinebat onus totius fabulæ recitandæ, peritiā cæteris præstabat, ut qui secūdi, tertio, undè probri loco Demosthenes in de falsa legatione Aeschinē τετραγώνιστον vocavit. i. vilem personam.

De lana.] Hoc sonat, quod Græci dicunt ἐλεεινὴν μάτην ἢ ἐν ἡ, frustra vel temerè cōtendere, & Lucian. in sectis, ἀεὶ ὄντι σκιάς μάχεται. *de asini umbra decertare.* Natū est illud prius à duob. hanc quæstionem inter se agitantibus, utrū illi cuiusdā capri lanæ essent, an factæ. Posteriū similiter à litigantibus, an quū asinus conducitur, ejus quoq; umbra locetur: quod utrumq; valet rem nihili, nulliusq; momenti in controversiam vocare: undè amicitia difficiuntur & similitates sapius suboriuntur.

Propugnari.] I. disjunctè, pro re levissima perindè pugnat, ac pro patriis fanis, & patriæ salute: atq; aded pretiosissimū quicquid, qualis est altera post hæc amissa vita, pro merce-

de filētij & cedēdi alteri in hoc certamine nugari spernit. **Sordet.**] Ellipsis est τῶν μὴ, quemadmodum loquitur Virg. Eclog. 2.

— *Quoniam sordent tibi munerā nostrā, id est nihili facis, Gall. tu n' en tuens compie.*

Ambigitur.] Pro quid in controversiā vocatur? quæ nam quæstio movetur? quæ de re agitur? quod Græcè dicitur ἀμφισβητεῖσθαι, aliquis dicit in controversiam adduci.

Castor.] Cujus ordinis fuerint hi duo homines, gladiatorii ne, an histrionici & pantomimici ambigitur. Quidā legunt pro Docilis, **Dolichis** alii **Dolichos** à longitudine vel proceritate staturæ quemadmodum dicitur δολιχὸν δόρυ longa hasta.

Brundisium.] De hoc oppido & ratione nominis fuit Sat. 5. l. 1. Cæterū Numici & Appii dicuntur per apocopen pro Numicii & Appii. Hic alii legūt pro Numicii, Minutij & via Minutia, pro Numicia, de viæ Appiæ porrectione sic Cor. Tacitus lib. 2. Annal. Consultavit Libo, an habiturus foret opes, quis viam Appiā Brundisium usq; pecunia operiret. notæ I. I. ipsi in hunc locū sunt, non temere de viæ Appiæ consultavit vanum caput: quia ea inter Romanas vias Longissima, & quasi regina, fuit, ut ait Statius

— *quæ lumen noto Appia longarum teritur regina viarum.*

Sed pertinuit ne ea Brundisium? negat Frontinus de aquæ ductibus, qui ultra Capuam non porrigit, dicens, Appiæ a qua inducta est ab Appio Claudio Cæstore, qui & viā Appiā à porta Capena usq; ad urbē Capuā muniendam curavit. Hic tamen Horat. eam porrigit usq; ad Brundisium: quod similiter facit Strabo, idq; prolixè lib. 5. ac complures alii. omnes bene. Nam Appius ipse non profectò ultra Capuā perduxit, nec quidem potuit, ut fines tum erant Imperii Romani, perduxit postea sive C. Gracchus Tribunus, qui pleriq; vias fecit, refecit: sive C. Cæsar, qui curator viæ Appiæ nō leviter in eam impendit: sive Augustus, de quo Inscriptiones præcæ, S. P. Q. R. quod viæ munitæ.

Quem damnosa.] Qui res suas scortatione, ludo, splendidiore cultu, unguentis consumunt, hi potentiori amico sunt invidi. Item, qui summā cupiditate habendi tenuentur, nec unquam sitis eorum expletur, & quos pudet paupertatis, eidem sunt maximo odio.

Gloriaq.] Falsa est hæc gloria, (quasi Serv. Oppidius, Sat. 3. l. 2. prælentit binos suos liberos titillari) vana potiùs ostentatio fortunatum, quàm fama veræ virtutis fructus, de cujus excellentia quum laus bonorū, in corruptaq; vox bene judicantiū consentit, tum vera, gravis, solida existit gloria, quam unam ex omnib. præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorum, amplissimū existimavit præmij esse Cic. quæ brevitatem vitæ posteritatis memoriā cōsolaretur: quæ efficere t, ut absentes adessemus: mortui viveremus: hanc deniq; esse, cujus gradibus etiam homines in cælum videantur ascendere, humano loquor more: alios enim gradus cæli petendi nobis jactat Evangelij, τῶν ἀνωτέρων σέβανων τὸ πέτεδι. Idē auctor l. 10. epist. ad famil. Plannum scribit, quemadmodum vera gloria comparetur, nihil, quod tibi majori fructui gloriaq; esse possit, nec quicquid

60 *ex omnibus rebus humanis est præclarior, aut præstantius, quàm de Rep. bene mereri.* Festus declinat τὸ gloria πρὸς τὸ κλέος, quod est cum epitheto ἐδλόν, & sine ipso fama bonarum gestarum. Videtur tamen Thucydides hoc nomen facere μέσσην καὶ εἰς ἀρετὴν καὶ εἰς δόξαν, quemadmodū ipsius verbū usurpatur apud Sophocl. κακὸς κλύω τῶν σέθεν male αὐδίο a te, contra, καλὸς κλύω τῶν πάντων bene audire ab omnibus. i. Donato, laudor, ut Cic. dicit de fin. *Est hominis ingenii ac liberalis velle bene audire a parentib.* Gallicè: *cest a faire a un bonne nature, que de vouloir a voir bonne venome & estre en grace de ses parens.*

Instructior.] Peccatis cumulator vel vitiosior & ad peccandum propensior.

Mibi

Mihi contendere.] Orator diceret me cum contendere ut pro Quintio, jure contendere, cum aliquo: Hen. tamē, Stephani editio pro mihi habet, mea opes patiuntur stultitiam. Quod autem Aristo. l. 2. Rhet. vocat τὸν πλεῖστον ἀνέκτων, libenter interpretaretur divitias adigentes possessorem ad insipientiam confidentiā & arrogantiam, sicut ex eodem effectu, πλεῖστον ἰσχυρῶν pas sim apud Poetas. illic tamē legitur ἀνείτω, quod ad ἡδύς refertur: sed est aliud epithetum τῆς συνθέσεως lib. 1. Epigrācap. 13. εἰς ἀντάρκτηαν.

Odi Idementes divitias, illocebram & escam assentatorum. quōd dementiā depravent suos dominos, qui, quum sint aliis vitiosiores, volunt pauperes castigare. Quamobrem versus Saphonis ad summam utilitatem vult divitiarum semper esse comitem virtutem.

Ο Πλεῖστος ἀνευ ἀρετῆς ἢ ἀγαθῶς συνήκως, ἢ δ' ἀμφοτέρων κρείσσει ἐν δ' αἰμονίᾳς ἔχει τὸ ἀκρον id est, Plutus sine virtute non est bonus contubernalis, Sed permixtio utriusq; sumam cōplectitur felicitatē, Arcta toga.] Toga angusta & arcta, id est, exigui pretii conveniebant tenuibus, ut laxa & ampla divitibus, ut dictum est in Grammaticis Epodōn quartorum.

Define mecum.] Hic oratoriē & Latine loquitur Poeta. ita Cic. Certare vitiis cum aliquo. Phil. 10. Sed Poeticē & Græcē Sat. 5. l. 2. — Sed ita Troja.

Megeffi certans semper melioribus Eutrapius.] Vox Græca est significās facetū & dicacē. Quidā tamē interpretatur δ' χλῆπιος, versatilis & mutabilis, quæ est nativa significatio. ἢ quidē vocis rationē Aristoteles, confirmat & similitudine illustrat, ethicor. l. 4.

οἱ δ' ἐμμελῶς παῖδες, ἐν ἰσότητι παρομοιοῦνται, οἷον εὐλοποῖ τὸ γὰρ ἡδύς αἰ τοιαύται δ' οὐκ ὀφείλει εἶναι, ὡς παρὰ δὲ τὰ σώματα ἐκ τῶν κινήσεων κρείσσει, οὕτω καὶ ἡδύς. Qui autem lepidē locantur, & Eutrapii à Græcis appellantur, quasi Ingeniū aptē vertētes, moris enim atq; naturæ motus hujusmodi videntur esse, Quæ admodum autem corpora ex motibus existimantur, ita & n. ore. De hoc quidem nomine fuit homo quidam tonsor & insignis artifex, ut ferunt, alios corrūpendi de quo Mart. l. 7. ep. 82.

Eutrapius tonsor dum circuit ora Luperci, Expungitq; genas, altera barba subit. ubi Domitius scribit, Eutrapios dici, qui supra rationem annorum grandi corpore crescunt, & citò moriuntur. Fuit etiam hujus nominis Epist. 26. lib. 9. ad Famil. Volu-minus Eutrapius à festivitate atque lepore ita dictus. Verūm de Eutrapielo & Eutrapielia satis dictum est Epist. 15. hujus l. & Sat. 2. l. 1.

In lucem.] Hæc vox sic notatur à Mocrōb. l. Saturn. c. 17. Neq; minus Romani, ut plerq; ex Græco, ita & lucem videntur à λύκη figurasse: undē ἀπόλλων λύκη γένος ὁ γεννῶν τῷ λύκῳ qui generet exortu suo lucē primam. Idē, valet, quod illud Martial. l. 1. Epigrāmate 29. in lucē semper Ac-cerra bibit, id est, totam noctem, & usq; ad diē sequentē.

Scortio.] Pluris facit meretricem, quàm honestatem. Scortum autē Festus scribit dici à scortis, quæ sunt pelles testiu arietinorū, & quæcūq; fiunt ex pellib. dē scutic a, subactis scortea vocantur, fortassē à Græco σκῶτος, un-

Pascet.] Fœnore dato augebit. De fœnore dictum est Sat. 2. lib. 1.

Ad imum.] Hoc significationem vel ordinis vel temporis potest habere, pro quo alii dicunt, ad extremum, postremò, tandem.

Thrax erit.] I. ad extremum gladiator erit, & agitator vilis equi, id est, operam suam vilibus ac periculosis muneribus locabit. Quid autem sit Thrax monuimus in Græ. Sat. 6. l. 2. ut quid Caballus Sat. 6. l. 1.

Arcanum.] Idem præcepit Chilon, τὸν τὰ ἀνοστήσια περὶ ἐργαζόμενον μισεῖ ὀδερὶς νεπίσις curiose res alienas curantem.

Commissum.] Hoc docuit Isocrates ad Demon: cum comparatē, μᾶλλον τῆρεῖ τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χειρῶν παρακταθήκας εἰεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς αὐδραγατῶσαν ὄντι πιστότερον φαίνεσθαι, παραχοίμεν. diligentius serva verba tue fidei commis-

sa. quàm pecunias. Decet enim viros bonos magis moribus, quam jurejurando fidem mereri. Laetius scribit Thaletē ita docuisse in ipsius vita, μὴ διαβαλλῆσθαι σε λόγος πρὸς ἴσπῆσεος κεινονομήσας, quod Isaacus Casaubonus recte interpretatus est, cave sermo nullus tibi excidat, unde odium illius in te concites, qui tue fidei aliquid cōmiserat, cum his notis, πῆσιν vocat arcanum fidei aliquid creditum, sub indicans vocem μελονομησῶς Immutatam. κατὰ δὲ λέξιν, ne te criminetur sermo habitus adversus eos, qui te participem fecerunt sui arcani. Quod autem Poeta hic monet à violento & irato celanda esse arcana ipsi commissā videtur præposterè docere. Prius enim dissuadēda, tanquā diceret, ἀμεθυσία καὶ ἀοργησία, vacuitas iræ & reliquarum perturbationum sedatio præcipiēda, quibus causis sub-latis facilis solet esse postea rerum creditatum occultatio: his contrā dominātibus, perdifficilis. Ob id Hom. Odyss. 8. sub fin. appellat τὸν ὄνον ἡλέον ἐνεργητικῶς, ὅτι μὲν ἐφίσην τὸν πολύφρονά ὡς τὴν ἀλλῶν, τὴν πᾶν ἄνθρωπον τὴν γὰρ ἐπιπέλλαι sapientem in mentis errorem P. tacus censuit, τῷ μεθύσει πῆσιν ἀμαρτῆν, ἀπὸ τῆς ἡσυχίας ἵνα μὴ μεθύσει πολλῶν ὡς γενομένης vinolento, si peccaverit, duplicem multam irrogandam, ut ceteri ebrietatem fugiant in maxima vini copia. Diximus autem de leni tormento vini Ode 21. l. 3.

Pages.] Ita loquitur Cic. l. 16 Fam. Epist. 18. ad Tiron. Horologium mittam & libros, si erit studium. Sed tu nullò sine tecum libellos? an pangis aliquid Sophocleum: id est, scribis versus ad imitationem Sophoclis.

Amphionis.] De hoc & ejus fratre repete, quod annotavim⁹ in Od. 11. l. 3. ad quillud Propertii l. 3. Eleg. 13. addatur Præta cruentantur lethi, victorq; cæcæbat Peana Amphion rupe, Aracynthæ, tuâ,

Cede imperus.] Quod Græcè dicitur πείθε μῦθος ματαχοῖς, Porphyrius tamen id enunciat verbo πείθεσθαι quod propriè sonat parere principi & præfecto, aliq; magistratus, quare amicis parum convenit.

Donec.] I. tantisper amicitia fratrum disjuncta fait, dū lyram desuit Amphion habere studio: quod ad retinendam fratris gratiam fecit libenter.

Potentis.] Sic loquitur Od. 18. l. 2. — Nihil supra Deos laceffo, nec potentem amicum Largiora flagito, Satis beatus amicis Sabinis.

Aetolis.] Solenne est huic Poetæ primigeniis nominib. uti pro derivatis, ubi alibi notatum est pro Aetoliis, vel Aetolicis retibus. Sed de Aetolia vide Strab. l. 8. & Mel. l. 2. c. 3. & Plin. l. 7. c. 16. Cic. in Pis. ubi hæc regio dicitur posita in medio Græciæ, gremio, quod Liv. 4. Dec. l. 5. scribit Aetolos incolere umbilicum Græciæ. plagas autem Aetolas vocat alludens ad Meleagrum filium Oenei regis Calydoniæ ex Althera, qui talib. plagis excepit aprū Colidonium ab irata Diana immisū ad vastandos Aetoliæ agros.

Jumenta.] E duplici ratione hujus vocis subdubito, utro modo gestata sint Aetolica retia. Jumenta enim nomē traxere Columell. præfat. in l. 6. à re. quum regio, ubi frumenta gignuntur, armentorum adjumento juvetur. Sed Agel. l. 20. c. 1. scribit jumentum non id solum significare, quod nunc dictum est: sed vestibulum etiam quod adjunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri jumentum à jungendo dixerunt: vndē inquam, subdubito, clitellifne dos suariorum, an plostris id factum sit.

Senium.] Nonius docet hanc propriè esse tædium & odium: quo senes solent aliis esse molesti.

Inhumane.] I. pone istud acce studio & insuave, improbū laborem & jucundū mitte, qui neminem finit respicere se.

Pulmentis.] Hæc vox inclinatur ἰποκοεσῶς à pulte, & hæc Isido. facit cognatam pultæ, dictæ, quia olim cū pulte cōmixta. id est, ad modū pultis cōdita edebatur pulpa. quæ à pulpitando dici putat: cōtrā Don: in Hec. Act. 3. Sc. 4. ex eo, quod pulsetur, aut potius, quo accedat propius ad etymū, pultetur & cōscindatur ad esū: q; postertius magis pbo. Quidam

Quidam tradunt τὸ πῶλον ἐπεγαγῶς defleci Græcis, unde ὑπὸ κρεῖσσιν κόνι πῶλον, ut pimentariū a pulmēto. Dioscor. autem l. 2. c. 12. docet τὸν πῶλον γηγῶσαι ἐκ τῆς κέμνης, καὶ τὸ κέμνον τῆς τετραγῶν τῶ ἀλδῶς ἐκ τῆς ζείας καὶ πυρῆ id est, *pultem fieri e crummo, crumnum autem subactione farina ex zea et tritico.* Idem auctor ejusdem l. c. 114. utitur diminutivo, ubi athera, quæ fit ex zea subtilissimè molita, definitur τὸ ῥάριμα, ὡς περὶ πῶλον ὑγρῶς παλῶν ἀριῶδον id est, *forbitio tanquam pulvisculi quida infantibus percomoda.* Sed hanc notionis vim nō retinent hinc orta & pulmētū & pulmentarium in hoc Poeta, neque in Persio Sat. 3.

Unda cadunt laxis hinc plumentaria labris.

ubi intelliguntur pingua & lauta opsonia, quale dicitur a pulpa. Terent. in Eunuch. *Tu quum lepus sis, pulmentū queris.* Neque impedit, quod Servius interpretatus sit *Allia, serpilliumq; herbas contunde olentes.*

Rusticana, inquit, mulier ex diversis contusis herbis pulmentariā melloribus parat: ubi videretur quibusdam hic interpretis ἀκρολογῆσαι, nisi velimus eum, ut Plinium, qui id genus cibarii dixerit pulmentarium ruris, tropicōs loquutum, pro deliciis rusticorum & lautioribus opsoniis. Sed videtur illud Virgilii melius explicandum per alliatum & moretum, de cujus ratione vide notas nostras in 3. Epo. De polenta & alphito lege Eustath. in Iliad. l.

Laboribus emta. [Hoc documentum videtur sumtum ē consuetudine disciplinæ Laconicæ, uti jam monuimus Sat. 2. l. 2. sicut etiam de ratione pulmentariorum.

Solenne opus.] I. venatio fuit antiquis Romanorum moribus maximo in usu, tanquam περὶ ὑμῶν ἀσμά πρᾶλδισμὸν quoddam ad virtutem bellicam, de quo sic Cic. 2 de nat. Deor. sub fin. *Jam verò immanes et feras belluas nanciscimur venando, ut et vescamur his, et exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinae, et ut amur domitis et condoces factu, ut elephantis, et ad condimentum omnium rerum, quæ ad victum hominum pertinent.* Illas enim conditores facit supervacanei etiam operis aucupium, atque venatio. Quemadmodum coquus quidam dicitur Dionysio Tyranno respondisse de nigro jure conquerenti, ut est sub finem Tuscul. *quia illi o dimenta defuerunt hæc, labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis, quibus rebus Lacedæmoniorū epula condiuntur.*

Adde quod non.] Idem valet, accedit quodd: ut Cic. ad Attic. l. 3. *Accedit, quod ego patrem, plus etiam, quam nō modo tu, sed, quam ipse scit. amo: sæpè utrique verbo adverbia hæc, eodem apponuntur: quod totum vim habet connectendi. Specios è tractare arma est illa decenter, & aptè vibrare, torquere, petitionibus objicere, ut etiam gestus ac motus spectatorib. placeant: quod nemo decētius in campo Martio faciebat Lollio. Qui cursu superare solet alios, dicitur Aristoteli lib. 1. Rhet. cap. 5. ἀρεμικὸς ac definitur ὁ διυναμῶν τὰ σέλιη καὶ ῥίπτειν πῶς καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πῶρρον qui quodā modo potest crura projicere et velociter longèq; movere.*

Quo clamore.] Vel, q̄ lætā acclamatione spectātes tuas psequitur luctationes cursus, disci jactō, saltationes, equitationes, natatō & reliquas exercitationes in cāpo Martio.

Corona.] Festus, quū etymū τῆς corona ducit a choro, facit illud Græcicæ esse originis, licet prima litera tenuetur, & Quint. l. 1. videat talē notationē, quam Perottus olim, & hodie Jos. Scaliger in Festum doctis castigationib. confirmat, ut nos jam in Od. 7. admonuimus.

Cantabrica.] De Cantabria diximus Ode 6. l. 2. & Od. 8. l. 3. & antè Epist. sicut de signis Crassi restitutis Od. 1. 5. 14.

Refixit.] Quamvis Lambinus & Cruquius e constantia veterum codicum videantur probare hanc lectionem, refixit nunc, & si quid &c. malotamen retinere vulgare, quæ rem iam confectā narrat. & refixit interpretari per, deripuit & detraxit de templis Parthorum, quemadmodū dixit Od. 28. l. 1. *Clypeo refixo.* Ea autem vis verbi cōjuncti cognoscitur è simplici opposito *figere et refigere leges, pro lancire & abrogare Gal. faire et desaire, publier et abolir.*

Si quid abest.] Si qua regio nondum est in ditionem Romanorum redacta, vel si quid Romani desiderant, Augustus viribus Italorum tanquam judiciali sententiā imperio adjungit & attribuit.

Ac ne te.] Curas, ne tu videaris recedere omnino à publicis certaminibus campi Martii ac studii Augusti sine justa causā & excusatione, dum rure paterno non procul à mari imitaris hujusmodi exercitationes prudētè & aptè Hic *nugari* nō est verbis, sed actis aliquid efficere per ludū: qualis fuit utriusq; imitatio in navali prælio Augusti & Antonii exprimendo, ut inter utrumq; dicebatur cōmissū. Est hic ἀναγὰ πόδιστον, altera enim discretiva conjunctio ad redditionē desideratur, *interdū tamen nugaris et c.*

Lintres.] Linter & lintris ut duplici fine, sic genere reperitur esse, ac definitur τὸ πλοιάειον, navigioli & navicula ex arbore cavata, quæ solet etiam trabaria & amnica vocari, ut è Virg. 1. Georg. constat. v. 262 *cavat arbore lintres,* quod prius nominatim dixerat vers. 136.

Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas. quas Græci vocant μινώξυλα πλοία, & Plin. interpretatur l. 6. c. 23. *Regio autem, x qua piper monoxylis lintribus Becarem convehunt, vocatur Cottona.*

Actia.] *Ναυμαχίας* representas, quæ commissa est inter Augustum & Antonium ad Actiū Epeiri promotoriū, ubi tu personam sustines unius adversarii, & frater tuus alterius, & ita præbes quandam illius pugnæ speciē. Id significat *referre.* Sed de illo Actio Epeiri promontorio ita scripsit Serv. in vers. Aen. 5. *Mox et Leucata nimbos, et c.* Leucas autē mons est altissimus in promontorio Epeiri juxta Ambraciam, quam Augustus Nicopolin appellavit, victis illic Antonio & Cleopatrá, & templum Apollini in Actiaco promontorio condidit & ludos instituit Actiacos.

Lacus Adria.] Repete ab antecedente, Lacus, qui istic est rure, est tibi Adria, i. habetur loco maris Adriatici ad navalis pugnæ figuram decenter referendam.

Consentire se.] Augustus, qui te animadverterit earundem rerum studio secum teneri, tibi favebit. Consentire autem sibi & secum etiam Cicero dicit.

Velox.] Hanc vocē inclinant Grammatici à volatu, quasi volox, quā vis quātitas primæ syllabæ repugnet, & in *velū* ejusdē aliis quidē Gram. originis consonet, sed Varroni à vellere flexū videatur: sed idē valet, q̄ agilis, à celeriter agendo & movendo, donec alteruter coronetur fertis in signum victoriae.

Pollice.] Id est manu. Compressū enim pollicis utriusque arguebatur olim approbatio rei & favor τῆς βεβαίης τῆς, ut scribit Plin. l. 27. c. 2. Id autem signū dabat ille munerarius, qui, quū gladiatorē, qui succubuerat, ab adversario jugulandum jubeat pollicem vertebat: quum autem servandum volebat, utrumque pollicem comprimebat.

Protinus.] Hæc vox notat hic continuationē institutæ monitionis quæ admodum initio 4. Georg. *Protinus aerij mellis caelestia dona exsequar.*

Percontatorem.] *Ἰ. φῶρος τὸν περὶ ἑρῶν καὶ πολυπερῶν μὲν τὰ. fuge inquisitorē rerū nimis curiosū, ac multis sese implicatē negotiis.* Quāto enim de plurib. quis percontatur tantō retinet pauciora. Hic locus citatur à Donat. in Hecy. Act. 1. Sc. 12. *Ab noli Parmeno, curiositas, ait, signū est loquacitatis, sicut percontator & garrulus idē, qui non tacet consilia.* Et certè hæc sententiā ev apophthegmate Chilonis sūta est: τὸν τὰ ἀλλότρια περὶ ἑρῶν ἀζόμενοι μίσει. *oderis nimis curiosè in res alienas inquisentem,* pro hoc autem: nam *garrulus idem est,* Plut. dicit τῆς δὲ περὶ ἑρῶν τῶν κακολογῶν ἀναγκῆ σωμακολεῖν, *necesse est curiositatis obtredationem comitem esse.*

Plutarchus definit τῶν πολυπερῶν μισῶν φιλομάθειαν ἀλλοτεῖων κακῶν. i. *curiositatem esse studium aliena mala cognoscendi.* addit homines curiosos esse Lamii similes, quæ domi cæcutiunt, foris sunt oculatissimæ. In hoc autem vitiū ne diceretur incidisse Isocrates, sic in Epist. 7. ad Mityleneos præfatur, *ἀιδῶμαι μὴ λῆαν ἀπὸ τοῦ δοξῶ καὶ περὶ ἑρῶς. i. veritus*

vocantur. Altera vocis Græcæ redditur ratio, ut etiam dici videatur τὸ βλέφαρον ἢ τὸ ἐν τῷ βλέπειν αἰσθητικὸν ὄψιν αἰσθητικὸν βλέφαρον ἢ μὲν βλέπειν. i. quod in adscripiendo supercilia tollantur: quia his sublati adspicimus. Pili autem adnascentes ciliorum oris vocantur βλεφαρίδες, pro quibus etiam palpebra sumitur. Habes rationem hujus vocis Latinæ, quam Græci τὴν ὄψιν interpretantur, & partem fronti definiunt pilis supra utrumque oculum contextam. In qua Plinius libro undecimo capite trigesimo septimo sedem esse superbiæ & fastus, nutus & renutus: *Supercilia, a τ, hominis & pariter & alterne mobilia, & in eis pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maxime indicant fastus. Superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet. in corde nascitur huc subit, hic pendet.* undè passim reperitur apud Homerum ὄψιν ὄψιν, *supercilium annuere*, & apud alios νεφελὴ ὄψιν nubecula *superciliorum*, καὶ ὄψιν ὄψιν adducere præ castitia *supercilia* & contrahere, τὸς ὄψιν ἐπαίρον καὶ ἐνασκῆν καὶ αἰατίνων. eadem tollere & elevare ad singulos vocis conatus, ut loquitur Quintilianus. ut autem supercilium montis Livius, sic etiam Græci dicunt ὄψιν ὄψιν, πῆξ ἔξοχὸς προπικῶς. ὄψιν ἢ τένεδος λεύκωρος οὐκ ἔστι ποτὲ, τὸ τῆς λευκῆς ὄψιν ὄψιν. i. *albis supercilis prædæ vocata est tenedus insula per tropum: quemadmodum notavimus in Rhetoricis Odes. i. lib. i. ad verba, nunc ad aqua lene caput sacra, omnis latinis, sicut ex Eustathio docuimus.*

Obscuri speciem.] Modestus præ se fert similitudinem hominis celantis cogitata mentis, quem Græci vocant κρυφῆν, id est, ὄψιν, παρῆρος, *dolosam & usum.*

Acerbi.] I. immitis & inhumani.

Inter cuncta.] Quia doctrina, cum ad res omnes plurimum, tū vel maxime valet ad amicitiam cōiliandam ac tñendā hortatur Lollū ad studiū literarū, & præfertim Philolophiæ moralis Hoc autē *leges inter cuncta Doctos* videtur sine tropo, quē interpretes sequuntur, sigillatim de Stoicis intelligentes, posse explicari, ut Poeta dicatur monere deligendos esse doctissimos quōsque ad doctrinam vitæ & morum percipiendam: non tamen improbd alteram interpretationem.

Traducere.] Id est, in summa tranquillitate animi vivere, pro quo Virg. dicit 4. Georg.

Asper agitant magnis sub legibus ævum.

Agiter vexetq.] Pro his Plaut. dicit, cupiditate differri, exanimari, distrahi, cruciari.

Virtutem.] Repete à communi & supple an, *percontabere, an doctrinā parat virtutem.* Hanc autem quæstionē agita vimus olim utramque in partem contrariis orationibus, neque satis magnam vim inesse in doctrina neque in natura ad virtutis adeptionem ostendimus: sed opus esse utrique ad eam parandam afflatus divini accessione ex Socrate Platonis docuimus.

Quid minus.] Quidam agnoscunt hīc τὴν μείωσιν ubi minus dicitur, quā sit intelligendum, pro, eximat, abigat, pellat, ut ipse loquitur sæpè: sed malo interpretari, sedet & componat curas.

Quid reddat.] Utindè discas meliùs tibi prospicere, & perturbationes fugere, utrum ex ambitione, an ex avaritia: è privatione vitæ genere & à publicis negotiis longè remoto, an contrā.

Tranquillet.] Hoc verbo utitur Cic. l. de Fin. *Semper aliquid, quod dum visus atq; natura tranquillat animum,* id est, repressis cupiditatibus curisque abactis, efficiat illum tranquillum, lenem & quietum: huic opponitur perturbare.

Lucellum.] Ἰπποκρεσσίων est à lucro, parvum lucrum.

Fallentia vitæ.] Interpretatio est verbi Græci, λῆξις ὄψιν, de quo Epist. proximè antecedenti. De hac vitæ fallacia sunt quidem Christianis crebræ tam in veteris quā

in novo fœdere cohortationes, quæ non desunt etiam cunctis mortalibus in auctoribus prophanis Cic. i. Tusc. *At natura dedit usum vitæ, tanquam pecunia, nullā præstiturā die.* Lucr. item l. 3.

Vitæq; mancipio nulli datur, omnibus usu.
 Arnob. l. 2. *Quam si sentiunt anima, & tactui ejus atq; incursionibus cedunt, usi & fructu illis est vita non mancipio tradita.*

Digentia.] Amniculus fuit in agro Sabino, cujus meminimus supra Epist. 16. hujus libri, & qui alluit pagum Mandelam in Sabinis.

Præcari.] Pro optare, ut Græcum etiam ἄχρειδαι.

Mibi vivam.] Pro, meo arbitrio atatem degam alienæ libidini minimè serviens. Puto hīc τὸ *superesse* non accipiendum esse, ut Sat. 6.

Multaq; de magna superessent secula mensæ & epist. 6. l. 1.

Et vitis domus est, ubi non est multa supersunt. pro supra necessarium modum esse, ut superfluere, sed ut illud ex Ennii 3. Annalium:

Inde sibi memorat unum super esse laborem: id est, reliquum esse & restare, sicut Agellius explicat l. 1. c. 22.

Aequum mi animum.] I. animi moderationem & æquitatem præsentibus contentam mihi conabor per me comparare.

Explicatio Rhetorica.

Sumtum est à corporibus diversè-coloratis ad animi mobilitatem.

b Quia variè cadit eadem vox, polyptoton efficit.

c Superiori loquutione *infido scurra* facile adducor, ut in his verbis. vitium, asperitas, libertas, & virtus agnoscant allegoriam è continuatis metonymiis, ubi ex adjunctis significantur subiecta, id est, amicus asper, liber, ingenuus & probus. Quemadmodum enim infidus scurra & assentator peccat in amicitia ἰπερολοκῶς, sic morosus & asper ἰλλεπῆκῶς, qui tamen se magnificè jactat de quadam probitate & ingenuitate. Itaque inter scurram & assentatorē, inter morosum & asperū interjicitur verus amicus. Quod si Poeta dixisset ante, pro, *amicus distabit ab infido scurra*, amicitia distabit ab infida scurritate & assentatione; recta oppositio horum extremorum fieret cum his, asperitate & morositate. Nunc verò, ut Poeta est loquutus, opponit personas rebus adjunctis non rectā oppositione, idcirco personæ inter se opponerentur, visa est mihi hæ tropi continuatio notanda.

d Metonymia subiecti pro ipsis accumbentibus in imo.

c Metonymia est effecti pro causa, ut sit, observat annuentem divitem cum metu, ne id faciat à se tardius animadversum.

f Metaphora est à corporibus ad sonos vocis infusos in aures ac receptos: quæ translatio longè diversa videtur ab ea Rhetorica, quæ docet verba cadere numerosè in clausulis sententiarum, undè dicuntur illa ὁμοιοπῶτα, *similiter cadentia.*

g Sumtum est fortassis à pastoribus de levissimis gregis sui particulis, ut sunt flocculi. alter cantibus ad vanitatem hominis notandam, sicut *armatus* propugnare, à beligerantibus, quorum alter oppugnat, alter propugnat, & resistit oppugnanti.

h A canibus quoq; hoc translaturum est ad importunam hominis garrulitatem notandam.

i Meton. est causæ pro amore à Venere ingenerato. Præterea in *quem* quinquies iterato in principis membrorum est epanaphora.

¶ Duplex est tropus, prior metonymia subjecti pro adjuncta cupiditate potentioris amici, quæ occupatur in aucupandis inanibus iumusculis elegantia vestitus. Alter est metaphora à prædis sensu & motu ad eorundem expertia. Hoc Galli sine tropis interpretantur: *ils habille & se parfume plus sumt uefement, que ses biens ne portent pour la conuoitise d'une vaine gloire.*

1 Synecdoch. est generis. Vires enim communiter attinent ad corpus & animum fortunarum & diuitiarum fevestire.

m Sunt hæc etiam translata à corporibus ad summam pecuniæ cupiditatem indicandam, quæ incendit animos avarorum.

n Synecdoch. est altera finiti pro infinito, pro eo, quod dixeris: Dives amicus est multò vitiosior inferiori amico.

o Protopopœia est potentioris amici inferiorem admonentis.

p Metaph. est à corpore sano ad prudentiam comitis arguendam.

q Metaph. quoque est ab agricolis, qui cum fœnore greges maiores pascunt. pro iem majorem faciet, augebit, amplificatione aliena pecunia fœnore conducta.

r Metaph. est ab ignobili & mercenaria gente ad statum hominis miserum notandum.

s Periphrasis agaloni, cujus vocis etymum repetatur è Sat. 8. lib. 2.

t Sumtum est à reis, è quibus vi tormentorum & quaestionum confessio criminis exprimitur. Ita vinolentia βασιλις πινυλιουμοσ εστι, *isavis est quedam animo questio* 3 cujusvi opera & arcana animi recluduntur: unde precatus est Od. 8. l. 1.

*Nec variis sacra obfusa frondibus
Sub diuum rapiam.*

u Sumtum est à fugitivis, qui ab assequentibus corripiuntur, quomodo sumit Suet. in Calig: *Deserto repente conuulsiocum equitatu insequutus, veluti profugos ac reprehensos in catenis reduxit, in hoc quoq; mimo prætermodum intemperans.* Ita Plaut. in Pseud., *assequere & reprehende hominem*: quam quidem significandi proprietatem nusquam in hoc Poeta reperias, sed passim translationem pro coarguere & increpare.

x Metaph. est ab agricolis, qui plantas & taleolas deserunt & in serobem defigunt, id est, in terram ad illas depangendas & conferendas effosam, ut Columella l. 3. *Atqui vetere semento panguntur, tardius adol. scunt.* Sic Varro l. 1. de re Rust. quod Virgilius quarto Georgicâ expressit figendi verbo:

— ipse teraces

Figat humo plantas & amicos irriget imbræ.

Eadem est translatio in Epist. ad Pisones:

— Ego mira poemata pango:

i scribo & facio. Eodem tropo utitur Cic. l. 18. ad Famil. Tironem Epistolâ decimâ octava, *an pangis aliquid Sophocleum?* Similis est metaphora in illo versu Apuleij in Menandro, *Thyrsumq; pangant hortulo in cupidinis*: sed ad rē voluptariam & obscenam accommodata undè Festus & Probus putant proprie transferri ad Poetica: sed hæc Cic. ad Attic. Epist. 6. l. 2. indicant ad solutam orationem etiam accommodari. *Itaque ἀνεκδοτα* nondum edita & vulgata à nobis quæ tibi uni legamus, *Th. opompingo genere, aut etiam asperiore multò pangantur.* Ita Græci τὸ πηγυδα usurpant, unde fluxisse Latinum hoc omnibus liquet sicut paulò antè in hac ipsa epist. attigimus, Ita Euripides dicit τὸ ὑόκορον πηγυδα i. *lusingandum pangi*, hoc est, figi, firmari & stabiliri: sed tropus est apertior in Pindaro ad initium odes, σ. ολυμπ.

— οὐς ὄτε δειπτόν μέγιστον

ἀξιοῦν. i.

Velut quum p. gram domemus & mirò spectabilem conungemus.

Sed in tota propositione odes versibus. 5. allegoria comprehensa est è multis vocibus a superbo & diffidio translatis ad elegantiam hymniam Pindaro componendi in gratiam Agelæ indicandam: neq; possum ego his assentiri, qui notant in verbo πηγυδα esse ἡ τὰ χεῖρα: quod proprie hoc dici videatur ipsis ἐπὶ τῶν τυτῶν & ἀμοσῆς τῶν ἐύλων de plantis & compage lignorum, quum ipse videam poetas & oratores illo eleganter, nec illibenter usos,

y Sumtum est ab his, quæ vi ac impressione præfacta huc atque illuc sua frustra disijciunt, ut ænea vasa 3. Georg. dicuntur frigoris vi dissilire:

Aeræq; dissilunt vulgò, vestæque rigescunt.

simili tropo dixit Epod. 17.

Caputq; Marsâ dissilire neniâ

1 5 pro, mentes depravari, ubi propria verbi notio posita fuit. eodem verbo usus est Seneca lib. 1. cap. de clementia sed tropo continuato, loquens de justo Imperio & legitimo populi obsequio *Iandem, inquit, ab isto periculo aberrit hic populus, quamdiu sciet ferre frenos: si quando aberruperit, vel aliquo casu discussos reponi sibi passus non erit, hæc unitas est hic maximi Imperii cõtextus in parte multas dissiliet: Idèq; urbi dominandi finis erit, qui parenda fuerit.*

2 0 Similis fuit tropus Ode 19. l. 3.

2 5 *Cur pendet tacita fistula cum lyra?*

pro Amphio desit pulsare lyram, quòd tali pulsu sentiret se fratri Zetho displicere.

aa Metonymia est adjuncti pro sene Camœna, tristi molesta, difficili & operosa, ut sit hæc sententia: *leva te sollicito tædio studij Musici, ac te jucunditati da humanioribus Camœnis.* Simili tropo utitur Terentius in Eunuch. Act. 1. Scen. 3. v. 10. *ut illum Diu Deaq; senium perdant, qui me hodie remoratus est.* Simili quoq; Cic. pro Mil. *tota civitas senio confecta est.*

bb Epanaph. est initio incisorum.

cc Metaphora est à choris saltantium, undè defleximus coronam Od. 7. l. 1: ad conventum hominum, velut in orbem coactum indicandum & hoc significatu Cicero pro Flacco geminat coronam & turbam.

4 0 dd Synecdoch. generis pro exercitationibus & pugnis ludicris, quæ in campo Martio à juvenibus committebantur.

4 5 ee Allegoria est è metaphoris ab arena gladiatorum, qui salutem & favorem spectatorum è compressu, sed ex ejusdem conversatione odium & interitum perspiciebant, & juvenalis Sat. 3.

— Et verso pollice vulgi

Quemlibet occidunt populariter.

5 0 Porphyronitamen τὸ pollice videtur synecdochicòs dictum pro manu.

ff Epistrophe est in similitudine soni ad clausulas sententiarum, quali leges pronunciantur è Cicerone: est præterea in videro translatio a corporis sensu ad mentis aciem, quâ prospicimus & consideramus, quid sit de quoque viro sentiendum & aliis spondendum, quomodo Cic. transtulit Epist. 2. l. 7 ad Fam. Marium, *sed eo vidisti multum, quod præfinsi, quò ne pluri emorem, pro, tecum animo prospexisti & considerasti.* Hic etiam tropus fuit in 1. Epist. notatus.

gg Metaphora nota ad celeritatem verborum indicandam, qualis est in descriptione famæ Aen. 4.

hh Allegoria est metaphorica ab esculētis & poculentis acerbis, quale dicitur allium esse Epodis tertiis, quæ suâ acrimoniâ torrent viscera utentium ad vulnera amoris indicanda, quibus inflammatur animus, undè jecur ulcerosum dixit Ode. 25. l. 1.

ii Synec. est membri pro integra domo amici.

kk Allegoria est altera ex simili tropo ab incendio vicinæ domus, ut significet maculas & dedecus inferioris amici manere conspectiora, nisi quam primum eluantur.

ll Metaph.

ll Metaph. est ab agricolis, quorum est proprie cultus agri & fundi, quemadmodum loquitur Cic. in lege Agrar. nihil fert ager, nihil colitur a magno labore questum, ut demonstret curaturam & observantiam superioris amici perdifficilem esse. Vix alibi, nisi hic & i. Epist. hujus reperias hanc vocem *culturam* extra propriam significationem.

mm Alia est insignis allegoria a nautis qui nihil non, dum sunt in alto, curant & cogitant, ut commodam, tutam & secundam navigationem conficiant. Ita Lollius moneatur, ut omni ratione, cura, vigiliis, cogitatione incumbat in observantiam potentioris amici. Augusti ne animum hujus tentiat asperitate sua mutari, & a se alienari.

nn Brevis est procatlepsis ad diluendum Lollio obiectum.

oo Metaph. est a caelo nubibus obducto, quod est corporibus grave & molestum. Simili quoque tropo Graeci usurpant τὸν ὄρησι πῶν νεφέλων, nubem & nebulam. Euripides in Hippo. ubi de Phaedra valde animo conturbata loquitur, οὐρανὸν ὄρησιν ὄρησιν ὄρησιν tristis nubes super cultorum angetur, id est, gravior fit maestas. Sic Iliad. s. initio de Achille ob mortem Patrocli sese afflictante:

τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

Illum vero doleris nebula obduxit opaca. i. Valde obscurus est maestas apparuit illi vultus vel magnitudo doloris eum constrinxit molestè. Ita Cic. in Pison. dixit: neque tam fuit timidus, ut frontis, sine nubeculam aut collega tui contaminatum spiritum pertimescerem. Dicitur etiam sine nube & nubecula ponere supercilium, & matrona severi supercilij, pro exuere fastum & superbiam ponere, & matrona

severa. sed tunc metonymia est subiecti pro adjunctis affectibus illis.

pp Metou caussa pro cupiditate. Jam in inops contrarius est ejusdem tropi modus, quo efficiens significatur ex effectu, quia cupiditas facit avaros semper egentes.

qq Anaphora est.

rr Paret & donet similiter sonant in clausulis membrorum δια τῆς ἐπιτροπῆς.

ss Enaphora est initio membrorum.

tt Metaph. est a sedatione tempestatis marinae, unde saepe mare, flumen, tempus, caelum tranquillum pro placido, quieto, sereno sicut annotatum fuit in Rhetor. Od. 5. lib. i. e. Donato in Terent. Sic Graeci θάλασσα γαλιωσάσα, γαλιωσάσα, & Plutar. in Caes. γαλιωσάσα τὸ πρὸς πηλὸν ῥόμα sedans rheuma decidens, item γαλιωσάσα πηλαγῶ, & metaphoricè δὲ λέγει, γαλιωσάσα διαγαλιωσάσα πρὸς ὄψον, serene vultum.

uu Alleg. est a viatoribus, qui saepe clam ingrediuntur viam paucis cognitam, ut fallant latrones, & tunc perveniunt, quod animus petebat, ad significandum occultum genus vitae, privatum & paucis notum, ideoque ab omni injuria magis liberum.

xx Metaph. est a navi agitata tempestate, pro ne incerta spe futuri successus commovear. Simili tropo usus est Sat. 7. lib. pars multa natat. Ita Tacitus l. 18. dicit, fidem flutare pro labascere & variari. Itaq; Herodotus ἐπιπλοῦν φρεσῶν ἐν τῷ νόῳ: effe mente alienata & inconstanti.

yy Sipro hac legis sed satis, erit quaedam epanorthosis, correctio tot votorum, tanquam diceret: quid multa? precibus ac votis a Jove peto vitam & opes.

zz Anaphora est.

EPISTOLA XIX. AD C. CILNIUM MAECENATEM

Theticum.

Docet, quantum ab alijs distet genere imitandi Poetas.

Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino,
Nulla placere diu, nec a vivere carmina possunt,

Quae scribuntur aequae potioribus: ut male sanos
Ascripsit Liber Satyris Faunisque Poetas:

Vina ferè dulces oluerunt manè Camænae:

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma

Profuit dicenda. Forum puteasque Libonis

Mandabo siccis: adimam cantare severis.

Hoc simul edixit non cessare Poetae,

Nocturno certare mero: putere diurno.

Quid? si quis vultu torvo ferus & pede nudo

Exiguaq; toga simul et textore Catonem,

Virtutemne representet morisque Catonis?

Rupit Hyarbitam Timagenis amula lingua,

Dum studet urbanus tenditque disertus haberi

Decipit exemplar vitii imitabile. Quod si

Pallerem casu, biberent ex sanguine cuminum,

Imitatores, servum pecus, ut mihi saepe

Bilem saepe jocum vestri movere tumultus!

Liber a per vacuum posui vestigia Princeps:

Non aliena me oppressi pede: qui sibi fidet

Dux reget ex amen. Parios ego primos & jambos

Ostendi Latio, numeros animosque sequutus

Archilochi non res & agentia verba Lycambæ.

Ac, ne me solis idè brevioribus ornes,

Quod timui mutare modos & carminis artem:

Temperat Archilochi Musam pede mascula Sap-

Teperat Alcaeus, sed rebus & ordine dispar. (pho.

7. Nec socerum querit, quæ versibus oblinat atris

Nec sponsa laqueum & famoso carmine necit,

Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis

Vulgavi fidicen: juvat immemorata ferentem

Ingenus oculisque legi, manibusque teneri.

Scire velis, me a cur ingratus opuscula lector

Laudet, amètg, domi: premat extra blimè iniquus

Non ego ventosæ plebis suffragia venor

Impensis canarum, & trita munere vestis.

Non ego nobilium scriptorum auditor & ultor,

Grammaticas ambire tribus & pulpita dignor.

Hinc illa lacryma. Spisus indigna theatris

Scripta pudet recitare, & nugis addere gpondus:

Si dixi, rides, ait: et Jovis auribus ista

Servas. Fidis enim manare poetica mella

Tesolum: tibi pulcer. 12. Adhac ego naribus uti

Formido: & luctantis acuto ne fecer ungui:

Displicet iste locus, clamo, & diludia posco.

Ludus enim genuit tepidum certamen & iram:

Iratrucis inimicitias & funebre bellum.

Ana-

Analysis Dialectica

Quum Horatius quosdam hic *ως κακομίλους*, damnat tanquam infelicis imitationis, non omnes sine discrimine alienae scripturae imitatores ab eo improbari putandum est: alioqui ejusdem damnationis poenam in ipsius caput red. indare oporteret: quem sane palam est imitando consecretum fuisse, ut ipse confitetur, Lyricos Poetas Graecos, Archilochum, Alcaum, Sapphonem, Pindarum, Anacreonta, Simonidem, Stesichorum, & alios generis ejusdem: sicut Virgilius sibi proposuit imitandos ex Heroicis Graecis Poetis, Theocritum in Bucolicis Hesiodum in Georgicis, Homerum in Aeneide: ut etiam ex Oratoribus Graecis Cicero imitando effingere & exprimere Demosthenem & Isocratem conatus est. Sed de ratione feliciter & cum laude perscos imitandi scriptores, lege Ciceronem in Oratore ad M. Brutum sub initium, qui locus citatur a Plinio. 1. Epist. 5. Itaque tantum imitatio vitiosa reprehenditur: a qua scribit se longissimè abesse. Est quidem simile veri, Poetae objectam fuisse a Mæcenate, aut ab aliis, imitationem alieni operis: de qua nunc se apud Mæcenatem purgat. Excusationis autem argumentum est e dissimilium collatione: quod alii religione propè servili ab exemplari proposito recedere vel tantillum vereantur: atque adeo vitia imitabilium virorum pro ipsorum virtutibus consecretentur: ipsi verò non satis sit a vitiis aliorum declinare, nisi etiam Poeticae virtutis imaginem exprimeret aliis. decentius vestigiis ipsorum relictis. Protasis hujus dissimilitudinis exclamatione irascentis Poetae terminatur, quam sequitur antapodosis ad hæc: *libera per vacuum, &c.* Illa igitur protasis constat ex efficiente: quod Cratinus auctor fuerit vitiosa imitationis: qui velut prætor aliquis dixerit viros graves, abstemios & sobrios ad Poeticam non esse idoneos: sed ad causas fovesentes & judicia exercenda longè accommodatiores. Vinosos contra non adhæc, sed ad illam natos maximè. Itaque Amphiphanus Comicus dicit lib. 2. cap. 2. apud Athenæum: *Ἐπιπύθη δὲ οἷς, εἶοκα, καὶ οἶνον λόγῳ ἔνιος ἢ ὕδατος πίνοντες, εἰς ἀδελφούς, Ἰνέστ, ut videtur, in vino sermo sed nonnulli aquam bibentes evadunt stupidi & bardi.* Hæc quasi edicti prætorii formula e loco diversorum prounciatur: quorum quidem pars consequens de vinosis illustratur quattuor exemplis. Liberi patris primùm, qui cooptavit in ordinem suorum comitum, Sayrorum & Faunorum, *αἰνοπότας* ipsi similes, καὶ κιάδων ἀκροπότας Poetas. Deinde Musarum, quæ vix manè reperiuntur sobria. Postea Homeri, qui multâ vini laudatione, videtur docere Poeticam ex ipsius viribus pendere. Postremò Ennii, qui nunquam ad scribendum, nisi potus, animum appellebat: his falsis & mendacibus argumentis posteri Poetae ad diurnam & nocturnam vinolentiam impulsu fuerunt, ut principes Graecorum & Latinorum Poetas imitarentur: a quibus docet Horatius triplici parium collatione tam longè tali imitationis genere illos abfuisse: quàm eos a Catone, qui virtutes illius tantum severitate vultus pedum nuditate, vestitus brevitate se putant rectè referre: quàm etiam Hyarbitam ab eloquentia Timagenis, qui hunc solâ vocis contentione representavit extremo vitæ suæ periculo: quàm eos denique ab ingenii mei dotibus, qui medicamento Cymini solam præberent speciem fortuiti mei palloris.

2. Concludit protasin exclamatione, conficitque ex antecedentibus stultitiam hujusmodi imitatorum ex adjuncta judicii imbecillitate: qui non potuerint quicquam suo Marte ingeniosè excogitatum ad inventum alio-

rum adiungere, propositi exemplaris virtutes a vitiis distinguere, ut his vitatis illas imitando consecretentur, non contra.

3. Adhuc fuit dissimilium protasis disputata, nunc sequitur antapodosis; quæ brevius ac clariùs ita prounciatur: longè ego sum illis imitatoribus dissimilimus: quæ declaratur primùm loco diversorum: non mihi quisquam asperæ viæ glaciem priùs confregit: sed sed ego primus omnium mihi viâ feci ad Lyram Latinâ, *ἐγὼ μὲν πρῶτος ἔτεμόμην τὴν ὁδὸν πρὸς τὸ λυεῖν Ρωμαίων ἀγῶνας*. ibique prima vestigia impressi: quod certè consequens ex efficiente probatur: quum fiducia suæ virtutis id se suscepisse atque adeo confecisse sub tertia persona prædicat per futurum modestè. Poterat enim sibi meritò principatum Lyricæ Latinæ arrogare.

4. Rationem imitationis suæ primùm ex aliis diversis reddit: quod minimè sit sequutus argumentum & materiam Archilochi Parii: quibus Lycambes ipsius locer ad laqueum est adactus: sed illius tantum vehementiam & metrum.

5. Deinde e fine, quod maledicam acrimoniam & contumeliam Archilochi temperavit in libris Odarum moderatione Sapphonis & Alcaei, ne propter retentum Archilochi metrum sine ulla immutatione minùs laudis videretur mereri.

6. Eodè pertinet hæc dissimilium comparatio: quod metrum Archilochi sic ex utroque conflatum & compositum longè sit aliud ac diversum a primo & simplici Archilochi metro & materia genere & versuum ordine.

7. Dissimilitudo cõfirmatur remotiõne materiae, quod illic nemo aculeis contumeliarum & maledictorum licentiâ, velut lethali telo petatur.

8. Sibi gratulatur Poeta de Archilochi sic temperato efficiente & adjuncto, quod primus fecit Lyricos versus Latinos, & inde magnam capiat lætitiã, quum illos audit ingenuorum hominum oculis legi, & manibus tractari.

9. Notat hic quorundam *ἀχαριστῶν*, qui lectione versusum Horatianorum domi quidem delectantur: sed fori causam talis delectationis dissimulant, nec dignantur cum aliis communicare. Rationes autem, cur conticeant sequuntur e loco dissimilium, licet pars altera eorum desideretur in litera, quæ tamen potest ita expleri: taciti lectores meorum versusum celant idè fructum, quem ex illis perceperunt, quod ego, non, ut alii imperiti divites ac scriptores emunt approbatione vulgi & Grammaticorum magnificis conviviis & donis, qui postea celebrent, & publicè laudent lectorum versusum bonitatem, non sic, inquam, ego capto, aut sumtuosis cœnis, aut muneribus Grammaticorum & imperita plebis iudicium de meis scriptis, undè oritur tale silentium.

10. Altera est ratio silentii ex adjuncto Poetae pudore, qui non audeat suos versus committere auditioni theatralis confessus.

11. Ex adversis fingit alium insimulare talem pudorem dissimulationis, quod Horatius maximè confidat suos versus Augusto primùm recitatum iri, & in lucem deinde prodituros melle dulciores. alludit ad Nestoris eloquentiam de qua Homer. Iliad. a.

12. Primum quoque ex adjunctis ac sine non audeat ad accusatorem dissimulati pudoris respondere metu lacerationis & inimicitiarum: deindè ex procreantibus, quod e ludicra concertatione orientur iræ, odia, & lethiferum bellum, atque ita dissimulationem tueretur suam, & rationem imitationis suæ claudit.

Enarratio Grammatica.

Prisco Cratino.] De Cratino diximus Saty. 4. li. i. de quotamen addam Epigram. Nicerati e lib. i. Epigram cap. v.

Οἷός τοι χαίρειν μέγας πέλει πτόσι δαίδα.
Ἴδω δὲ σίτων καλὸν ἔτεκος ἐπὶ θ.
Τὰντ' ἔλεγον Διόνυσος, καὶ ἔπειθεν ἄχ' ἔνδ' ἀσκή.
Κερίτιος, ἀνδ' ἄσπαστος ὀδύσει πθε.
Τοι γὰρ ὑπὸ σερρανοῖς μέγας ἐβρυσεν ἄχε δὲ κισσῶ.
Μέτωπον, ὄσπαστος καὶ σὺ, κερκοκώμιον.

Vinum est magnus stimulus scito Poetae cum quadam similitudine: sed aqua potior non potest pungere boni carmen. Hoc autem, o Bacche, dicebat Cratinus: nec unum utrem spirabat, sed totum dolium redolebat. Coronatus enim magna fundebat frontemq; , ut tu, edera es cornis croceis habebat redimitam ad arcendam ebrietatem: hoc Epigram. citatur ab Athenæo l. 2. ubi pro καλὸν legitur χρῆσιμον. Crisiscus autem hic dicitur, quod priori fuerit ætate, quemadmodum loquutus est Ode 4. l. i. Quam vis redeant in aurum Tempora prisca, & Epo 2. ut prisca gens mortalium.

Placere diu.] Absolutè ponitur, ubi tamen ellipsis casus faciliè intelligitur hominibus. In scribuntur altera est ellipsis præpositionis a vel ab aquæ potioribus quali jam sapius notata est. Quod hic separatim dicit, potiores aqua, Græci conjunctim efferunt ὑδροποτότας καὶ ὑδροποτότητας, quod veritas abstemios.

Hi unde.] Particula ut notat potius tempus, quam similitudinè, ut valeat τὸ ἐξ οὗ, ἢ ἐπειδὴ τὰ χεῖρα, ex quo, vel, similitatque, postquam. Gallic. Depuis, Bacchus a mis les poetes, aut rang de ceux qui s' addonnent au vin, & tunc post Poetas, non periodo, sed commate opus erit.

Ascripsit.] Adjunctum ad societatem Satyrorum & Faunorum male sanos Poetas. Sed de Libero jam diximus e Diodoro Ode 12. l. i. ut de Satyris Ode 1. l. i. & Sat. 1. l. i. sicut etiam de Faunis Od. 4. l. i.

Camæne.] Hæ etiam jejuna halitum manè spirabant vina olentem auditâ Cratino & Crinâ.

Vinosus.] Vinosus Latine proinde definitur atq; Græcè δὲ φίλιος, ἢ γενὸς αἰνῶν ἑτοιμος. Quæ ad vinum natura est propensus, ut jam antè Epist. 13. dictum est ad verba, Pyrrhia vinosâ: sed ratio vocis Οἰνῆς redditur a Plutar. in ipsius vita ex Ephoro Historico: ὅτι καὶ οἱ Κυμαῖοι καὶ οἱ Ἴωνες τὸ τῆς οἴνου περιουσίαν ἐκάλουν οἰνῆρας, τὸ δὲ ἰδίῳ τῶν οἰνῶν ὀνομαζομένων, quod & Cumani & Iones lumine cassis vocarent homeros, qui auctoribus via egerent. Eustathii interpretatio in præmio Iliad. apertior est, οὗτος γὰρ φησὶ ἀπὸ τῆς μηδ' ὄρεν ἰνὸμαδαι, ὅς οἰνὴ μῆτις καὶ κατὰ μέτρον οἴνου. Hic enim dicit eum cognomen invenisse a defectu visionis per trajectionem literarum. Vide ibidè alia etyma, sed hoc mihi probabilius videtur. Jam redeo ad vinosum Homerum, qualem & mulierosum Zopyrus Physiognomon Socratem judicavit, ut est lib. de Fato Ciceronis.

Arguitur.] I. proditur, declaratur: quemadmodum accipitur Epod. 11. Languora arguit amantem. id est, indicat & prodit.

Laudibus vini.] I. propter laudationem vini, vel quia laudibus vinum celebravit suis versibus, ut Iliad. 4. καὶ τ. 1. tem Odyss. 1. καὶ 2. Ita Theognis de vino loquitur:

Οἶνός τ' ἀνὴρ οἶνός τ' ἀνὴρ, τὰ δὲ μῆρομαι, ἔδιδε παμπόδα
Οὐτε ποτ' ἐχθαίρειν, οὐτε φίλειν δύνάμαι.
Ἐπὶ δὲ καὶ καλὸς ἐστὶ τὸς ἄνδρα μωμῆσατο,
Τίσι δ' ἂν ἐπαίση μετῶν ἔχειν σοφίης.

O vinum partim te laudo, partim etiam accuso, neq; plene unquam odisse, neq; amare possim. Es enim bonum & malum, quis te vituperaret? quis etiam laudaret vel mediocri sapientiâ præditus?

Quibuscunq; antè homines possunt bene vel male uti, de laudatione & vituperatione horum ita ambigitur: abusus tamen vitio est abutenti vertendus, non rebus ipsis. Sed de ebrietate vini filia vide Epist. 5. & Odyss. unde cognoscis illâ Polyphemum periisse: quod si Cratinus & ipse discipuli considerassent, longè aliter de vino ac de Homero sensissent.

Ennius.] Hunc quidam faciunt æqualem Livio Andronico: Eusebius tamen natum scribit anno post datam Romæ primam fabulam a Livio, C. Claudio Cæci filio, & M. Tuditano Consulibus, & Cicero de claris Oratoribus anno ab Urbe condita 410. natione fuit Eusebio Tarentinus, & Romam deportatus a Catone Questore. Sed Silio Poeta fuit Calaber: Vixit familiariter & carè cum superiori Africano annos 70. ut refert Cic. in Cat. Major: dicitur etiam versus quosdam Homeri transfuisse, ut scribit l. de finib. Ex his potest quisq; faciliè perspicere, cur pater vocetur.

Profluit.] Valdè est appositum verbû homini potior & furioso, qui impetu magis fertur ad opus faciendû, quàm sedato mentis: ulsu ac quieto. Aristoteles meminit in Problem. sect. 30. Quest. 13. ejusdè Marci Syracusani, qui nunquàm meliores versus faceret, nisi quum mente Lymphatâ & alienatâ esset: quem Græci dicunt νυμφαλῆστος, τὸ τῆς ἰσθμῆς μῦθος καὶ τεχνοῦ. i. Spiritu & furore nympharum correptum: Sed ibidem de Puteal dictum est Sat. 6. l. 2. ubi hic versus citatus est undè repetes, quod ad hujus loci intelligentiam pertinet.

Mandabo.) Grammatici tradunt hoc verbum esse donationis & acceptionis, quæ mutuis fiunt manibus, & sonare, aliquid committere alteri conficiendum. Quemadmodum Demea Terentianus Act. 3. scen. 3. ἔπειθ' ὡς τὰμὲν ἔδωκεν, si quis rectè curatum velit.

Siccus.) Sobrius. De hoc epitheto diximus Ode 18. l. i. in Gram. & Rhet.

Ad thiam cantare.) Infinitû est pro nomine, id est, ἄρτια μέτρα: neq; ego dixerim omnino Hellenismum esse, quod hujusmodi posit. o unius partis pro altera, sit omnium linguarum communis maximè, vel nostræ Gallicæ, le marcher est dangereux au mal des jambes, pro, inaccessus non est salutatis tibi arum morbis. Hic accedit, quod etiam Græci idem enunciant per nomen. Iliad. β. in catalogo navium: αὐτὰρ αἰετῶν Θεσσαλῶν ἀφελόντας.

Musa abstulerunt suavem cantem Thamyri Thracio, ubi ab antecedente repetendus est casus personæ, Θάμυρον τὸν ὄψιν.

Hos simul.) Simul atq; vel, quum primum, velut magistratus vel Prætor, vel aliquis alius, qui sit cum imperio & auctoritate, Cratinus iussit a Poetica ad causas & iudicia sobrios esse abstrahendos, id significat edicere, quo Phidippus senex auctoritate senil' ac herili usus est in Hecyt. Act. 4. Scen. 1. Ibo intro, atque edicam ser vis, ne quoquæ efferri sinani puerum.

Certare vino.) Hoc Græcè potest efferri κωλύειν poculis ludere, ἐποκλύειν ἢ γινῶν οὐδισί καὶ ἔσποτερον πίνειν, i. moros Scytharum meracius & intemperantius bibere, quod uno verbo dicitur: σπουδωποτέιν, ἢ ἀνεγροποτέιν, mero bibulum esse Plauto.

Putere.) Οἰνῶν δυνάμεις καὶ ἐπὶ γάων graveolentem spiritum eruere, & vinoientium halitum spirare.

Si quis simulet.) Ita loquitur Virg. 1. Æneid. spem vultu simulat, Hi autem sex casus sunt modi ut Grammaticis mos est loquendi, pro, si quis imitetur torvum Ulicensis Catonis vultum, nuditatem pedum, exiguitatem textæ togæ, non idèd mores illius ac virtutem representare putetur, quem Seneca lib. 1. cap. 15. de tranquillitate vitæ appellat virtutem vivam imaginem. De quo aliter sentit D. Augustinus, ut ostendimus in Gram. Ode.

Od. 12. lib. 7. De hoc lege Plutar. in ipsius vita. Cic. l. 16. Epist. 14. Tironi dicit etiam diem repraesentare: *conserua te mihi, dies promissorum adest, quem etiam repraesentabo, si advenis*, id est, promissum praestabo: Galli *te ballera que i ai promis, ac velut ante oculos proponam praesens.*

Rupit. Sic loquitur Terent. Hecyr. Act 3. Sc. 4. *ut me ambulando rumperet*, & ante ipsum Plautus in Mercat. *Qui merupit currendo sua causa.* Locus autem Poetae Graece dicitur, *διεπρήξε γλώσσα τὸν ῥαβδίται*: hoc etiam verbo usus est sub finem Sat. 3. l. 2. in narratione fabulae Aesopicae de rana matre & pullis ipsius: *Non si terumperis, inquit, pareris.*

Lingua igitur Hyarbitaemula Timagenis ipsum Hyarbitam rupit. L. Crassus similicontentione vocis dicitur initio lib. 3. de Ora. ad Q. Fratrem, incidisse in pleuritida, undè non convaluit. Ita enim ferè accidit iis, qui toto corpore, atque omnibus unguiculis, ut dicitur, contentioni vocis asserviunt, pulmones, arteriam, fauces, linguam, quam maximè possunt, intendentes ad profundendam vocem. Sic æmulus cum genitivo a Cicerone in oratione pro Murena ponitur: *Fuit summo ingenio vir Zenocujus inventorum æmuli Stoici vocantur.* Hic autem Timagenes fuit Suidæ Rhetor Alexandrinus, alius Ægyptius Romam adductus a Gabinio captivus, & a Fausto Syllæ filio redemptus, qui professus sibi Rhetoricam & Sophisticam ad aetatem usque Augusti vixit: sed tandem tali professione prohibitus fuit nimio maledicendi studio, & in quodam agello Tusculano inter vomitionem vitæ functus: non aulim tamen certò affirmare hunc Timagenem tum Romæ fuisse, quum Censores Cn. Domitius Aenobabus, & L. Licinius Crassus edicto Rhetores ex urbe expulerunt, cu us edicti formam habes in præfatione nostræ narrationis, nec magis affirmo hunc esse eundem, cujus mentionem Quintilianus facit lib. 3. cap. 10. quum scribit Musicen ab eo primùm omnium disciplinarum & origine & inventionem collocari: verum qui quis ille fuerit, dicendi facultate plurimùm valuit, ut ex hac Epistola perspicitur. Meminit præterea cujusdam Timagenis Senec. l. 3. de tra. sed quia dicitur hist. riarum scriptor, dubito, an idem sit cum hoc Oratore, quos tamen ad petulantiam linguæ diceret gemellos. Eiusdem quoque Plutarchus lib. de amico ab inimico discernendo: quem utrumq; locum leges e præmonitu Antonii Muret.

Tenditq;.] Hoc verbum cum infinito est *πειραζειν*, quod arguit alterum, cui subnectitur, pro, conatur haberi facetus & disertus. Itaque alterum indicat habitum corporis, alterum animi affectum. Ita usurpatur Æn. 5 de Sinone:

Ille seis manibus tendit devellere nodos:
pro, contendit, nititur.

Exemplar.] Concurrunt sæpè in exemplar, quod nobis propofuimus imitandum, & virtutes & vitia quod quum ita fit, & ingenium hominis magis inclinatione naturæ & voluntatis huc, quam illuc propendere certissimum habetur, facillimum est labi, errare & falli, id est, imitari vitia cum tali exemplari conjuncta. In verbo autem, *dec. pu.* intellige hominem illud exprimerere imitando studentem.

Cuminum.] De hac herba Plin. hujus ait granta summentibus pallorem inducere, idque exemplis confirmat. Idem Dioscor. l. 3. cap. 68. ad finem post reliquas illius facultates memoratas, facultates in qua, τὸ κυμίνον ἡμέριον, *Cymini domestici*, & sativi, *κίμινον μόνησι, τρέπει καὶ χρωῖνται ἐπὶ τὸ ἀχρότερον πύθμενον τε καὶ συγχεύμενον, cuminum mutatur nativum colorem in p. lliidiorem tam potum, quam illitum.* E grano etiam hujus herbae per compositionem fiunt nomina in speciem adagiorum, ut quum volumus

hominem praparcum, nimisque sordidum nominare, illum solemus vocare *κυμινολίμβικα*, ἢ *ἡρω τὸν σμικρολόγον*, quidum cuminum apponit, semen alioqui maxime parabile ac vilissimum, granula ipsius vel minuta colligit. Item *κυμινολίμβικα*, de quo Aristot. Eth. 4. c. ubi quum Philosophus docendum proposuisset vitium illiberalitatis, ut multiforme ac varium, longè porrigi ac dilatarī, & animum alicujus modis duobus cognosci minutum & angustum, aut exiliter dando, aut largè a videque fumendo, id vitii ostendit non plenum integrum que in cunctis hominibus sordidis inveniri. Sunt enim, qui multum servant modum & mensuram in pecunia fumenda, & undique congerenda. Sunt contra, qui omne rectum deferunt officium in dando: qui sigillatim nominibus hujusmodi notantur, *πειθαρχοί, λίχνοι, κίμινος παρσι, μινυτι, & sordidi.* Horum unus est, qui cum ini seculo vocatur: propterea quòd in re admodum vili cum socio partienda, quale cumini granum est, ne minus justo capere videatur, ipsam fecet atque dividat. Hæc obiter sint notata lectori ad vitandū hujusmodi nomina, quæ fama turpissimam inurunt maculam cuncta. Eiusmodi est ὁ *κόρδαμογλόφου*, & ex utraque factum illud Aristophanis in vespis, *κυμινολίμβικα*, qui non veretur etiam τὸ *κυμινολίμβικα* καὶ τὸ *κόρδαμον γλόφου* illa *muta secare & cavare.* de hoc Theophr. l. 8. Plant.

Servum pecus.] Sic loquitur Lucan. l. 6. *O famuli turpe, servum pecus!* utrobique servum adjectivum est, quemadmodum accipitur Agraria 2. prædia serva, quibus libera opponuntur. Notat igitur tales imitatores stupore quod. ingenii nimis ignavè & serviliter addictos suo exemplari. Et certè hoc convitii genus manifestius apparet in hoc Poeta. si Lyrica Graecorum nobis exstarent: quanquam in hoc ilorum pecunia possunt aliqua observari. Quid enim aliud est Od. 12. l. 1. nisi surtum illius Pindaro factum? ut illic ostendimus: quid etiam illud Od. 9. ejusdem libri, *depremo quadrimum?* Quid præterea initium Od. 8. ejusdem *νύκτα* *Vare. & c.* quid denique illud, *Nunc est bibendum?* nisi furta etiam illius Alcaeo facta. Similia possunt inveniri in epistolis, ubi præcipuè est imitatus Gnomologos Poetas Hesiodum, Theognidem & Phocylidem. Huc accedit quod dicitur in Satyris, *pedem fixiss*, undè Lucillus suum retulerat.

Ut mihi.] Existimo particulam *ut* ita hic sumendam cum admiratione, ut in Capt. Plaut. *ut sepe summa ingenia in occulto latent!* & 5. de finib. *ut illi efferuntur lætitiæ, quam viscerunt!* pro quam & quantum, quomodo accipitur Epod. 2. *ut gaudet!* & c. sic os sumitur in Thyrside Theocriti ad finem:

Ἦν δὲ τοι τὸ δέπας θάσσει φίλος, ὅς καλὸν ὄσσει.
Adest tibi poculum, specta, amico, quam suavem spiraret odorem.

Vestri tumultu.] Ratio hujus vocis est Philipp. 8. *Quid enim est tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur?* undè etiam nomen ductum est, tumultus, & geminatur in oratione pro Dejotaro cum trepidatione, & constituitur cum trepidus initio 8. Æneid. *simul omne tumultu*

Conjurat trepido Latium—
in quem locum vide Serv. Tumultus igitur est omnistrepidatio & perturbatio e metu vicini periculi: quam quidem rationem non nihil altera vocis Graeca *θέρου* illustrare potest ex 8. Thucydidis perit. *τὸ θέρου ποῦς καὶ ἐπιμνησὶς, Tumultus erat multus & terroris stuporemq; injiciens.* dicitur *παρὰ τὸ θέρου βολῆ, accursu clamori & rumoris, vel ἄλλὰ τὸν θρου καὶ βολῆ, a fama murmurante ac susurrante.* Poeta igitur admirans starditatem & perversitatem imitatorum exclamat, quomodo sæpè illorum trepidi tumultus ipsi risum & iram concitarent.

Libera vestigia.] In nullius exemplaris lege adstricta primus fixi vestigia. vestigium est ima pedis pars, & signum, quo dea terra imprimit, quorum utriusque exempla passim reperies.

Princeps.] Sic Od. postrema lib. 3. loquitur:

Dicam,

Princeps Aeolium carmen ad Italos

Deduxisse modos —

Quemadmodum autem τὸ ἀρχὴν modò notat initium, modò dominatum, item ἀρχὴν modò inceptorum modò 10 dominatorem: ita ego puto τὸ πρῶτον, Latinum vocabulum vim retinere hinc utramque & inceptoris & excellentis auctoris.

Per vacuum. Ellipsis est substantivi, iter vel locum, sic absolutè ponitur Sat. 5. l. 2. in vacuum venias.

Qui sibi.] Qui bene est conscius explorata & probate virtutis suae regit alios, tantum abest, ut timidè serviliter & ignavè se gerat.

Paros.] I. Archilochicos. quae vox deflexa est a Paros insula maris Aegaei, de qua diximus Od. 19. lib. 1. sicut de 20 Archilochos & Lycambe Epod. 6.

Animosus.] I. metum & fiduciam, elationemque animi: scriptores proae interdum usurpant pluraliter animos pro magnitudine animi, vel elato & excelso vel magno animo, ut in eadem significatione dicunt sumere, afferre, 25 tollere, deponere spiritus, id est, multum sibi tribuere & arrogare. Quomodo Xenophon Pæd. 5. οἱ πολλοὶ ἀνθρώπων ὅταν μὲν βαρῆσιν ἄνθρωπον ἑστῆναι παρὰ ἑαυτῶν, πολλοὶ ἄνθρωποι, quum pleni fuerint fiducia, vel animo obfirmato, intolerabiles spiritus pro se ferunt, sic καταβῶνεν τὸ φρόνημα, cui opponitur παραλαμβάνειν φρόνημα, deponere spiritus & assumere.

Verba agentia.] Quae Lycambum ad laqueum adigere potuerunt: itaque dicuntur hic verba agere Lycambem alio sensu, atque Cic. dixit pro Rosc. Comædo, Quum agit Ballionem, Lenem & Chaream, id est, repræsentat: 35 sed ut Liv. 1. 3. loquutus est, His ferè agere plebem, plebisque animos, i. per hæc plebem agitabat. exercebat & vexabat.

Quod timui.] Hæc conjunctio respondens Græcæ, ὅτι, communiter quidem convenit cum temporibus primis & secundis, sed cum his sæpius, ut tradunt Grammatici, cujus perfacilis est observatio. Veteres propterea quod & propterea quia dicebant, sicut ideo quod & ideo quia: sed priora per quod reperiuntur usitata bona Latinitatis auctoribus: qui tamen sæpius simplici aetiologi- 40 co quod utuntur. Hinc nunc modos vocat, quos numeros modò appellabat, & artem pro, legem carminis.

Sed rebus etc.] I. argumento, materia, & versuum dispositione dissimilis.

Sappho.] De Sapphone & Alcæo diximus Od. 1. l. 1.

Oblinat.] I. flagitiosis versibus polluat & dedecore maculet. Pro laqueum necere Græci dicunt ἐμβάλλειν βροχόν τι.

Famoso.] Id est, probris ac maledictis cogit sponfam suam laqueo sibi mortem consciscere.

Hunc ego.] Ego Archilochum feci Latinum & in lucem edidi ante omnes Poetas Latinos.

Præ ore.] Ita loquutus est Od. 25. l. 3.

Dicam in signe, recens, adhuc indictum ore alio.

Premat.] Taceat in congressu & cœtu hominum.

Impensis.] I. sumptibus maximis conviviorum Est Martialis Epigramma in Pomponium malum Poetam, qui suffragia hominum apparatu cœnarum malis versibus emendicabat.

Quod tam grande sophos clamat tibi turba rogata,
Non tu, Pomponi, cœna deserta tina est
non dissimile est alterum in Ligninum,

Hæc tibi, non ulsa est, ad cœnam causa vocandi.

Versiculos recites ut, Ligure, tuos.

Suffragia.] Quidam putant hanc vocem a sustinendo, id est, subtus flexendo dictam, ita in quadrupedibus suffrago, inis dicitur flexura poplitum posteriorum, ubi continuitas cruris videtur dissita, & modo quodam fracta. Suffragium autem illa vox erat populi, quæ in comitiis dabatur prius, cum porrectione brachiorum in altum, quæ Græcis est χειροβολία. sed postea in tabellis describatur, quæ suum quisque aperiebat sensum de aliquo Magistralu creando, vel de reo damnando aut absolvendo. atque sententiæ singulorum in tabellis discretæ in urnam coniciebantur quam Græci ostracion. i. testulam vocant, qui calculis aut candidis aut nigris solebant etiam suffragia ferre, unde ἡσυχὸν δὲ δούλων ἢ μάλλων φέρειν, τὸ εἶναι οὐκ ἔστιν ἢ ἀναρῆσαι ferre sententiam de vita aut de nece. Cic. 1. 3. de leg. magis probat suffragia palam lata, quam in tabellis, cum scribit, suffragia in Magistratu mandando, aut etiam de Reo iudicando palam fieri melius esset, ubi equidem suspicor legendum, ferri.

Auditor.] I. qui audio scripta Poetarum aliorum, & more Aristarchi criticè castigo & emendo: non ambitiosè quæro Grammaticos, quos rogem ut suis discipulis mea carmina prælegant & in pulpitis scholarum recitent.

Ultor.] Quidam hinc legunt actor, ut pro, auditor τὸ adjutor: sed ego malo jam recepta. Est autem auditorem aliorum esse & ultorem, ita scripta aliena audire & castigare, ut tua reponas vicissim aliis Aristarchis & censoribus recitanda & iudicanda: quod Gallicè reddas, escontes & juges les escries d'autrui vous demander la revenche, que les tiens soient escontes & juges: quam iudicii inmutuam locatione Poeta conqueritur hic & damnat.

Tribus Gram.] Est hic convenientia pro rectione, tribus & multitudo Grammaticorum: posset etiam per cõtemtionem τὸ τριβὺς sumi pro iudicibus parùm ingeniosis imperitis, ac iniquis, ut in Epist. 13. interpretati sumus, conviviam tribulem, tenuè, pauperem ac infimæ fortis hominem. Sed meminit Suetonius Tranquil. libel. de illustr. Gram. cap. de Gram. appellatione, Repeto, inquit, Grammaticam quendam, nomine Principem alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis verbò mane disserere, post meridiem remoto pulpito declamare solitum.

Hinc ille.] Mea poemata contemuntur, propterea quod illos Gram. nullis ornare muneribus soleam, de quo queruntur apud alios.

Indigna.] Quæ publicè recitentur.

Et nugis.] I. venditare res nihili pro pretiosis. Rationem hujus vocis aliàs sic reddidi, sicut inde declinati nugari, ut a nihil agendo diceretur utrumque: sed ex eo legi Hieronymum in c. 3. Sophon. vers. antepenult. qui affirmat τὸ nugas Hebræum esse vocabulum a radice נגא, quod est dolore affici in conjugat nihpal unde נגא נגא נגא dolore affecti hanc tamen Hieron. interpretationem non agnoscunt Rabini nec etymum alii doctores.

Manare.] Verbum est hic ἡσυχῆσαι, quum ferè soleat ἀμεταβάτως, absolutè usurpari. Id autem valet, speras te instillare & infundere mellitos versus auribus Augusti, & in hoc tibi placet. Similis est syntaxis apud solum Plin. 1. 14. c. 20. manat picem hæc arbor, id est, emittit ac diffundit: ita Alexander Aphrod. ἀπορῆει λοιμικὴ ἀπὸ ῥοίας, id est, egerit saniem pestiferam. Orator contra diceret, manare sudore & cruore. Etymum hujus verbi repetit a Pesto.

Ad hæc.] Ad superbiam mihi exprobratam.

Naribus.] Vereor ridere objectum alterius, pro quo Perius, vereor uncis naribus indulgere, & hic naso suspendere. Ratio vocis naris reddita est Epod. 12.

Diludia.] Πλὴθυνκὸς τὰν δὴν effertur & spatium temporis definitur, quo fit gladiatores intermissio a ludis, interea dum se ad eos me. i. u. comparant.

Truces.) I. horribiles, & savas & bellum lamentabile.

Explicatio Rethorica.

Metaphora est ab animatis ad inanima, pro, carmina scripta a sobriis non possunt tunc oculis hominum legi, nec celebrari, nec manibus teri. Sic loquutus est Od. 2. l. 7.

vivet extento Proculejus avo

pro, liberalitas, Proculeji semper erit in ore hominum nec definit predicari quemadmodum liber vivere, praesertim ingenio stipatus, dicitur a Martiali.

b Altera metaphora a corpore ad animum male affectum & intemperantem.

c Hoc quoque est translatum vel a militia vel a more civitatum, ubi novi vel milites vel cives proprie dicuntur adscribi, unde adscripti cives vocantur.

d Paranomasia est, ubi vox commutatis aliquot literis vel syllabis, commutatur etiam significatione, sicut in mors & immortalitas

e Est allegoria e metaphoris ab indicta pugna, vel potius ab improvisa hostium excursionem, contra quos raptim & turbate concurrunt ad arma, pro, Ennius ita ferebatur ad libros annalium de rebus Romanorum scribendos potus.

f Est hic primum prosopopoeia, ubi Cratinus inducitur sciens edicto, ne sobrii poesi attingant: deinde Allegoria, sed e duplici metonymia subjectorum pro rebus ibi tractatis, litibus ac iudiciis.

g Sumtum est a iudicibus & magistratu, pro iussit, censuit.

h Metonymia est ubi ex efficiente significantur effectus, id est, texta toga vel textura togae talis tropus fuit Epist. 1. sub fine, si curat ut inaequali tonsore, id est, tonsura.

i Metonymia est ejusdem modi pro, vox vehementissimae contentions, qua ipse Hyarbitas usus est in exprimenda eloquentia Cimagenis perdidit ipsum. Hic rursus Timagnus habet metonymiam subjecti pro ipsius eloquentia.

k Hoc epithetum similiter hic immutatur atque Sat. 3. Perlii pallentis.

Rugosum piper & pallentis grana cymini.

Ex utroque enim effectu significatur cyminum efficiens ex sanguis & pallidos ipso utentes per metonymiam modi secundi.

l Exclamatio succensentis hujusmodi ingeniis.

m Nota est metaphora, qua demonstrat tales imitatores aliorum factos esse mancipia, nec minus hebetes esse, quam pecudes rationi expertes.

n Anadiplosis est, ejusdem soni repetitio in fine praecedentis & initio sententiae sequentis.

o Allegoria est e metaphoris a viatoribus, qui primi per devia faciunt iter & illic viam albis dicuntur parare & monstrare: sic Horatius princeps fuit, qui ad Lyricam poesi in aliis Latinis aditum munivit.

p Non est hic simplex metaphora, sed ejusdem continuatio a subole novarum apu, qua sibi deligunt reges & ductores, ut e 4. Georg. conosci potest: quoniam Virg. facit duo genera. Varro tria, Aristoteles quatuor in historia animalium, itaque inter apes, qua magis, quam alia, viribus suis confidunt, ceteras regunt: quam fiduciam Horatius sibi sumit in Lyricis.

q Ex membris, id est, pedibus jambicis significatur integer versus jambicus per synecdoche, & e Parisi subjecto loco intelligitur indigena Archilochus per metonymiam: qualis est in Lano, pro, ostendi primus hominibus Latinis versus jambicos Archilochios.

r Duplex est in una dictione tropus: prior est synecdoche generis pro laurea, id est, ramo lauri, qua Melpomenem rogat Ode ult. l. 1. ut se coronet:

— Et mihi Delphica

Lauri cinge volens, Melpomenem, capiet

posterior est metonymia signi per signata laude & honore Dicit igitur, Tu, o Maccenas, noli propterea mihi minorem deferre honorem, vel parcius laudare, ut lauream indignum, quod minime ausus sum genus carminis Archilochi mutare.

s In modos & arcem agnosco synecdochen generis pro jambicis & eorum compositione.

t Metaphora est a fortitudine virorum, qua hic tribuitur mulieri: quia se praestitit virilem in studiis virorum tractandis, magnisque rebus suscipiendis ac perficiendis. Simili tropo usus est Perf. Sat. 3.

— calido sub pectore mascula bilis

Intumuit, quam non extinxerit urna cicuta, pro vehementissima & acutissima ira. Interpretes tamen juvenalis ad versum Sat. 2.

Magna inter molles concordia, non erit ullum, &c.

refert in epitheti, Masculula, ad nefanda Tribadum libidinem, qua scribit, citans hunc locum, Sapphone excogitasse. Idem videtur Domitius confirmare in Martialis Epigr. in Philaenim. l. 7. ubi docet hanc vocem dici παρὰ τὸ τελεβειν, a fricando, nec a quoquam Latino usurpata Latine, nisi a Martiale & Porphyrione in hunc locum, qui τὸ mascula & proprie & translate interpretatur, vel quia, inquit, in poetico studio versata est, in qua sapius enituit, vel qui a tribus diffusamata fuit. Alii referunt epithetum ad magnum ipsius animam, quo fuit in oppetenda morte praecipitio e Leucade petra, quae de re lege c. 18. Aufoniar. Lestion. Ios. Scaligeri, ubi ratio redditur cur Sappho vocetur masculula, quia, inquit, cum illa esset femina se praecipitem dedit ex illo saltu, ex quo tantum solebant viri sese impatientia amoris jaculari: unde locus ille dicebatur ἀλμα τῶν ἐρῶντων, saltus amantium. sed ego malo ad accerrimum poetices studium referre. Ita Graeci usurpant τὸ ἄρσεν ut Plutar. ἐν λόγῳ παραμυθ. παρὰ τὸ εἶναι αὐτὴ τὴν ὑπομονὴν ἀρσενῆ καὶ γενναίων reddere oportet ipsius patientiam fortem & strenuam. Sic ἀστυβῶν φόρῳ, ἀκμῆ, pro magno & ingenti clamore, robore, vigore, sic Epod. dixit masculula libido.

u Haec vox, ut Musam & Alcens. metonymiam continuata id est, allegoriam habet efficientis pro effectis versibus Sapphicis qui mixti cum jambicis faciunt genus carminis temperatum.

x Synecdoche est generis pro Lycambem patrem Neobules, quae fuit filia Lycambis desponsa Archilochi, & postea denegata: unde hic iusta incensus ira ditos evomuit jambos in utrumque.

y Sumtum a liquidis & humidis, quibus corpora polluuntur, ad notam infamiae alteri inurenda: qualis est tropus in de claris oratoribus, ubi Cic. de peregrinatione eloquentiae sic loquitur: Nam ut senzel e Pyraeo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas, atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omni nempe illam Attica dictionis quasi sanitatem perderet, ac loqui pene dediceret. Sic Suet. libel. de illust. Gram. eodem tropo in Sallustium utitur, quum dicit hujus scripta oblitam nimirum praeceptorum verborum affectione.

z Metonymia effecti pro infamante aliquem, Gall. Pour le diffamer.

aa Hunc, nempe Archilochum, metonymia est efficientis pro effectis versibus ab Archilochi, quos nemo ante

60 Horatium fecerat Latinos.

bb Synecdoche est partis, pro extra domum celat mea opuscula ac retinet laudem, quam illi distribuit privatim.

cc Hic tropus Epist. 8. notatus est.

Rome Tibur amem ventosus, Tibure Romam.

65 dd Metaphora est nota, qua significatur improbus labor flagitandi suffragiorum confusionem ab hominibus: qualem labore ferunt sub dio venatores, qui prostant in nive, ut diximus Od. 1. l. 1. Pro hoc dicit proprie Cic. prendere & prensare

prentare tribus suffragantes, & ut Od. 3. l. 1. *solicita ambire prece*: quem locum interpretatus sum in Rethoricis p. verbum circuire, quo Ausoniu reperit usum in gratiarum actione ad Gratianum Imperatorem in simili argumento. *Qui tribus non circumvi, centurias non adulavi, qui non prentaverim manus, &c.*

ee Allegoria est e continuatis metaphoris a petentibus magistratus, qui vicatim & vititum gratiam a latutis suffragia captant ambitiosè & aucupantur multitudinis favorem diligenti prentatione.

ff Metonymia e subjectis, pro frequenti conventu spectatorum & doctorum virorum audientium, quem conventum Epist. 1. l. 2. vocabit arcum theatrum.

gg Videtur hoc sumtum a libripendibus, qui dum pecuniam, vel res alias venales pensant tacito motu trutinæ, levibus gravitatem; contra gravibus levitatem experiorum usu inducere solent.

hh Brevis accessus ad profopociam cujusdam, quem Poeta facit secum loquentum.

ii Metaphora est, quæ nomen maximi Deorum tribuitur homini: qualè Tityrus usurpavit Eclog. 1. *Deus nobis hæc omnia fecit* ad Augustum utrobique indicandum, qui pro

Deo a suis beneficiariis ubique habentur.

kk Metaphora est nota ad bonitatem carminis Horatiani commendandam.

ll. Sumtum quoq; hoc est a Gymnastica, ubi luctatores sese unguibus lacerant, quamvis a suis Aliptis probè sint uncti.

mm Synecdoche est generis pro theatro, ac potius arena Circi.

nn A Gymnastica quoq; hoc sumtum est pro interjecto vacationis spatio.

oo Duplex est hæc dictionis figura: Polypoton & climax. Non dissimilis est gradatio caussarum mutuâ progressionem se generantium *Æn. 8.*

Tristesq; ex arbere dire,

Et scissa gaudens vadit discordia pallâ:

Quam consanguineo sequitur Bellona sigello,

tales sunt belli causa procreantes.

pp *Funere* per metonymiam effecti pro efficiente multas cades, & dante funera. Simili tropo dixit Ode 21. l. 1. bellum lacrymosum & Cicero Epist. 4. l. 4. ad famil. *perculsa & prostrata fœdissimo bello jacent omnia*, id est, quod lacrymas exprimit & deformat omnia.

EPIST. XX. AD LIBRVM SVVM.

Theticum.

Præcepti libri editio primùm dissuadetur, auctorisque plenè describendi ratio instituitur.

Vertumnus Janusq; liber spectare videris:
Scilicet ut prostes soliorum pumice mundus.

Odisti claves, & grata sigilla pudico:

Paucis ostendi gemis & communia laudas,

Non sita nutritus: g fuge quò discedere gestis.

Non erit emissore datus tibi. quid misere egit?

Quid volui dices, ubi quis te leserit, & scis

In brevi te cogi, quum plenus languet amator.

Quòd si non odio peccantis desipit augur,

Carus eris Romæ donec te deseret atas.

Contrectatus ubi manibus sordescere vulgi

Cæperis, aut tinea pasces taciturnus inertes,

Aut fugies Uticâ, aut vinobus mittèris Ilerdam.

Ridebit monitor non exauditus ut ille,

Analysis Dialectica

Epigrapha hujus epistolæ mira videtur Porphyrii:

quòd hic neq; cum absente, neq; cum præsentem homine verba faciat Poeta: ille tamen auctoritate nescio cujus consuetudinis facile contentus intermittit suam admirationem, quum scribit principia & fines in omnibus libris nullius legis formulâ contineri, atque ut dictum suum confirmet, profert librum primum Epicuræ sectæ a Lucretio sic institutum, & 4. Georg. a Virgilio. Sic equidem in præsentia possum respondere de priore Quum Lucretius initio sibi opem Veneris implorat:

Æneadum genetrice hominum, Divumq; voluptas

Alma Venus, &c.

deinde subnectit unâ propositionem operis futuri,

Te sociam studeo scribundis versibus esse,

Quos ego de rerum natura pangere conor.

Memniade nostro, &c.

quid facit alienum a principe epopœorū Homero, qui hoc

utrumq; in Iliade multis antè seculis docuit faciendum?

quò etiam Lucretius omnia naturæ opera ducta a primordis rerū initio ad extremum usq; persequatur, qui dici potest id sine legis formulâ præstare? Itaq; de hoc Poeta, & ipsius poemate, sicut de 4. Georg. Virg. dissentio a Porphyrione, propterea quòd hic etiam 4. liber operis Georgici lege Methodicæ doctrinæ adstrictus tenetur. Nam quòd initio Poeta proposuisset quadripartitâ universi illius operis sum-

Qui malè parentem in rupes protulit a sellum

Iratus. Quis enim in vitum servare laboret?

1. *Hoc quoq; te manet, ut pueros elementa docentem*

Occupet extremis in vicis balba senectus.

25 2. *Quum tibi solæ tepidus plures admovertit aures,*

Me libertino natum patre, & in tenui re

Majores pennas nido extendisse, loqueris:

Ut quantum generi demas, virtutibus addas.

30 4. *Me primis viribus belli placuisse, domiq;*

30 *Corporis exigui, procanum, solibus aptum:*

5. *Irasci celerem, tamen ut placabilis essem.*

6. *Fortè meum si quis te percontabitur avum,*

Me quater undenos sciat implevisse decembres:

35 *Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.*

ma, & tres primos absolvisset libr. quartum sic aggreditur:

Protinus aeris melles caelestia dona,

Exsequar: hanc etiam Mæcenâs adspice partem.

ubi rursum rem, de qua dicturusest, proponit, & in partes distribuit duas principes, propagatione & conservatione apud

deinde in redintegratione generis, ubi hoc omnino inter-

iiisset. quæ postea subdividuntur in educatione, contentione, tetentione, mitigatione, mellatione, afflictione, & curatione. Ex his perspicimus, hanc quartâ operis Georgici parte non ex lege esse: quò nisi Virg. ordine, ut propositum fuerat, ex-

sequutus fuisset, non solum lege Methodi, sed lege etiâ promissæ teneretur. Quòd aut Horat. cum suo libro, tanq; cum

familiari, colloquitur, id licentiæ Poeticæ tribuendum est, qualis fuit in colloquio cum Amphora Od. 21. l. 3. Et quò pluri-

ris est, videtur pro consilio accipiendum, quò Poeta secum capit de

hoc libro Epist. nondum absoluto, ideoq; in apertum minime proferendo. Hæc quidem consilii ratio constat dissuasione

publicationis & Poete descriptione. Ac primùm quòd libro

psuasum videbatur, Poeta sic loco diversorum enunciat, ut liber nolit se longius inclusum domi teneri, & a paucioribus legi: sed in apertum exire, sub aspectum omnium subjici,

ac manibus teneri: deinde ex fine dissuadet eum a se non eduisse conscriptum, ut tam præceptum in publicum veniret,

60 & in oculis doctissimorum virorum versaretur: postea ex loco adjunctorum proponuntur incommoda, quæ præcipitem editionem consequutura sint, reditæque ad au-

ctorem interclusus, ubi laesus fuerit: contemptus mox ab una lectione futurus: hinc pabulum blattis & tineis paratum: postremo vile integumentum fiet literarum, quae ex Italia mittentur ad Romanos in Hispania & Africa militantes, qualem usum Plinius lib. 13. cap. 12. scribit e charta emporetica suppeditari, quae in uelutis scribendo, in uolucris rerum segestrumq, in mercibus usum praebet. Huc accedet risus monitoris prius non auditi, qui illustratur similibus comparatione, quod talis futurus sit monitori, qualis solet esse agaroni ex asino in rupes protuso propter tarditatem illius contumacem.

2. Hoc praeter superiora libro accedet, ut, quum senio vilior fuerit, manibus puerorum literas appellantium, & ex earum commissuris syllabas efficere balbè conantium, ridiculè contrectandus & terendus sit.

3. Jam descriptio Poetae sequitur. primum e procreantibus caussis, quod ipsius maiores fuerint seruilis conditionis & sortis: deinde minorum collatione, quod parentes ipsius longè inferiores eo fuerint & virtutis splendore & ingenij dote, quibus obsecritatem generis illustravit, & humilitatem ejusdem magnificè extulit. Ita Cicero gloriatur se maioribus suis praetulisse. Hoc certe modo libri majus beneficium in parentes uidentur conferre, quam ab illis acceperint; quo in Seneca l. 2. c. 32. de beneficijs sic demonstrat. *Alui, i. quit, me pater, si idem praefo: quia non tantum ali se, sed a filio ali gaudet, & major em ex animo meo, quam ex ipso, percipit voluptatem. Illius alimèta ad corpus tantum meum pervenerunt. Quid si quis intrantem processit, ut aut eloquentia per Gentes enotesceret, aut iustitia, aut rebus bellicis, et patri quoq, ingentem circumferret famam, tenebrasq, natalium suorum clara luce discuteret, non in parentes suos beneficium inestimabile contulit: tu quisquam Aristonem & Gryllum, nisi propter Xenophontem ac Platonem filios nosset: Sophroniscum Socrates exspirare non patitur. Ceteros enumerare longum est, qui uiuunt ob nullam causam aliam, quam quod illos liberorum eximia uirtus tradidit posteris &c.* Ea est profectò vera nobilitatis origo, quae proprijs cuiusq; uirtutibus, nò alienis, aestimatur. Videtur Poeta uelle ab hominib. tanti fieri, quanti Diogenes Laertius scribit Bionem uoluisse aestimari, qui cum ingenue professus fuisset obscuritatem & ignobilitatem Parentum suorum, praemonuit historicos Persaù & Philonidem ut nihil adventitij & externi ad historiam ipsius adferrent. *Συνοπτικῶς, μὲν ἐξ ἐπιπέδου, σπεκτάτε με ex me ipso. i. ex meis proprijs, non ex alienis uirtutib. ac uirib. metimini.* Librū aut admonet e locoparium quanto genus Poetae narret obscurus ac humilior tantò uirtutes ipsius faciat illustriores & altiores.

4. Eundem admonet e varijs adjunctis, ut dicat eum apud primos Urbis viros valde gratiosum esse: exigua corporis statura praeditum: intempestiue canescentem, frigidulum & apricum hominem.

5. Locus est e diuersis eodè spectatibus, quod, licet natura sit iracundus, mox tamen deponat iram, & facile placetur.

6. Aetas quoq; ejus ad categoriam adjunctorum referenda est, quum uis hic multis circumstantijs circumscribatur. Tum igitur, quum haec diceret libro, quatum & quadragesimum aetatis suae agebat annum, atque in multis scriptis sparsim praeco fuit suae uirtutis, sed nullū illius magis immortale praconium madabit suis uersibus, quam quod illi desert praesens Epistola specie deliberationis cum libro: unde potius ingenium Poetae, quam illius aut pudor, aut modestia iudicanda est.

Enarratio Grammatica.

Vertumnus Janusque. De Vertumno habes, quod sentiendum sit, Sat. 7. l. 2. adhuc locum, Vertumnus natus inquit: addam tamen ex eodem inter-

prete illuc etiam aliunde uocato, in omnibus, quae cepitè uenerint, *Dij bene uertant, dici solet: quia saepe homines ea optauerunt, quae alijs aliter, atque expectauerunt, contigissent: quam potestatem rerum uertentium semet in utraque partem, uertumno Deo superesse ueteres existimauerunt:* Haec ex comment. Donati in Adel. Act. 4. Sc. 7. sicut etiam haec ex Hecy. Act. 1. Sc. 2. ex eodem in uerba, *Di uertant bene, quod agas: saepe enim res eueniunt aliter, quam uolumus, & ideo uertumnus colitur, qui praest rebus uertentibus.* de Jano Sat. 3. ejusdem libri ad haec uerba, *Janum ad modum, & 6. Sat. ejusdem ad haec, Matutine pater.*

Speclare.] Quia *σκοπεῖν* haec nomina sumuntur, ut mox dicetur, libenter explicarem: Oliber, uideris oculos conijcere uersus bibliopoleon & forum librarium, ad templa Vertumni & Jani, ubi prostabant libri, ut illic ueniam eas pulcrà pelle tectus, & arida pumice expolitus: de cuius ratione consule Gram. Od. 11. l. 1.

Scilicet.] De hoc ad uerbis uide, Gram. Satyræ 1. l. 1. *Prostes.*] Id est, pretio uendatis & uenunderis, ad uenditionem exponaris.

Sosiorum.] Hi Sosij fuerunt duo fratres Romae bibliopola, uenditores librorum, & librarij scriptores, qui pumice expoliebant libros, & manu describebant, ideoque hic dicitur mundus liber. At talem expolitionem ualet plurimum naturalis ipsius asperitas & ariditas, unde, *aridior pumice & habere oculos pumiceos, qui nullam expuant lacrymam,* Plaut. in Pseud. abierunt in proverbium. De pumice uide quod annotatū est in Od. 11. lib. 1.

Oliber.] I. metuis clauibus includi & obsignari quod tam engratum est uetecundo & modesto libello. Sigillū *σφραγισμῶν* a signo diminutiuū nomen. Ut autem signa sunt rerum characteres, ita & res ipsae uel sculptae, uel factae, uel effictae dicuntur signa Gall *images & medalles.* Uti amq; sonat *τύπος* *τύπος*, qua tabula obsignantur.

Paucus ostendi.] Id est, doles & queris quod pauci uiri te legat, manibusq; gestet: Id autè comuniter & promiscue ab omnibus fieri mallet: sed non eo consilio es a me factus & altus, ut tam citò seruias publico Possit etiā fortassis accipi, non ita, sicut apud Terentium, non ita *difficili sunt argumento,* in prologo Andriae, & in Catone Maggiore, non ita *longa disputatione,* pro, non admodū diffimili, non admodum longā: & tunc sensus esset: nò ualde habitus es, uel non admodum es expolitus & limatus, & castigatus, ut iudicium Criticorum cum honore subeas, & in omnium eruditorū censuram uenias, qui sensus congruit cum illo consilio in Epist. ad Pis.

— Si quid tamen oliua

*Scripseris, in Metij descendat iudicis aures
Et patris nostras, nonnumque prematur in annum,
Membranis intus positus delere licebit,
Quod non edideris: nescit res missa reuerti.*

Tuum erit, Lector, utrum malis deligere.

Fug.] Quasi Poeta librum animaduertet obstinate in sententia de discessu permanere, iracundè illum a se amaret, quod tātò perè cupit abire. Providit em illud Mimi Publiani esse uerissimū, *in uisum serotinas, exire incitas.*

Non erit.] Id est, tu semel in lucem editus, & manibus populi comprehensus nunquam poteris ad me redire.

In breue.] I. non ignoras te mox ei fastidio futurum, qui prius tantopere cupidus erat tui legendi. Ille enim fatietate captus in uolutum & complicatum te relinquet neglectū & turpiter iacentem. Hoc autem, *in breue cogi,* ualet illud Terentij, *in angustum cogi,* quod prius erat apertum, & late patens. Protulit lambin. cl. 9. Livij locū ejusdè phraeos, *Erant causae de rebus singulis in breue coactae,* i. in cōmetariolū: qualè Lapidus expressit in Alex. Severo nomine Breves ubi libellos intelligas. *milites suos sic ubiq;*

ἡνδὲ τὸν τῶν ἀσφοδίων ἕμῶν, μὴ δὲ δίδωτε τὸν τῶν δια-
 βόλων. irascimini: ne etiam peccate, sol ne occidat super iracundiam vestram, neque dabo locum diabolo, qui sapere ho-
 mines irae memoris ad maxima quaeque scelera rapit. Do-
 nat. in hos vers. Adolph. Act. 5. Sc. 2. Mit. tandem re-
 primo iracundiam, atque ad te redi. Dem. Repressi, redi,
 mitto maledicta omnia, haec notat: mirè, quia reprehèn-
 dere nequit Micio Demeamirascens, nimirum iracundiam re-
 prehendit irati: & ira de causa est, iracundia de moribus
 sed quia ab eo, quod est ire, dicitur: quod a se eat, qui irascitur & fuit, propriè dixit, redi ad te. Idem interpres
 in Act. 2. Sc. 6. ad hunc locum,

— sed est, quod succensat: annotat: succensere esse potioris, ac in re gravi & iusta irasci.

Percontabitur.] De hoc verbo & ejus syntaxi vide Saty. 2. l. 1. & Saty. 10. lib. ejusdem & Epist. 16. de ipsius modificatione.

Me quater vndenos.] Rectius dicitur, quàm quater vndecim vt alibi docui atque grandis jam quidem natus erat Poeta, quum has scripsit Epistolas, sed grandior, quum cecinit librum quartum Odarum, vbi confitetur se circa decem lustra degere aetatem, id est, quinquagenarium esse. Glareanus subduxit annos Urbis conditae, vsque ad consulatum horum, Quinti Aemilij Lepidi, & Lollij Marci 733. quum scripta est haec Epistola ab annis ejusdem Urbis 689. quum L. Manlius Torquatus cum L. Aurelio Cotta Consul fuit, quo tempore natus fuerat Horatius, ut scribit Ode. 21. lib. 3. & 13. Epod. vndè videntur restare anni 44. Horatio hanc Epist. scribenti. Suet. autem scribit eum mortuum C. Mario Censorino & C. Asinio Gallo Consulibus anno ab Urbe condita 746. Euseb. quoque in Chron. notat illum mortuum 34. anno Augusti, & anno aetatis suae 57.

Collegam duxit Lollius.] I. Lollius habuit in consulatu gerendo socium Q. Aemilium Lepidum, vel illum sortitus est, aut velut sortibus accepit, quo modo magistratus creabantur, id est, ductis sortibus vnà legebantur, ait Varro l. 5. de ling. Lat. vndè collegae Consules vocantur, Graecè, συνάρχοντες ἢ συνάρχον, a societate dominandi.

Explicatio Rhetorica.

TOta Epistola est perpetuis methaphoris cum interjectu passim aliorum troporum. idèdque Allegorica. Nam primùm libro, qui est res inanimata, tribuitur motus, sensus, iudicium voluntas, ceterique affectus animi, qui nisi verbis immutatis possunt enunciari: atque vt hoc tibi magis perspicuum fiat, primum verbum τὸν spectare, quasi liber oculus esset, arguit videndi facultatem in eo inesse: deinde nomina Deorum per metonymiam & templorum adjunctorum significant subjectos vicos, Turarium & geminum fanum: vbi tum libri, tum res aliae & merces ad venditionem explicabantur.

b Sumtum quoque est hoc verbum a prostitutis mulieribus, quae meretricio quaeso primis quibusque scortatoribus sui faciunt copiam impudicè, vndè publicationem libri videtur turpis impudentiae insimulare.

c Synecd. est speciei pro quibuslibet bibliopolis & mercatoribus, qui vendendis emendisque libris operam navant.

d Meton. est adjuncti pro celebri officina Soffiorum, vbi libri eleganter pumice poliebantur.

e Haec quoque ab hominibus sumta sunt, odium, gemitus, laus, gaudium, & ad librum translata. Sed in claves est quaedam metonymia causae instrumentalis

pro inclusione, tanquam diceret: Est tibi valdè odiosum intra claustra domus teneri, ut est Od. 11. lib. 3. loquutus.

f Utrò modo accipias hanc particulam negatam, ut monuimus in Grammaticis, translatio est a nutricibus infantium. vel, pro, non es ad hunc finem compositus, vel, non es admodum bellè ornatus.

g Permissio est invidiosa, & coacta tamen, quum nequeat illius, vel potius suum ipsius affectum reprimere: quotacitè hic videtur teneri emittendi & finem scripturae faciendi, vt liber secundus postea fuerit adscriptus Similis invidiae est permissio multiplex Georg. 4. Aristij ad Cyrenen matrem:

Quin age & ipsa manu felices erue hylvas,
 Per stabulis inimicum ignem, atque interfice menses

Ure sata, & validam in vites mol. re bipennem.

h Brevis est prosopopœia, quae inducit librum editionis iam factae penitentem, & querelas κατὰ τὴν συμποκλυῶν, effundentem. Emissio sumtum videtur a captivis, qui propriè dicuntur emitti e carcere, custodia, vinculis, manibus, ut ad Pisones:

Quis tamen exiguos elegos emisit auctor pro, in apertum pro tulerit, & emissio, pro in lucem edito.

i Potest propriè sumi hoc epithetum pro homine tam brevi tempore pertae solibri legendi.

k Synec. est generis pro Horatio augure, & futuri libromali praefago.

l Meton. subjecti pro civibus Romanis lectoribus. In aetas est Synecdoche generis pro iuventute & florenti aetate, quae aetas non modò hominum sed rerum etiam omnium solet hominibus placere, & in deseret, metaphora est ab agricolis, qui dum pangunt & plantas deponunt sulcis dicuntur propriè arbores serere deorsum, quanquam Donat. in Terent. annotat patronos propriè dici desertores clientum, quod pace Donati dixerim, patronus dicitur etiam translata desertor clientis quum a serie & ordine suo tanquam a recto sulco, discedit ac delirat, clientique suo deest omni officio, quod similicrop dicitur sa. è. icroni d. lei ac praetermitti. Propria autem haec verbi notio vix, ac ne vix quidem, reperitur vsquam: sed translata vbiq; scriptorum: quorum annotatione nunc supersedebo.

m Si hoc ad thecam & integumentum referas, quae contrectatione manuum sordescunt & maculantur posteaque neglectui solent esse & matribus saltamentariorum & Pharmacopolarum implicandis accommodari: vel inde sunt epistolarum involucria & opistographa, propriè sumendum est: sin ad lectoris fastidium, translata. Paroemiologus retulit haec verba inter adagia, annotans, Quae neglecta situ pereunt, dicuntur pascere tineas. ductum a vestibus, aut a libris diu reconditis & intactis: in quo equidem non possum illi assentiri, quum id, vndè scribit sumtum esse metaphoram, hic nomine libri expressum sit. Itaque propriè sumenda sunt verba, vt liber putri situ corruptus gignat primum blattas & tineas: deinde pascat easdem. abundat quidem haec epistola tropis sicut initio Rhetoricorum monui, ac deinceps sigillatim notavi: sed in his, Liber pascet tineas. nihil video immutatum a propria significatione ad aliud indicantur, nisi forte τὸ pascat:

n Quemadmodum vsurpatur lib. 3. Aeneidos, Treis adeo in centos caecâ caligine soles

Erramus pelago, totidem sine sidere noles.

o Similis tropus fuit Ode. 15. lib. 1. Post certas hyemes uret Ahaicus.

Ignis Iliacos

p Metonymia sunt subjectorum pro adjunctis, id est, Romanis

Romanis bellum illic gerentibus, ad quos mittitur liber sic sordidus, & tegens fasciculos literarum.

o Alia est generis synecdoché pro Poeta hortatore minimè credito. *Ille qui periphrasis est agathonis, qualis fuit Epist. 18. aut olitoris aget mercede caballum.*

p Meton. est adjuncti pro balbo senè.

q Meton. est altera, sed causa pro effecto vere temperato, solis inclinatione, & in *aures*, est synecdoche partis pro ipsis auditoribus in umbra tempus fallentibus.

r Insignis est Allegoria ab avibus, quæ solent ad eò crescere, ut eas nidus a parentibus constructus capere non possit, ad ostendendum, quantam Horatius ad natales suos attulerit dignitatis accessionem.

s Epistrophe est, similitudo soni ejusdem in clausulis.

t Meton. est causa, pro, caloribus gaudentem, illis que facile suaviterque ferentem, *ήλιος χαρής, ήλιος παθής, ut ήλιος εδαι, apricari.* Sic Persius dicit Sat. 5. *Apricos senes meminisse.* Jam aliquot locis hic tropus vsurpatus fuit, ut Ode 5. l. 4. *et soles melius nivent,* Epod. 2.

Sabina qualis, aut perusta solibus. sic quoq; Græci *πιδω- πλως* vsurpant & *τροπικώς τής ήλιος* ut Dionys. in Perieges.

— *Εἴθε δὲ ποδὸς ἀμικτὸς χερσὶ ἀνδρῶν*
Ἐτέτυπυ, μαλερῶσι κεκαυμένῳ ἠελίῳ πῦρ.

— *Sed hic multum terra an fractus*
Exertus est, fervidus torrefactus solibus.

5 vbi Scholiastes miratur incogitantia fortassis tropi, quod non solum apud Libanium & Aelianum pluraliter soles dicantur, sed apud Dionysium etiam legantur, ut hic vides. Locus autem Libanii, quem illic citat, sic versione explicatur, *iram ad multos soles conditam servat*, id est, multos dies, seu diu, quod addit interpretes, *alij autem quotidie splendores solis & dies vocant soles.* Horum certe sententia poterat admonere Scholiastem de modificatione vocis.

u Synecd. est partis pro annis quater vdenis, id est, efficientibus quatuor & quadraginta. Hoc certe tropo videtur mensis ortus Horatiani subindicari, quod mense decembri natus fuisset, ut Porphyrii placuit, quum exponit, *quater vdenos, annos quattuor & quadraginta dicit & simul ostendit, & quo mense, & quo anno etatis sue*

20 *perscripserit.*

FINIS LIBRI PRIMI

Epistolarum.

